CHRONOLOGIA Catholica,

OMNIUM HACTENUS AB INITIO MUNDI, AD NOSTRA USQUE TEMPORA

Editarum, ultima & absolutissima

DEMONSTRATA.

OMNIUM GENTIUM ET TEMPORUM, tam sacris quam alias probatis scriptis.

CALCULO QUOQUE ASTRONOMICO PRUTENICO ut laboriosissimo ita certissimo.

Ecclipsium, stellarum, & Calendariorum: Ebraeorum, Graecorum, Aegyptiorum & latinorum: usq; ad ipsum mundi initium.

HISTORIA ITEM.

Praecipuorum Ecclesiae luminum, Monarcharum Regum, Ducum & sapientum.

GENEALOGIAE DENIQUE

Imperatorum Romanorum, Regum Ungariae Galliae, Bohemiae, seorsim Ducum Brunsuicensium & Lunaeburgensium, &c.

AUTHORE
HEINRICO BUNTINGO, HISTORICO ET Mathematico clarissimo.



1 6 0 8.

MAGDEBURGI
Excudebat Salomon Richtzenhan, Typis & sumptibus Ambrosij Kirchneri.

[illegible]

EFFIGIES ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI IVLII, DVCIS BRVNSVVICENSIS ET LVNÆBVRGENSIS &c.




TALIS erat facie de Brunſvvig IVLIVS heros,
Fundator ſtudij, Iulia muſa, tui.
Juſtitia, ingenium, pietas, ſapientia, candor,
Ornabant animum, ſollicitudo ſimul.
Principis & virtus non abſq́ labore refulſit,
Lucebat tanti gloria magna Ducis.
Sed pater hic patriæ poſt tot tantosq́ labores,
Hanc terram linquens cælica regna petit.
Viuit in arce poli cæleſti lumine fulgens,
Concelebrans laudes, conditor alme, tuas.
Jn patris arce ſedens HENRICVS IVLIVS heros,
Jus dicit populis, patria terra tuis.
Exuperes patrem virtutibus optime princeps,
Neſtoris & vitam, ſi pia uota iuuant.

)(ij SYMBO-

SYMBOLVM ILLVSTRISSIMI DVCIS IVLII, SANctæ ac felicis memoriæ, fuit vir sylueſtris & ferox portans candelam, cum inſcriptione: ALIIS INSERVIENDO CONSVMOR.

ECCE viri conſumitur vt candela ferocis,
Dum ſeruis alijs ſic tua vita fugit.
Seruio dum patriæ, conſumor IVLIVS ipſe,
Lux mea ſancta fides iuſtitiamq; colit.

IN INSIGNIA ILLVSTRISSIMORVM DVCVM BRVNSVVICENSIUM AC LVNÆBVRGENSIVM.



CAndidus in galea procurrit pullus equinus,
Cæſaris hoc ſignum Saxoniæq; fuit.
Vtq; Ducum ſignat virtutes ſtella refulgens,
Sic diadema probat Regibus eſſe ſatos.
Sed falces Sichlenſteini nunc ſigna putantur,
His Ducis Hermanni criſta notata fuit.
Quæ reſtant galeæ, prima eſt herois ab Hoija,
Altera Bruckhuſij candida ſigna gerit.
In rubro clypeo gemini fulgent leopardi,
Brunſvvici ſunt hæc ſigna notanda Ducis.

Cumq;

Cumq; rosa folijs leo cærulus occupat aurum,
Is Lunaburgi Principis arma notat.
Candidus inde Leo fulgens diademate pulchro,
Eberſteinenſis ſigna notabit agri.
In rubro exultans clypeo Leo fortis & audax,
Homburgenſis heri denotat arma probè.
Urſinosq; pedes heros ducebat ab Hoija,
Cætera Brouckhuſiæ ſunt bona ſigna domus.

Henricus Buntingus M.

PRECATIO AD SANCTAM TRINITATEM.

O Deus omnipotens, Rex Regũ ternus & vnus,
Fulmina cum torques tonitru tu cõcutis orbem,
Tu ſolus cœli feciſti ſidera clara.
Bis ſenis ſignis luſtrat ſol aureus axem,
Sunt Aries, Taurus, Iuuenes, & cancer aquoſus,
Horrendusq; leo, ſpecies quoq; virginis almæ,
Libra ſimul, mox ſcorpius, armiger, & capricornus
Quiq; refundit aquas, geminiq; ſub æthere piſces.
Signifer hic ſemper fulgentia ſidera torquet,
In quorum medio ſeptem decliuè feruntur,
Saturnus toruus, manſuetus Iuppiter heros,
Hinc Mars bellipotens, Sol aureus, & Venus alma,
Tandem Mercurium ſequitur mox humida Luna.
Conditor omnipotens te laudant ſidera cuncta.
Auratis aperit cum taurus cornibus annum,
Sol hortos nitidos herbis gemmantibus ornat,
Et pingit vario vernantia prata colore,
Tunc ſurgunt violæ, & flagrans amaranthus odore,
Hinc roſa, narcyſſus, caryophillumq; thymusq;,
Caltha, lauendula, flos hyacinthus, lilia pulchra
Te ſolum artificem venerantur maximè Regum.
Tu regis in Solio claris lucente Smaragdis
Sidera clara poli, gemmis tua ſceptra refulgent.
Cælicolæ tollunt te laudibus, ô pater, omnes,
Aurea complentes cœli pallatia cantu,
Vulnera reſpiciens nati ſanctumq; cruorem,
Exaudi gemitus noſtros pater optime ſemper,
Tu nos in verbo ſerua dulciſsime Ieſu,
Morte redemiſti cunctos & ſanguine puro.

Tu quoq; nos flatu rege sancto Spiritus alme,
Semper adesto meis scriptis, lucemq; ministra,
Imbue sic mentes nostras, sic dirige facta,
In laudem ut Domini fiant, nostramq; salutem.
AMEN.

CATALOGVS OMNIVM siderum cœlestium.

IGneus ad Boream geminas Draco diuidit ursas,
Arcturus rutilans ubi vertit plaustra Bootis.
Gnosia subsequitur fulgentis gemma coronæ.
Herculis effigiem Lyra suscipit, anguitenensq;
Est via sublimis candore notabilis ipso
Lactea, quam pariter penetrant olor atq; sagitta,
Mox aquilam spectant delphin ac Pegasus ingens.
Andromedam post hæc oculis & mente notabis,
Quam Cepheus & Cassiopeia pudica sequuntur,
Ac Perseus armatus, qui tenet ora Medusæ
Horrida, serpentes etenim gerit ipse capillus.
Hinc stat Deltoton, simul Heniochiq; capella.
Signifer obliquus bis senis eminet astris,
Sunt Aries, Taurus, Iuuenes, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, venenifer, arcitenens, caper, hydria, pisces.
Certis en vicibus lustrant hæc signa Planetæ,
Cum Ioue Saturnus, Mars, Cynthius, & Venus alma,
Mercurium sequitur renouans sua cornua Luna.
Vergilias hyadasq; subit nimbosus Orion,
Qui leporem calcat fulgens armatus ad austrum,
Hinc rutilans torret sitientes Sirius Indos,
Iasonis hunc Argo sequitur Procionq; refulgens.
Hydrus craterem gestans coruumq; loquacem
Voluitur, atq; trium signorum peruolat astra.
Centauro fera vicina est quam traijcit hasta.
Thuribulo post hæc succedit pulchra corona,
Quam piscis notius, cetiq; figura sequuntur,
Eridanusq; amnis qui candida sidera claudit.
Hæc certis vicibus voluuntur lumina cœli
Consilio Domini, geminoq; sub axe refulgent.
Hoc animaduertens autorem laudibus ipsum
Extollas moneo, qui sidera cuncta creauit.

Henricus Buntingus M.

REVE-

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. HENRICO IULIO, EPISCOPO HALBERSTADENSI, DUCI BRUNSVICENSI AC LUNEBURGENSI, &c. Domino suo Clementißimo salutem, per IESUM CHRISTUM Filium Dei, qui est unica, vera & perpetua salus nostra.

ILLUSTRISSIME PRINCEPS, CLEMENTISSIME DOMINE, non ignotum est Celsitudini Vestræ, duos esse historiarum oculos, Topographiam videlicet & Chronologiam, quibus lectores tanquam Cynosuræ & Ariadnes filo, in historiarum pelago, rerumq; gestarum labyrinthis, ad optatum lectionis portum peruenire posśint. Quare cum historia sacra, quæ doctrinam de Deo, de creatione & propagatione generis humani, de promulgatione Legis & Euangelij, de collectione tandem & propagatione Ecclesiæ proponit, propter æternam salutem maximè sit necessaria, edidi ante aliquot annos opus topographicum, Hodœporicon videlicet siue Itinerarium Theologicum, quo historiæ sacræ, & scripta Prophetica & Apostolica mediocriter illustrantur. Nunc addo & alterum lumen, opus videlicet Chronologicum, quo tanquam in speculo, series omnium temporum rerumq; gestarum, ab initio mundi ad nostra vsq; tempora fideliter collecta, & Mathematicis demonstrationibus confirmata, exactißimè depingitur. Quod opus ad declarationem historiæ sacræ non minus vtile fore, quam Itinerarium illud Ecclesiasticum, nihil est quod dubitem. Duabus autem de rebus Illustrißime Princeps: in Epistola hac dedicatoria cum Celsitudine Vestra acturus sum: de certitudine videlicet, & de vtilitate mei operis Chronologici, quibus demonstratis, nullus aduersarijs calumniandi relinquetur locus.

De calculi certitudine hæc diligenter consideranda sunt: Primùm irreprehensibilem annorum seriem ex sacris Biblijs collegi, vsq; ad decimum annum Ioathan Regis Iuda, qui fuit annus mundi 3199. Postea cum historia sacra coniungo Ethnicorum historias, addita demonstratione temporum per Eclipsium interualla. Deliquium enim Sol passus est, cum Ilia siue Rhea mater Romuli per vim comprimeretur, anno mundi 3199. vt series temporum & calculus Mathematicus in nostro opere satis probant. Post annos deinde 55. quo tempore Romulus rebus humanis exemptus est, teste Dionysio Halicarnasseo, iterum Eclipsis Solis facta est, anno mundi 3254. quam denuo nostro operi inseruimus, adscripto ipso calculo, ne quis de nostra supputatione dubitare posset. Eandemq; hanc Eclipsin sequuta est Candaulis regis Lydorum mors, quem Gyges interfecit, à quo Herodotus historiam suam orditur. Ita certa ratione temporum, Ethnicorum scripta cum historia sacra cohærent, quod nisi quis diligenter obseruet, frustra in conscribendis Chronologijs sudabit.

Longißima insuper annorum Ægyptiorum series, dependet à Salmanassare Assyriorum Rege, quem Nabonassarum Ptolemæus appellat, qui cœpit regnare Olympiade octaua, primo die Ægyptii mensis Thoth, vltimo anno Achatz regis Iuda, quod tempus incidit in quartum diem mensis Adar, & in finem anni mundi 3221. in 26. diem Februarij autem, anni ante vulgare initium annorum Christi 747. Si annos nostros Iulianos retrò cogitemus. Possunt enim anni Iuliani cum cyclis Solaribus & aureis numeris, absq; vlla temporum confusione retrò numerari, ad initium vsq; mundi, ita vt ante & post natum Christum, cycli solares singulis temporibus mundi hebdomadarum ferias, cycli item decemnouales Lunæ, quos aureos numeros vocant, breui & compendioso interueniente calculo, nouilunia & plenilunia pulcherrimo & certißimo ordine monstrent. Non possum igitur Pontificis Romani audaciam satis mirari, qui rupto hoc continuo pulcherrimoq; temporum ordine, absque consensu sacrosancti Romani Imperij, magnam Calendario suo Gregoriano in orbem terrarum inuexit confusionem, vnde non præsentium tantum, verùm etiam omnium præteritorum temporum, si non diligens fiat inspectio, cum ingenti omnium annalium iactura, orietur perturbatio atque confusio. Sed redeo ad seriem temporum à prima meridie Salmanassaris siue Nabonassari dependentium.

Eclipses Lunæ à Mathematicis obseruatæ sunt annis à Nabonassaro 28. 127. 246. 257. &c.

257. &c. qui anni respondent certis Monarcharum temporibus. Defectus enim Lunæ, qui 28. anno Nabonassari factus est, rectè iuxta Mathematicos cohæret cum secundo anno Babylonici regis Merodach, quem Mardocempadum Ptolemæus appellat. Alterum deliquium Lunæ, quod 127. anno à Nabonassaro obseruatum est, incidit in quintum annum Nabuchdonosoris Magni, quem Nabopollassarum Astronomi vocant. Tertiò Luna iterum defecit anno à Nabonassaro 225. septimo videlicet anno Cambysis regis Persarum. Quarta defectio Lunæ obseruata est anno à Nabonassaro 246. qui cohæret cum vigesimo anno Darii filii Hystaspis. Quintò Luna iterum deliquium passa est, anno à prima meridie Nabonassari 257. qui fuit tricesimus primus annus Darii filii Hystaspis regis Persarum. Ita Ægyptii in mathematicis obseruationibus annos suos à Nabonassaro Assyriorum rege numerant, eosq; cum reliquorum Monarcharum annis certo ordine coniungunt.

Dependet deinde non exigua temporum series in mathematicis obseruationibus, à periodis Calippi, quæ incipiunt 446. annis post primam Olympiadem, ab obitu videlicet vltimi Darii regis Persarum, & à Solstitio æstiuo tertii anni Olympiadis 112. Alia insuper temporum periodus inchoatur à morte Alexandri Magni Monarchæ Græcorum, qui diem suum extremum clausit, cum à prima meridie Nabonassari præcisè essent completi anni Ægyptii 424. menses 6. & dies 29. Anni autem Chaldæorum apud Ptolemæum incipiunt ab æstiua conuersione, secundi anni Olympiadis 117. Hæc omnia si quis non diligenter obseruet, inanem prorsus in conscribendis Chronologiis laborem sumet. Miror igitur tam multos prorsus rudes & ignaros doctrinæ mathematicæ, Chronologicum aggressos esse studium, & absque calculo mathematico & astronomico, cuius ne principia quidem gustauerant, certam se Chronologiam posse conscribere existimasse, atq; ita innumeris fermè Chronologiis orbem terrarum compleuisse.

Laudo quidem Iohannis Functii diligentiam, qui non parum in huius argumenti tractatione laborauit: Sed cum anni Hebræorum ab æquinoctio vernali inchoëntur, Chaldæorum & Græcorum autem à Solstitio æstiuo, Romanorum à tempore brumæ, & Ægyptiorum anni per omnes dies anni Iuliani vagentur, Functius non considerata hac annorum varietate & dissimilitudine, non potuit singulas res gestas suis temporibus rectè assignare. Deinde idem quoque Functius & plerique alii, cum absque doctrina mathematica tempus mortis Christi inquirerent, Patrumq; nonnullorum coniectura tantum niterentur, Christum passum esse scripserunt vigesimo quinto die Martii, cum tamen tricesimo quarto ætatis Christi anno, nec plenilunium Paschatis, nec etiam feria sexta, in vigesimum quintum diem Martii incidant, si quis calculo mathematico periculum fecerit. Pugnat ergo traditio illa Patrum cum historia Euangelica, quæ Christum feria sexta hebdomadis, instante die Sabbato crucifixum & sepultum esse docet, in ipso plenilunio Paschali, quod tempus iuxta hanc nostram supputationem rectè incidit in tertium diem Aprilis, annumq; ætatis Christi tricesimum quartum. Acquiescendum igitur est potius in calculo mathematico, qui cum Euangelica veritate consentit, quàm in Patrum peruersis & discrepantibus opinionibus, quæ cum Euangelica veritate pugnant.

Tertullianus enim & Lactantius Christum passum esse volunt vigesimo quinto die Martii, ætatis suæ anno tricesimo; quo anno Christum non crucifixum, sed baptizatum esse Lucas testatur, cap. 3. Beda Anglosaxo ex dicto cuiusdam Theophili Cæsariensis antiquissimi doctoris confirmatus, docet Dominum passum esse 23. die Martii, & octauo calendas Aprilis, hoc est, 25. die Martii iterum resurrexisse. Epiphanius contra, tradit Christum cruci esse affixum anno ætatis tricesimo tertio, 14. Cal. Aprilis, hoc est, 19. Martii, quod denuo cum Euangelistarum testimoniis pugnat. Ita de anno & die passionis Christi, magna inter Patres semper fuit controuersia. Sed tantum hoc loco de Iohannis Functii Chronologia, & de Patrum diuersis & pugnantibus coniecturis ac opinionibus hic annotare volui.

Accedo nunc ad doctissimi viri Gerardi Mercatoris Chronologiam, qui exactiore via rem aggressus est, cum distinctas diuersorum annorum columnas poneret, additis demonstrationibus mathematicis. Et quanuis maiori industria ante Gerardum Mercatorem nemo Chonologiam scripserit, duobus tamen in locis ab eo discedere cogor, in mundi videlicet exordio, & in annis à natiuitate Christi dependentibus. Mundi creationem

non

non à ſigno cardinali, æquinoctiali videlicet aut ſolſtitiali inchoat Mercator, ſed ab introitu Solis in Leonem, & à quinto menſe Hebræorum אב, idque iuxta traditionem Ægyptiorum & Arabum. Addit & rationem phyſicam de ramo frondeſcentis oliuæ, quem columba finito diluuio ad arcam adduxit. Gen. 8. Sed nec traditionem Arabum, Ægyptiorumque Sacerdotum, nec rationem phyſicam de fronde vireſcentis oliuæ ſatis firmam eſſe, ſuo loco & tempore in ipſo opere demonſtrabimus. Nos autem ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimoniis confirmati, ab æquinoctio Vernali mundum cœpiſſe affirmamus, quod ipſum in opere etiam noſtro, euidentiſsimis rationibus luce clarius probabitur.

Ad annos ætatis Chriſti quantum attinet, Gerardus Mercator Chriſtum natum eſſe ſcribit anno mundi 3966. & anno ætatis ſuæ triceſimo quinto crucifixum, quod antehac inauditum fuit. Nos contra Chriſtum natum eſſe tradimus anno mundi 3967. & mortuum anno ætatis ſuæ triceſimo quarto, die tertio Aprilis, cum quartus millenarius mundi præciſè eſſet completus. Et hæc noſtra ſententia certiſsimis demonſtrationibus Euangelicis & Mathematicis in opere confirmatur. Nos ponimus quatuor annos miniſterii Chriſti, quorum poſtremum inchoauerit quidem, ſed non compleuerit: Mercator contra affirmare audet, Chriſtum ad quintum miniſterii ſui annum perueniſſe, & paſſum eſſe ſecundo die Aprilis, ætatis ſuæ anno triceſimo quinto, quod cum hiſtoria Euangelica, & certiſsimo ordine motuum cœleſtium pugnat. Sed hæc ad refutationem Gerardi Mercatoris, & ad confirmationem noſtri calculi hoc loco ſufficiant.

Nunc de Matthiæ Beroaldi Chronologia quædam addenda ſunt, qui abſque ſacræ ſcripturæ certo teſtimonio, ſolis Rabinorum deliramentis & traditionibus niſus, mundum in autumno conditum eſſe aſſerit, eò quod autumnus ſit tempus fructuoſum, & quod anni Sabbatarii & Iubilei, ab autumnali menſe Thiſri dependentes, vetus anni principium, quod in initio mundi, & ante exitum ex Ægypto vſitatum fuerit, demonſtrare videantur. Sed cum autumnalis menſis Thiſri, nullibi in ſacris literis principium anni, nec in ordine primus, ſed ſeptimus vbiq; menſis nominetur, nemo eſt qui non videat, traditionem Rabinorum non ſatis firmam eſſe, imò etiam ipſis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis contrariam, quæ ſolum menſem Abib ſiue Niſan, cum vernali æquinoctio cohærentem, primum cuiuslibet anni initium conſtituit. Nam cum poſt obitum patriarchæ Ioſeph, circa natiuitatem Moyſis impius Ægyptiorum rex Armeſeſmiamus, nouam in Ægypto introduceret annorum rationem, quæ neque cum anni Solaris periodo, neque cum menſibus Lunaribus congruebat, annumque idem rex inchoaret à media æſtate, videlicet ab exortu caniculæ: Deus annum emendare volens per Moyſen, vetus anni principium, quo mundus erat conditus, nouo quodam inſigni miraculo exornauit, videlicet exitu de terra Ægypti, atque ita ad μνημόσυνον eius beneficii, principium anni reduxit à media æſtate ad initium veris, vt ita annus rediret ad priorem ſuum terminum, ac reciperet certam ad periodos ſolares ac lunares proportionem. Ita menſis Abib ſiue Niſan principium anni conſtitutus eſt, partim in memoriam exitus de terra Ægypti, partim in recordationem conditi mundi, tertiò etiam vt eſſet vaticinium de Chriſto, qui tali tempore erat paſſurus, quo primi parentes erant lapſi, ſicut manducatio agni Paſchalis monſtrat. Ideo Deus, cum Ægyptii & Arabes circa tempora Moyſis, noua & diuerſa conſtituerent anni principia, populo ſuo ſeuerè iniunxit, vt more patrum ſuorum, à ſolo menſe Abib annum inchoarent, atque ita vetus hoc anni initium, à quo etiam mundi principium pendebat, lege ſua ſanciuit. Exod. 12. Leuit. 23. Num. 28.

Quamuis autem autumnus, à quo Iudæi mundi creationem inchoant, ſit tempus fructuoſum, & ad recipienda ſemina magis aptum in Septentrionalibus noſtris regionibus, in Palæſtina tamen, cæteriſq; regionibus orientalibus verſus Eurum ſitis, vbi in initio mundi paradiſum fuiſſe conſtat, duæ quotannis meſſes fuerunt: Prima in principio veris, nam ſecundo die Paſchatis offerebatur Domino in templo Ieroſolymitano manipulus ſpicarum, Leuit. 23. Deut. 16. Altera circa finem æſtatis & autumni initium, quo tempore denuo collectio frugum facta eſt. Exodi 23. Leuit. 23. Tempus ergo veris non minus fructuoſum fuit ac idoneum, ad recipienda ſemina in locis illis Orientalibus, quàm tempus autumni. Hyems enim in Palæſtina, Chaldæa, Perſia ac India, non eſt adeo acerba, quemadmodum in Septentrionalibus noſtris regionibus, ſed admodum fœcunda & fructuoſa, præſertim

quando

quando Sol perambulat signa Zodiaci ♒ & ♓, quo tempore columba quoque frondem virescentis oliuæ, ad arcam Noë in altissimo monte Ararat quiescentem adduxit. Gen. 8. Æstatem autem populi orientales habent feruentissimam, nec ita temperatam, sicut nos in Germania, vnde autumni tempus quod feruentissimam æstatem sequitur, ad producendum vinum & aromata, in regionibus illis orientalibus magis aptum est, quàm ad aliarum frugum procreationem. Non valet ergo Iudæorum illa traditio, qui mundum in autumno volunt esse conditum, eò quod autumnus sit tempus fructuosum.

Ad annos autem Sabbatarios & Iubileos quantum attinet, Deus propter duas causas eos ab initio anni ad septimum mensem reiecit: Primum propter seminationem, ne videlicet post secundam messem sexti anni, in autumno seminatio fieret, cum sequenti anno qui Sabbatarius erat, messis esset prohibita: Secundò propter numerum septenarium, vt videlicet septenarii numeri non tantum in diebus & annis, verùm etiam in mensibus haberetur ratio. Igitur Sabbatarii & Iubilei anni, qui septenarii numeri proportionem semper retinebant, à septimo quoque mense, non à primo erant inchoandi. Sic festum clangoris tubarum non in principio anni, sed primo die septimi mensis celebratum est, non in memoriam creationis mundi, vt Iudæi somniant, sed vt esset gratiarum actio pro collectione frugum aromatum & vuarum, incidebat enim hoc festum in finem secundæ messis, sicut sacræ testantur paginæ.

Cæterùm, mundi principium non in autumni, sed in veris tempus incidisse, ipsa quoque diluuii historia probat. Oportuit enim diluuium tali tempore cessare, quo terra nouas fruges ac fructus produceret, vt animalia & homines cum Noë ex arca egressi, victum necessarium inuenirent. Sicut ipse quoque Gerardus Mercator fatetur, qui sibiipsi hac in parte videtur contrariùs, cum mundi exordium non in ariete, sed in Leone posuerit. Retecta autem est terra ab aquis diluuii, primo die primi mensis, & prorsus exiccata 27. die secundi mensis. Gen. 8. Si ergo vt Iudæi volunt, mundus creatus est tempore æquinoctii autumnalis, in initio mensis Thisri, Noë cum animalibus egressus erit ex arca, Sole ingrediente principium Libræ, & terra prorsus exiccata 27. die turbulenti mensis Marhesuan, Sole occupante principium Scorpii. Dicat mihi nunc aliquis, quo tempore potuit terra nouas fruges ac fructus animalibus & hominibus cum Noë ex arca egressis suppeditare? Nunquid integro anno eos esurire oportuit? Præsertim cum præterlapso sationis tempore, propter assiduas & turbulentas tempestates seminatio fieri non potuerit. Quam igitur inepta sit opinio & traditio illa Iudæorum, mundum autumni tempore creatum fuisse, nemo est qui non videat.

Rectè igitur non Leonis principium, vt Gerardus Mercator fecit, nec autumni tempus, vt à Rabinis traditum est, & à Matthia Beroaldo approbatum, sed iuxta sacræ scripturæ testimonium, solum mensem Abib, qui cum æquinoctio vernali cohæret, primum cuiusque anni à principio mundi initium constituo, vt ita lapsus primorum parentum, celebratio Paschatis in veteri Testamento, & restitutio salutis per filium Dei (qui quarto millenario mundi præcisè completo, eodem hoc mense Abib, in festo Paschatis crucifixus, & à morte resuscitatus est) in vnum idemque tempus incidant. Sed tantum hoc loco de refutatione aduersariorum, & calculi nostri certitudine præmittere volui, nunc de operis nostri vtilitate quædam addenda sunt.

I.

Primùm in Ecclesia doctrina Chronologica præcipuè erit necessaria, cum tota doctrina de Deo, in libris Propheticis & Apostolicis ordine historico sit tradita. Vult enim Deus sciri initium mundi, Ecclesiæ exordia, instaurationes, & conseruationes, quibus temporibus promulgationes Legis & Euangelii factæ sint, quæ vaticinia singulis seculis de Christo filio Dei, de quatuor item Monarchiis, de certis regibus & populis edita sint, quando & quomodo prædictiones illæ sint impletæ, quibus testimoniis & miraculis Deus doctrinam de filio suo confirmauerit, qui fuerint quouis tempore in Ecclesia Theologiæ Professores, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Patres, Episcopi, Martyres & Doctores: Quos è contra eadem Ecclesia habuerit hostes, quæ fuerint singulis seculis de articulis fidei & nonnullis ceremoniis præcipua certamina, quomodo aduersariorum falsa dogmata refutata, & impugnatores veræ doctrinæ horribiliter à Deo puniti sint. Hæc omnia certo ordine historico illustrissime Princeps, in hoc meo opere tractantur.

II. Deinde

2.

Deinde iuxta seriem temporum, ordine etiam recensentur, origines, bella, mutationes, & interitus monarchiarum & regnorum huius mundi, qui videlicet Monarchæ, Reges, Duces ac Principes orbem terrarum rexerint, quæ fuerint causæ multarum calamitatum, & horribilium mutationum in Imperiis. Quomodo multi Imperatores ac Duces stulta ambitione, æmulatione, πολυπραγμοσύνῃ & fœderum fiducia, mouerint bella non necessaria, & dederint pœnas suæ tyrannidis, arrogantiæ, libidinis & perfidiæ. Et è contra, quomodo quidam Imperatores ac Duces, iustitia, bonitate, clementia, virtute heroica, castitate, modestia, patientia & moderatione in tolerandis collegarum & vulgi erratis, ad summum gloriæ & honorum fastigium euecti sint, amplissima regna sapienter & feliciter gubernauerint, & tranquillum denique consecuti sint vitæ exitum. Quomodo item aliqui rerum gestarum felicitate inflati (vt conditio omnium hominum procliuis est ad ambitionem & libidinem) aliam adsumserint mentem, alios induerint mores, & de summo honorum fastigio deiecti, ad extremam redacti sint paupertatem & miseriam. Nonnulli etiam optimi consiliarij Imperatorum, & Duces magnorum exercituum, benè de Republica meriti, pessimam retulerint gratiam. Ita hæc tota doctrina (vt Polybius verissimè simul & grauissimè dixit) est institutio & præparatio ad actiones politicas, & illustris magistra ad perferendas fortunæ vices.

3.

Tertiò multa quoque priuatorum hominum exempla in hac Chronologia leguntur, qui videlicet Philosophi, Historici, Iurisconsulti, Medici, Grammatici, Oratores, Poetæ, Musici, Mathematici, pictores, sculptores & artifices, singulis seculis floruerint, quales fuerunt Aristoteles, Plato, Socrates, Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Cicero, Thales Milesius, Hippocrates, Galenus, Seneca, Papinianus, Virgilius, Ouidius, Liuius, Plinius secundus, & Ptolemæus &c. His adduntur & alia priuatæ vitæ exempla, quomodo videlicet nonnullæ virgines & matronæ, propter singularem pietatem & castitatem erga parentes & maritos, in summo honore sint habitæ: Quid de multis priuatis hominibus præclarè gestum & dictum sit: Quomodo è contra multi propter libidines & alia scelera sint puniti.

4.

Quartò eadem hæc doctrina Chronologica, maximam lucem adfert doctrinæ mathematicæ, & prodest ad emendationem calculi mathematici in scrupulis astronomicis, mōstrat enim proportionem motuū cœlestium, progressum stellarū errantium & fixarum, mutationem excentrotetis Solis, eclipsiū interualla, quæ videlicet diuersis mundi temporibus deliquia Solis & Lunæ visa sint, quæ meteora sint conspecta, quid prodigia & ostenta illa designauerint. Ter enim Sol defecit tēporibus belli Peloponnesiaci. Aliquoties item Sol obscuratus est secundo bello Punico. Præter horribilem eclipsin Solis, terribilis quoque Cometa apparuit paulò ante horribilem illā pestilentiam Atticam, qua Atheniensiū ciuitas penè ad internecionem deleta est. Tota Luna deliquium passa est, duodecima nocte ante vltimam pugnam Alexandri Magni, & Darij postremi Regis Persarum ad Arbelam. Ensis flammiuomus supra Hierosolymam visus est, ante vltimum excidium gentis Iudaicæ. Eclipsis solis totalis conspecta est anno post natum Christum 1415. paulò ante martyrium Iohannis Huss, & secutum est crudelissimum bellum Hussitarum, &c.

5.

Quintò ad tantas vtilitates accedit & suauitas lectionis, qua mentes laboribus oppressæ iterum recreantur. Insertæ sunt enim huic operi integræ historiæ de varijs rebus gestis Imperatorum, Regum & Ducum: De Harminij Germanorum Ducis coniuge, quomodo illa sit capta: De Zenobia Regina Orientis, quam Aurelianus Cæsar gemmis & aureis catenis onustam in triumpho duxit: De Theodelinda Longobardorum Regina, quæ sibi maritum, & Longobardis Regem elegit: De varijs rebus gestis Ducum Brunsuicensium ac Lunæburgensium, præsertim de Erici senioris heroica virtute in prælio ad Ratisbonam: & multæ aliæ historiæ, quibus animus nunc ad misericordiam, mox ad vindictam flectitur, nunc admiratione quadam, mox ingenti lætitia perfunditur, delectat enim varietas.

Hæc

Hæc ita de operis mei vtilitate præmittenda erant, ne à professione Theologica aliena tractasse insimularer, cum tamen omnes bonæ artes doctrinæ de Deo meritò inseruire debeant, & duo illa studia, historicum videlicet & mathematicum, iam inde à principio mundi in Ecclesia semper vsitata fuerint. Vestræ autem Celsitudini Illustrissime Princeps, tanquam Clementissimo nostro Domino, cuius excellens pietas, industria, iustitia & clementia passim nota est, dedico & consecro hunc meum laborem, veluti pretiosissimi speculi gemmam, radijs lucis diuinæ vndique fulgentem, quam assiduis laboribus integro decennio vix exudaui. Scio enim Illustrissimam Vestram Celsitudinem huiusmodi spiritualium speculorum gemmis magis delectari, quàm omnibus alijs rebus pretiosis, & in illis non modò principum huius mundi, sed Dei potius effigiem contemplari consueuisse. Recensentur in hoc libro multa exempla virtutum, vitiorum, consiliorum, rerum pace belloq; gestarum, quæ nos commonefacere possunt de pietate erga Deum, de dilectione proximi, de astutia & malitia hominum, præsertim hoc tempore periculosissimo, quo fatalem ruinam minitari videntur passim regna Europæ. Vtq; Illustrissima Vestra Celsitudo, clementissimo animo hoc munus à me accipiat, & me complectatur, ea qua par est ac decet animi subiectione rogo, nec dubito, permagnum sub Illustrissimo Celsitudinis Vestræ nomine, laboribus meis decus accessurum. Deus omnipotens pater Domini nostri Iesu Christi, qui constituit, stabilit, & transfert regna, per quem Reges & Principes gubernant, cuius solius donum est salutaris magistratus, & felix gubernatio, adsit Illustrissimæ Vestræ Celsitudini, eamq; regat Spiritu suo sancto, & quam diutissimè seruet incolumem, cum Illustrissimis Dominabus coniuge & matre, generosissimis Dominis fratribus ac sororibus, & faciat, vt Celsitudinis vestræ gubernatio, in gloriam diuini nominis, patriæq; nostræ communem vtilitatem, sit felix & tranquilla. Datæ Grunouiæ Calendis Augusti, anno ab initio annorum Domini nostri Iesu Christi. 1590.

Illustriss. Celsitud. Vestræ

Subiectissimus

Henricus Buntingus M.

CATA-

CATALOGVS ILLVSTRISSIMORVM PRINCIPVM, QVI IN RECTA LINEA DESCENDVNT, AD REVERENDISSIMVM ILLVSTRISSIMVMQVE

principem ac Dominum, Dominum HENRICVM IVLIVM, Episcopum Halberstadensem, Ducē Brunsuicensium ac Luneburgensium &c. Dominum nostrum clementissimum, carmine heroico complexus à Magistro Henrico Buntingo, adscriptis ipsis numeris annorum, quibus singuli principes cœperunt gubernare, bella etiam & res præclarè gestæ acciderunt.

ROMVLVS ausoniam primò cum conderet vrbem,
Accius illustris Dominus virtute refulsit
Eximia, gentemq; suo de nomine dictam
Progenuit, magna quæ nobilitate refulget.
Cæsaris Augusti mater fuit Accia pulchra,
Accius hanc Balbus genuit de gente uetusta.
Sic septingentis annis gens Accia claret,
Ante Dei sanctam genesin de virgine pura,
Annis continuò sed millibus atq; ducentis,
Illustres Dominos generosa in stirpe fuisse
Brunoidum, magna qui & nunc virtute refulgent,
Hæc velut in speculo tibi parua tabella docebit.
403 ACCIVS est primus princeps de gente latina,
Æstenses populos magna virtute gubernans.
411 AVRELIVSQVE patri successit nobilitate
Præditus eximia, qui pacem semper amauit.
418 Chara patris soboles sequeris cum laude TIBERI
Princeps, nam superat populos tua dextra feroces.
457 Nec virtute minor subit ALFORISIVS audax
Protector patriæ, quem Vandalus acer in armis
493 Occidit gladio. Successor MAXIMVS autem
538 Fortem progenuit ductorem te BONIFACI,
Qui regis ambiguis patrium successibus orbem.
556 Sed Longobardos superauit VALERIANVS
Illustris Dominus, quem tandem bella gerentem
Occidunt Gotthi, fœdata est sanguine terra.
591 Nunc GONDELARDVS sequitur, quē Gallia tollit
638 Laudibus eximijs. Magna est virtus HERIBERTI,
Qui polulos patriumq; solum pietate regebat.
694 Tu Longobardos superas ERNESTE minaces
Terribili pugna, magno & clangore tubarum:
Es tamen occisus defendens ense Rauennam.
754 HENRICVS patriam recipit fulgentibus armis,
780 Et cadit insidijs Ruginandi cæsus iniquè.
819 Sidereum clypeum mox BERENGARIVS aptat
Ferratis humeris, totam ausoniamq; subegit.
840 OTTONIS sonipes fuluum sub dentibus aurum
Mandit, percutiens crebris hinnitibus auras.
898 Post hæc ingreditur bigis SIGFRIDVS in albis
Ornatus sagulo, galea aurea tempora cingit,
Et plumam aduerso curru quatit aura volantem.
945 AZO subsequitur princeps radiantibus armis,
Purpureus quem portat equus, vestigia lucent
Alba pedum, frontemq; ostendit strenuus albam.
970 Stat pius ALBERTVS gemmis ostroq; refulgens,
Cæsaris Ottonis magni gener, & decus amplum

995 Italiæ. Sequitur generosus filius HVGO
Quadrupedem frænis, ferrata & calce fatigans.
1004 AZO bellipotens Æstensis marchio clarus
Inuehitur curru, stellantibus vndiq; gemmis,
Aureus axis inest, simul aureus ordo rotarum,
Cornipedes nitidi mandunt sub dentibus aurum.
1055 Fertur ad astra poli sextus cum laude GVELPHVS
Dux Bauarum clarus, portans hastilia pulchra,
Quadrupedemq; citum ferratis calcibus vrget.
1101 Stat niger HENRICVS Bauarum Dux veste togatus
Purpurea, populosq; suos in pace gubernat.
1124 Tuq; ferox animo princeps HENRICE superbe,
Quem coluit generum Cæsar Lotharius ipse,
Quadriiugo incedis curru sublimis in auro,
Saxoniam Bauarosq; simul virtute coërcens.
1146 Magnanimus leo Dux HENRICVS fortis & audax,
In rubro clypeo geminos portans leopardos,
Progreditur felix, quem candidus ecce caballus
Sublimem portat, gemmis pictisq; tapetis
Conspicuus, qui fræna ferox spumantia mandit,
Percutiens pedibus campos, hinnitibus auras.
Hic fuit à Rheno princeps generosus ad Albim,
1159 Vandaliam superans, Pomeranos, Holsteniosq;.
Iudææ Regem Iesum de Nazareth idem
Henricus vitæ custodem sponte creauit,
1171 Et mare traijciens adijt Ierosolyma sancta.
1182 Sed tamen oppressus bellis magni Friderici
Cæsaris, exilio est heros concussus acerbo.
1186 Brunsuigam rediens destruxit feruidus ira
1189 Barduici muros, hostem belloq; repressit
Terribili. Et tandem felix in pace senescens
1190 Hannoueram, Lunæburgam quoq; mœnibus auxit,
1195 Ac tegitur moriens Brunsuigæ marmore pulchro,
1206 Chara patris soboles Lunæ successit in arce,
Cæsaris Ottonis quarti frater GVILHELMVS,
Qui patrem fratremq; simul virtutibus æquat.
1213 Huius erat soboles OTTO fortissimus heros,
1238 Qui titulos vtriusq; ducatus solus adeptus,
Brunopolis dominus Lunæ simul occupat arcem,
Sidereo fulgens clypeo & radiantibus armis.
1252 Qui sequitur princeps pharetra ferroq; coruscans,
Dicitur ALBERTVS magnus, quia prælia magna
Intrepidus gessit, Cymbros, Hunnosq; repellens,
Et capitur præsul Moguntinensis iniquus.
1279 Filius ALBERTVS pinguis successit in arce,
Purpurea cinctus tunica, patriamq; quietus
Possidet, ingenio felix, & gloria gentis
Saxonicæ, patriæ pater, ac virtutis alumnus.
1318 MAGNVS nunc sequitur senior, princeps generosus
Consilio pollens, qui pacem semper amauit.
Hunc ætate grauem cingens holoserica vestis,
Indicat esse Ducem populi, & patriæ decus amplum.
1358 MAGNE ferox animo iuuenis, cur prælia dira
Ingenti studio toties victus renouasti?
1367 Quamuis argento tua pulchra catena refulget,
Te tamen armipotens præsul capit Hildesianus.
1371 Sic Lunæburgam capiens es pulsus ab illa,
Nobilibus cæsis compluribus atq; fugatis.
1373 Cum comite à Schomburg pugnans confossus acerbè,

Purpure-

Purpuream expiras animam, ferrum que
1400 HENRICVS vehitur curru sublimis in alto
Strenuus, exoritur puluis stridorq; rotarum,
Quadrupedumq; cito cursu quatit vngula campu.
Nobilis hic princeps mortem fratris Friderici
Cæsaris, est vltus grauiter latrone peremto,
Et moriens placidè concessit ad astra beatus.
1416 Nunc GVILHELME subis senior, septemq; trophæis
Exultas felix, clypeo gladioq; refulgens,
Purpureus te portat equus, ceruicibus altis
Ostentans albam frontem, vestigia lucent
Alba pedum, volitantq; iubæ per colla per armos,
Auras hinnitus diuerberat, vngula campos.
Tu superas princeps Turcos, Danosq; Bohemos,
Intrepidos caucos, Hoijenses, Hildesianos,
Cæditur & præsul Moguntinensis iniquus,
1472 Tot domitis populis felix in pace senescens,
Dux generose subis cælestia gaudia tandem.
1473 Tando succedis iuuenis GVILHELME parentis
Sidereo flagrans gladio & radiantibus armis,
Cornipedemq; ferum crebris simul ictibus vrges:
1479 Victa dedit meritò pœnas Eimbeca rebellis,
Ciuibus occisis subitò, partimq; fugatis,
Tu redis ingenti pompa plausuq; tuorum.
1485 Nunc subit HENRICVS senior Dux acer in armis
Vociferans (hastam pariter quassatq; trementem)
Henrici te dextra gerit, da sternere tandem
Intrepidos hostes, pater ô radiantis olympi,
Et populos qui bella volunt disperge rogamus.
Hoc dicens animo generoso fertur in hostem
Nobilis hic princeps, & equum sudore madentem
Exagitat, rauco strepuerunt cornua cantu.
1485 Ardua sensisti generosi principis arma
Mœnibus excelsis fulgens Hildesia pulchra,
Ciuibus occisis compluribus atque fugatis.
Hoc bello capitur de Ritberg nobilis heros,
Dum parat auxilium vicinis, ipse ligatur.
1486 Mox obsessa dedit pœnas Goslaria, multis
1490 Ciuibus amissis. Sed cincta Hannouera muris
Insidias sensit, defendens mœnia ferro,
1492 Est quoq; pressa diu gladio Brunsuiga refulgens
Turribus excelsis, sed & hæc sua mœnia seruat,
Percutiens tandem fœdus, pacemq; reposcens.
Sic abijt tandem Princeps, Frisiosq; feroces
1514 Terribili bello petit, armis omnia vastans
Oppida, comburens flammis crepitantibus ædes.
Vndiq; bombardis horrendis intonat æther,
Magnanimiq; ruunt equites fulgentibus armis.
Sed Ducis ecce caput magno bombarda fragore
Deijcit, ac subitò soluuntur frigore membra,
Vita fugit, truncus terram glebasq; cruentat.
1514 Territat aduersos hostes clangore tubarum
Filius HENRICVS subitò, funusq; parentis
1521 Marmoreo condit tumulo Brunonis in vrbe.
Post hæc aggreditur populosas Hildesiani
Præsulis inflati terras, belloq; fatigat
1522 Oppida multa citò, magnas expugnat & arces.
1525 Mox quoq; victa dedit pœnas plebs rustica, falso
Dogmate Münzeri & multis erroribus acta.

Dux

nricus patrijs eiectus ab oris,
ıatus, magnas expugnat & arces,
ur princeps, & carcere pressus,
fractus toties discrimina rerum.
triam tandem recipit princeps animosus.
Cæsaris auspicijs, deuictis Saxone & Hesso.
553 Irruit Albertus Brandburgi Marchio clamans
Insuper in patriam, crepitantibus vndiq; flammis
Exurens agros: Henricus & acer in armis
Princeps, occurrit subitò. ferrumq; coruscans
Territat iratos hostes, mortemq; minatur.
Saxoniæ Elector Mauricius, ac Fridericus
Dux Lunæburg. vulnus lethale reportant.
It clamor cælo, pariter clangorq; tubarum
Terribilis, clarus bombardis intonat æther,
Traiectiq; cadunt jam Carolus atq; Philippus
Brunopolis Domini, nigrescit sanguine terra,
Hos gnatos subitò amisit princeps generosus
Henricus, Dominus Brunsuici, ac feruidus ira
Fertur in aduersos hostes, & spicula torsit
Horrida, cornipedum spargit rapida vngula guttas
Sanguineas, atro & fædatur arena cruore.
Marchio terga dedit, meritò ter pulsus ab hoste.
Henricus post hæc felix in pace senescit,
Et moriens placidè contendit ad astra beatus.
1568 Fratribus extinctis successit IVLIVS heros,
1569 Doctrinam Christi magna pietate repurgans,
Illustris patriæ pater, ac virtutis alumnus.
Iustitia, ingenium, probitas, Sapientia candor,
Ornabant animum: pacem quoq; semper amavit
Nobilis hic princeps, populos in pace gubernans.
1574 Ecce scholam celebrem fundauit Iulius heros,
1576 Quæ fuit autoris de nomine Iulia dicta,
Hæc docet ingenuas artes, & noscere Christum.
Vtq; faces lucent, sic Iulius ipse refulget,
Principis illustris magnum est schola Julia lumen.
Sic vt deflagrat subitò candela ministrans,
Dum seruit patriæ, Iulius sic deficit ipse
Corpore, sed Christi gremio mens læta fouetur.
1589 In patris arce sedens HENRICVS IVLIVS heros,
Ius dicit patriæ, populosq; in pace gubernat.
Patris, auiq; geris nomen princeps generose,
Exuperetur aui virtus heroica magna,
Et pietas patris, princeps generose precamur.

M. IOHANNES FALCONIVS PHYSICVS ET MEDICVS HAMElensis Magistro Henrico Buntingio salutem.

MAgna viris passim debetur gloria, magno
Parnaßi studio qui tetigere iugum.
Multum vbi lætitiæ est, vbi plectro ludit Apollo,
Ad numerum ducunt Aonidesq; choros.
Quis ritè exactis, cum quis duxere choreas,
Imponunt doctis florida serta viris.
Insigniq; addunt sua verba precantia ritu,
Præmiaq; aßidui magna laboris habent.
Hæc dant sponte suis cultoribus atq; disertis
Vatibus, atq; noua nomine laudis amant.
Felix qui studio iuga fertur ad ista fideli,
Inter honorificos poßit vt ire viros.
Quare magna tibi debetur gloria solers
Buntingi, præstans dotibus ingenij.
Quo seriem historicam repetens ab origine prima,
Multorum emittis publica scripta Ducum.
Brunoidaq; domus heroum exordia monstras,
Resq; domi gestas tradis amasq; foris.
Charus es hinc nostris Primatibus, atq; sub axe
Scriptoris fidei nomen vtroq; tenes.
Vtq; diu teneas frater charißime faxit
Conditor, & domui det bona fata tuæ.

M. Iohannes Falconius, Idibus Augusti, anno 1585.

Inscriptio huius epistolæ.

HÆc mea perdocto tradatur charta Magistro,
In Gronovv Christum qui docet ore pio,
Dicitur hic Dominus pastor Buntingius aptè,
Nam sua perpulchro scripta colore nitent.

Iob. 38. de motu cœli.

Nunquid ligabis suaues influentias Pleiadum, aut solues vim attractiuam Orionis? Nunquid poteris educere constellationem Mazaroth in tempore suo, aut arcturum cum filiis suis ducere poteris super fines terræ? Nosti quomodo gubernandum sit cœlum, vt impedire posšis dominium eius in terra?

Daniel. 2. de regno Christi & quatuor Monarchijs.

Deus cœlorum suscitabit regnum, quod non corrumpetur in secula, & regnum illud populo extraneo non permittetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Quemadmodum vidisti lapidem absque manibus reuulsum de monte, comminuentem ferrum, æs argentum & aurum,

AVTORES QVI IN OPERE CITANTVR, QVORVM SCRIPTIS IN COLLECTIONE HISTORIARUM, & SUPPUTATIONE MOTUUM COELESTIUM VSI SUMUS.

Abrahami Bucholceri Isagoge Chronologica.
Abrahami Leuitæ Cabala, adiuncta Calendario Hebraico Münsteri.
Achilles Gassarus reipublicæ Augustanæ Medicus.
Adon Episcopus Viennæ Gallicæ, cuius Chronicon abbreuiatum, totius mundi historiam continet.
Aelianus de varia historia.
Aelius Spartianus Suetonio adiunctus.
Aelius Lampridius.
Aeneas Syluius.
Agathias de bello Gothorum, Procopio adiunctus.
Albategnius Aratensis Astronomus.
Alberici Monachi trium fontiū Chronicon.
Albericus Antissiodorensis, quem sic cito: Antiss.
Alberti Crancii sacræ Theologiæ ac iurium Doctoris Saxonia.
Alberti Crancij Dania, Noruegia, Suecia & Gothia.
Alberti Crancii Vandalia.
Alberti Crancij Metropolis, siue historia ecclesiastica.
Alphonsi tabulæ Astronomicæ.
Ammianus Marcellinus insignis historicus.
Andreæ Osiandri harmonia euangelica.
Annales Constantinopolitani.
Annales Saxonum, siue Chronicon Saxoniæ.
Annonij Monachi historiæ Francorum.
Antiquitates Belgicæ VVassenburgij.
Antiquitates Iohannis Annij Viterbiensis.
Antonij Bonfinij decades.
Antonij Monachi Dominicani historia ecclesiastica.
Antonius Sabellicus.
Appianus Alexandrinus.
Arrianus de rebus gestis Alexandri Magni.
Athenæus.
Augustinus sanctus episcopus Hipponensis.
A. Gellius.
Bartholomæi Hubneri artis Medicæ Doctoris historia de bello Mauritano.
Bartholomæi Sculteti insignis Mathematici Calendarium perpetuum.
Beda de ratione temporum.
Bernardi VValteri obseruationes. Vide Iohannis Regiomontani Torquetum.
Blondi Foroiuliensis decades.
Carolus Sigonius de republica Atheniensium.
Caroli Sigonij Fasti consulares.
Caspari Hedionis Chronicon.
Caspari Peuceri artis Medicæ Doctoris complementum Chronicorum Philippi Melanchthonis.
Cassiodori Chronicon.
Censorinus.
Christianus Massеus, quem sic cito: Mass.
Christophorus Recherius Alcorano adiunctus.
Chronicon Germanicum incerti autoris, anno 1553. VVitebergæ impressum.
Chumannus Fliuspachius de confirmatione Chronologiæ.
Clementis Alexandrini opera.
Clementis Romani recognitionum libri.
Computus ecclesiasticus, Sphæræ Iohannis de Sacro Busto adiunctus.
Conradi Abbatis Vrspergensis Chronicon.
Cornelij Taciti ab excessu diui Augusti historia.
Cornelij Taciti Equitis Romani, de situ, moribus, & populis Germaniæ libellus.
Cyprianus Leouitius de magnis coniunctionibus.
Cyriaci Spangenbergij Chronicon Mansfeldense.
Dauidis Chytræi sacræ Theologiæ Doctoris Chronologia.
Dauidis Chytræi peregrinationes apostoli Pauli, quæ extant in eius onomastico.
Dauidis Chytræi complementum in Metropolin Alberti Crancij.
Diodorus Siculus.
Dion Cassius Niceus insignis historicus.
Dionis Cassij Nicei libellus Suetonio adiunctus.
Dionysius Halicarnassæus.
Donatus Acciolus de vita Caroli Magni.
Egesippi historia de bello Iudaico.
Eginardi consiliarij Caroli Magni Chronicon, de vita Caroli Magni.
Epiphanius contra hæreses.
Erasmi Reinholdi clarissimi Mathematici tabulæ Prutenicæ.
Eusebij Cæsariensis Chronologia, siue Chronicon.
Eusebij Cæsariensis historia ecclesiastica, & de vita Constantini Magni Imperatoris libellus.
Euagrij historia ecclesiastica.
Eutropius per Antoniū Schonhouiū æditus.
Fasciculus temporum VVerneri VVestphali.
Flauius Vopiscus.
Freculphi episcopi Lexouiensis Chronicorū Tomi duo

Frossar-

Froissardus scriptor historiæ Gallicæ.
Galeatij Capellæ Chronicon.
Gemiscus Pleto de rebus Græcorum post pugnam ad Mantineam.
Georgij Cedreni historia, quæ sic allegatur: Cedren.
Georgij Lilij Chronicon Britannicum.
Georgius Maior sacræ Theologiæ Doctor de vita S. Apostoli Pauli.
Georgij Pachimeri compendium adiunctum Nicephoro Gregoræ.
Georgij Spalatini Chronicon Ducum & Electorum Saxoniæ, Landgrauiorum Thuringiæ & Marchionum Misniæ.
Gerardi Mercatoris clarissimi & doctissimi viri Chronologia.
Godefridi Viterbiensis Chronicon.
Gregorij Thuronensis episcopi Chronicon.
Guarinus Veronensis de vita Aristotelis & Platonis.
Haithonus Armenus.
Helmoldi Canonici Butzouiensis historia gentis Henetæ seu Slauicæ.
Henrici Glareani Chronologia Liuio adiuncta.
Hermanni Contracti Chronologia, vsque ad annum Christi 1066. continuata.
Hermiæ Sozomeni historia ecclesiastica.
Herodianus Romanæ Historiæ scriptor.
Herodotus Halicarnassæus princeps & pater historicorum.
Hieronymi egregia opera.
Hirsaugiense Chronicon Iohannis Trithemij.
Historica narratio de introductione vniuersitatis Iuliæ.
Iacobi Meyeri Chronicon Flandriæ.
Iacobi Philippi Bergomatis Chronicon.
Ioachimi Camerarij Norica siue de ostentis libri duo.
Iohannis Auentini Boiorum annales, qui sic allegantur: Auent.
Iohannes Baptista Egnatius de Cæsaribus.
Iohannes Baptista Pigna de rebus gestis principum Æstensium & Ducum Ferrariæ.
Iohannis Calamei historiæ.
Iohannis Carionis Chronicon
Iohannes Chrysostomus episcopus Constantinopolitanus.
Iohannis Cuspiniani consules & Imperatores Romani.
Iohannis de Monte Regio Mathematici clarissimi tabulæ directionum profectionumq́;.
Iohannes Etrobius de expeditione Tunicea Laonico adiunctus.
Iohannis Functij Chronologia.
Iohannis Mathesij conciones de vita Doctoris Martini Lutheri.
Iohannis Naucleri Chronicon.
Iohannes Ramus de rebus Turcarum Laonico adiunctus.
Iohannes Regiomontanus de Torqueto.
Iohannis Sleidani de statu religionis & reipublicæ, Carolo Quinto Cæsare, commentariorum libri 26.
Iohannis Stumphij Chronicon.
Iohannis Tilij Chronicon, Paulo Æmilio iunctum, quod sic allegatur: Til.
Iohannis Tritemij Francorum Chronicon.
Iosephus Græcè & Latinè æditus.
Iosephus Hebræus.
Iosippus.
Iulij Cæsaris commentarij de bello Gallico, ciuili & Alexandrino.
Iulius Capitolinus.
Iulius Frontinus de aquæductibus, Vitruuio iunctus.
Iustini Göbleri Iurisconsulti oratio funebris de vita & obitu Erici senioris Ducis Brunsuicensis.
Iustinus historicus.
Iustinus Martyr.
Lambertus Schaffnaburgensis, quem sic cito: Schaff.
Laonicus Chalcocondyles.
Leonharti Krentzheimij Superintendentis ecclesiæ Lignicensis Chronologia.
Lucij Flori Epitome in Liuium.
Lucij Flori de gestis Romanorum libri quatuor.
Luitprandi Ticinensis Chronicon.
Macrobij libri Saturnaliorum.
Marcellini Chronicon.
Marci Tullij Ciceronis opera.
Mariani Scoti Chronicon.
Martini Chemnitij sacræ Theologiæ Doctoris tractatus de harmonia Euangelistarum
Martini Lutheri clarissimi sacræ Theologiæ Doctoris Chronologia.
Martini Lutheri Tomus IX. VVitebergensis, continens multa historica.
Martini Poloni Chronicon.
Matthiæ Palmerij Chronicon.
Matthiæ Beroaldi Chronologia.
Michaëlis Beutheri Iurium Doctoris Chronicon, Sleidano adiunctum.
Michaëlis Neandri Epitome Chronicorum.
Messalæ Coruini Oratoris disertissimi ad Octauianum Augustum libellus, de progenie Octauiani.
Nicephori Callisti historia ecclesiastica.
Nicephorus Gregoras, consiliarius Andronici senioris Imperatoris Constantinopolitani.
Nicetas Acominatus.
Nicolaus Copernicus Mathematicus clarissimus de reuolutionibus.
Nicolaus Gillius.

Onuphrij Panuinij fasti consulum & Imperatorum. Item eiusdem Romani Pontifices.
Ottonis Austriæ ducis & Frisingensis Episcopi Chronicon.
Ouidius Naso insignis poëta aliquoties in hoc opere allegatur.
Pauli Æmilij historia Francorum.
Pauli Crellij sacræ Theologiæ Doctoris concordantiæ Euangelistarum.
Paulus Diaconus Longobardicæ historiæ scriptor.
Pauli Eberi sacræ Theologiæ Doctoris calendarium historicum.
Pauli Eberi sacræ Theologiæ Doctoris historia populi Iudaici, à reditu ex Babylonico exilio.
Pauli Iouij Chronicon
Pauli Iouij de rebus Turcicis libellus.
Paulus Orosius.
Pausaniæ Græcia.
Philippus Commineus Eques Gallicus.
Philippi Melanthonis elegantissimum Chronicon Carionis.
Platina de vitis Pontificum.
Plinij Secundi historia naturalis.
Plutarchus de viris Illustribus.
Polybius historicus.
Polydorus virgilius.
Pomponius Lætus.
Procopij historia.
Prosperi Aquitanici Chronicon, adiunctum Eusebio.
Ptolemæi clarissimi Mathematici Almagestũ.
Q. Curtij historia de vita Alexandri magni.
Raphaël Volaterranus.
Reginonis Abbatis Prumiensis Chronicon.
Reineri Reineccij Steinheimij Chronicon Hierosolymitanum.
Roberti Gaguini compendium.
Saxonis Grammatici Danicæ gentis historia.
Sebastiani Franci Chronica.
Sebastiani Münsteri Calendarium Hebraicum.
Sebastiani Münsteri Cosmographia.
Sebastiani Munsteri Hebraicum Euangelium Matthæi, cum pulcherrimis annotationibus.
Sedarholam, iunctus Calendario Hebraico.
Sextus Aurelius victor.
Sexti Ruffi viri consularis de historia Romana Epitome.
Sigiberti Gemblacensis Chronicon.
Socratis historia ecclesiastica.
Solinus.
Speculum Vincentij.
Suetonius Tranquillus.
Strabonis Geographia.
Suidas.
Tabulæ Capitolinæ.
Terentij Comœdiæ aliquoties in hoc opere allegantur.
Tertullianus.
Theodoreti Cyrensis Episcopi historia ecclesiastica.
Thomas Fazellus de rebus Siculis.
Thucydides excellens & elegans historicus.
Tiburtius Dreifelderus de rebus gestis principum Æstensium & Ducum Ferrariæ.
Titi Liuij Patauini, Latinæ historiæ principis, decades, de rebus gestis Romanorum.
Trebellius Pollio.
Tripartita historia ecclesiastica.
Valerius Maximus.
Velleius Paterculus.
Virgilius Maro Poëtarum princeps, aliquoties in hoc opere citatur.
Vulcatius Gallicanus.
VVilhelmus Tyri Archiepiscopus de regibus Ierosolymitanis.
VVittikindi Cœnobij Corbeiensis monachi historia.
VVolffgangi Crusij Chronicon ducum & Electorum Saxoniæ, Landgrauiorum Thuringiæ & Marchionum Misniæ.
VVolffgangus Drechslerus de rebus gestis Saracenorum? quem sic cito Drechs.
VVolffgangi Lazij Viennensis, Regij historici & Medici Ferdinandi Imperatoris, Genealogiæ.
Xenophontis opera.
Xiphilini Epitome in Dionem.
Zonaras Byzantinus excellens historicus.
Ita ex ducentis ac quatuordecim autoribus ac libris hæc Chronologia collecta est.

DE DI-

DE DISPOSITIONE COLVMNARVM, QVIBVS ANNI INSCRIPTI SVNT, AD CANdidum lectorem, typographos & correctores, valde vtilis admonitio.

PRINCIPIVM MVNDI AB ÆQVINOctio Vernali inchoantes, singulos annos mundi in duodecim signa Zodiaci diuisos intelligimus, ab Ariete sumpto initio. Hoc descriptionis annorum primo fundamento iacto, annos Hebræorum, Chaldæorum, Græcorum, Ægyptiorum & Romanorum, &c. suis quosque columnis inscripsimus, obseruatis eorundem principijs, iuxta annorum mundi duodena signa. Sicut enim anni muadi ab æquinoctio Vernali rectè inchoantur, sic Olympiades Græcorum dependent à Solstitio æstiuo; & anni Sabbatarij ac Iubilei ab æquinoctio autumnali. Ecclesia verò Christi annos Iulianos numerat ante & post natum Christum, retrorsum videlicet & consequenter, eosq; incipit à Solstitio brumali. Ægyptiorum autem anni instabiles, à Nabonassaro siue Salmanássare Assyriorum rege dependentes, ab illo mense ac die anni Iuliani incipiunt, qui quarto semper anno inscriptus est. Romanorum annorum initia, ante Iulium Cæsarem fuerunt mobilia, & circa initia annorum Ægyptiorum plerumque oberrarunt. Sed post Iulium Cæsarem dependent à media hyeme, à primo videlicet die Ianuarij, habentq; idem initium cum annis Christi Filij Dei. In fronte cuiuslibet anni Iuliani inuenies Cyclum Lunæ, quem aureum numerum vulgò vocant, & Cyclum Solarem cum litera Dominicali. In calce autem tabularum singulis columnis adscripti sunt tituli annorum. Nunc vehementer rogo typographos, vt in sculpendis figuris sint diligentes, nec in positione literarum & numerorum festinent. Correctores quoque summam in officio suo adhibeant diligentiam, ne opus tanto labore collectum, & artificiosissimo calculo confirmatum, deprauetur. Vnus enim numerus, vnaq; Cyphra aut litera, magnum sæpenumero efficit errorem. Studiosus ergo typographus vel Corrector, non minus quàm ipse autor, Deo & Ecclesiæ ipsius inseruire potest & debet. Nam si opera bonorum autorum deprauentur, & innumeris mendis referta adulterentur, vt plerunq; fieri solet: Deo certè, typographi & Correctores illi incuriosi, plus suis commodis, quàm gloriæ diuinæ, multorumq; hominum saluti inseruientes, grauem in postremo iudicio reddituri sunt rationem.

PRÆFATIO DE DISSIMILI RATIONE ANNORVM, APVD DIuersas gentes, continens Isagogen Chronologicam.

CHRONOLOGIA CVM SIT TEMPORVM & annorum certa delineatio, & sine cognitione cœlestium motuum, annorum ac mensium, quorum apud diuersas nationes magna semper fuit varietas, nulla possit fieri conciliatio, multos in conscribendis Chronologijs non recte intellectis fundamentis aberrasse video. Tum etiam illud quod præcipuum erat, vt videlicet in initio mundi certa poneretur motuum cœlestium radix, à qua singuli anni, menses ac dies, quorum in sacris literis & alijs historijs fit mentio, item omnes eclipses Solis & Lunæ, aliorumq; motuum cœlestium obseruationes, à Plinio, Liuio, Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Ptolemæo, ac alijs scriptoribus annotatæ, imò omnes Sphærarum cœlestium motus, ad nostra vsq; tempora deduci possent, in plerisque, qui Chronologias scripserunt, desideratur. Vt taceam interim, quomodo diuersarum gentium annos ac menses confundant, non monstrato neq; intellecto discrimine. Quare cum hanc meam Chronologiam susciperem, quatuor mihi facienda fuerunt. Primùm inuestigandum erat principium mundi, atq; ibi certa motuum cœlestium ponenda radix, à qua singulorum annorum ac mensium reuolutiones, calculo astronomico subducere possem, ad nostra vsq; tempora. Secundò retro numerandi etiam erant anni nostri Iuliani, ad initium vsq; mundi, vt cum eis conferre possem diuersarum gentium annos ac menses, quorum magna est varietas. Tertiò facta comparatione Hebræorum & nostrorum mensium, videndum, num alicubi iter aliquod aut res gesta Israëlitarum, cuius in sacris literis fit mentio, incideret in diem Sabbati, quo Iudæis vllum opus facere erat prohibitum. Nam si verum à nobis inuentū est initium mundi, nullibi in tota nostra Chronologia iter aut opus aliquod Israëlitarum in diem Sabbati incidet, cuius rei nobis testimonium perhibet ipsa Chronologia. Quartò examinandæ erant eclipses Solis & Lunæ, aliorumq; motuum cœlestium obseruationes, illæ enim ad amussim interualla temporum monstrant. Duæ enim computationes sunt omnium certissimæ, quæ videlicet per sacram scripturam, & deinde per eclipsium etiam interualla suscipitur. Et si autores inter se discrepent, videndum quis eorum cum interuallo temporis, quod eclipses monstrant, rectius consentiat, eum sequaris tutissimum erit. Cæterùm vt sine omni difficultate omnium gentium anni, menses & dies, cum diebus nostrorum mensium in anno Iuliano conferri possint, atq; ita illucescat, qualis fuerit cohærentia omnium dierum mundi apud diuersos etiam populos, in procul dissitis regionibus, præmittenda sunt quædam de ratione annorum apud diuersas gentes. Nam scripturus Chronologiam si ignoret, quomodo dies mensium Aegyptiorum, cum diebus Hebræorum mensium cohæreant, non poterit etiam diiudicare ad quem annum mundi eclipsis aut res aliqua apud Aegyptios gesta, referenda sit. Sic nisi quis cognitam habuerit rationem annorum ac mensium apud Macedones & Athenienses, nullo pacto eosdem cum annis Hebræorum, qui ab initio mundi dependent, conciliare poterit. Sic & nos nullam possumus cernere comparationem Hebræorum ac nostrorum mensium, nisi anni Iuliani retro numerentur ad principium mundi, atque ita singulorum annorum ac mensium fiat collatio. Primùm igitur de ratione annorum apud Hebræos dicemus.

DE ANNIS ET MENSIBVS HEBRAEORVM.

EBræi annum partiti sunt in duodecim menses, quos Synodicos nominamus, quorum sex continebant triginta dies, reliqui sex vndetriginta, ita vt annus eorum

rum constaret ex trecentis quinquaginta quatuor diebus. Et hos quidem menses qui 29. erant dierum cauos, illos autem qui ex 30. constabant diebus plenos appellarunt. Inchoarunt autem Ebræi annum suum ab æquinoctio verno, idq; tali proportione ac lege, vt illud nouilunium perpetuò anni initium haberetur, quod vel præcedebat proximè diem æquinoctij, vel sequebatur, à quo nouilunio numeratus decimus quartus dies, erat destinatus mactationi agni paschalis, quod sacrum nunquam licebat celebrare ante æquinoctium vernum, sed vel ipso æquinoctij die, vel aliquanto pòst, vt testatur Iosephus lib. 3. cap. 12. Defuerunt igitur quotannis ad complementum anni Solaris dies vndecim, qui Epactæ nominantur, ex quibus tertio, nonnunquam etiam secundo anno, collectus est mensis decimus tertius ἐμβόλιμος, qui in fine anni inserebatur, vt ita annus ille qui vocabatur ἐμβολιμαῖος, constaret ex tredecim mensibus. Præterea quoq; quarto anno adiectus est dies intercalaris, vt ita anni bisextilis ratio non negligeretur. Quod autē ad appellationes mensium attinet, constat ex Biblicis scriptis, menses seu lunationes Ebræorum, non habuisse hæc nomina, quæ nunc recensentur, ante exilium Babylonicum, præter admodum paucos, sed numeris ferè tantum fuisse indicatos. Sed post captiuitatem reuersi Iudæi, hæc nomina mensium à Chaldæis retulerunt. Cæterùm appellationes mensium Ebræorum hæ sunt.

Primus nominatur ניסן Nisan, siue אביב Abib, & habet nomen de germinibus & spicis pubescentibus, ac lanuginem habentibus. Nam hoc mense seges terræ 1.
Chanaan protulit spicas, & in fine huius mensis, post festum Paschatis incepit messis. Vnde in lege Moysis constitutum fuit, vt postridie eius Sabbati, quod in septimanam dierum azymorum cadebat, videlicet decimoquinto die huius primi mensis, offerretur Sacerdotibus ad templum manipulus spicarum, post quem diem licebat falcem in messem immittere, quod ante illum diem facere erat prohibitum. Hic mensis dies habet triginta.

Secundus mensis איר Iiar, vel זיו Ziu, appellatur 3. Regum 6, & habet nomen á splendore seu nitore. Nam Chaldæis זיו significat splendorem, quia hoc secundo mense splendescunt & emicant omnis generis semina & flores, atq; in arboribus nascuntur folia. Hoc mense olim incepta & fundata est domus Domini â rege Salomone. 3. Reg. 6. Dies habet hic mensis 29. 2.

Tertius mensis סיון Siuan, appellationem sortitus est à densitate ramorum, & velamento foliorum in arboribus, & habet dies 30. Quinto die huius mensis festum Pentecostes celebratum est. 3.

Quartus mensis תמז Thamus, fortaſsis nomen accepit ab idolo Thamus, cuius fit mentio Ezechielis cap. 8. Diuus Hieronymus putat, idolum illud Adonidem amasium Veneris fuisse. Huic mensi tribuuntur dies 29. 4.

Quintus mensis אב Ab, nomen habuit á pubertate foliorum & herbarum, & complectitur dies 30. Hoc mense facta est messis graminis. 5.

Sextus mensis אלול Elul, appellationem nactus est à Nihilo, quod post messem graminis, nihil in agris & campis restaret, & habuit dies 29. 6.

Septimus mensis תשרי Thisri, à musto nomen accepit: cognationem enim habet hæc appellatio cum vocabulo תירוש Thirosch, quod Ebræis mustum significat. Idem hic mensis 3. Reg. 8. appellatur אתנים Ethanim, à donatione vini, & habet dies 30. Primo die huius mensis, Iudæi celebrant festum clangoris tubarum, & inchoant ibidem annum suum ciuilem, sicut à primo die mensis Nisan siue Abib annum Ecclesiasticum siue ceremonialem incipiunt. Decimo die Mensis Thisri, festum expiationis celebrarunt Iudæi, quo tempore summus Pontifex ingressus est in adytum & locum sanctiſsimum templi. Decimo quarto die eiusdem mensis, octo dierum spacio celebratum est festum tabernaculorum. 7.

Octauus mensis Ebræorum מרחשון Marhesuan, nomen sortitus est ab amaritudine & concusſione pluuiarum, & ab inconstantia aëris. Idem hic mensis 3. Reg. 6. dicitur בול, à folijs pallescentibus, quia hoc mense pallescunt & decidunt folia ab arboribus. Tribuuntur huic mensi dies 29. 8.

Nonus mensis dicitur כסליו Kisleu, ab inconstantia tempestatis, nam כסל Ebræis idem est, quod obliquus & inconstans fuit. Habet hic mensis dies 30. 9.

10. Decimus mensis vocatur טֵבֵת Tebeth, habens nomen ab immersione in glaciem, aquas & niues. Huic Mensi competunt dies 29.

11. Vndecimus mensis שְׁבָט Schebath, accepit nomen à virgis succrescentibus, quia decima quinta die huius mensis, Iudæi celebrant conuiuia, quòd tunc redeat succus in arbores, & שֵׁבֶט Ebræis significat sceptrum, baculum siue virgam, quæ succrescit. Habet hic mensis dies 30.

12. Duodecimus mensis Ebræorum vocatur אֲדָר Adar, ab æthere & serenitate aëris, nam אָדַר Ebræis idem est quod illustris & clarus fuit. Tribuuntur huic mensi dies 29, sed cum fit intercalatio, dies 30.

13. Decimus tertius mensis ἐμβόλιμος Iudæorum, vocatur וְאָדָר Veadar, id est, Et Adar, siue alter Adar, & habet dies 30.

Tantum sufficit hoc loco de mensibus Ebræorum, nunc etiam addenda sunt quædam de ratione annorum apud Ægyptios.

DE ANNIS ET MENSIBVS Ægyptiorum.

Ægyptij duodecim menses efficiebant, ex diebus semper triginta, qui duodecies collecti, constituunt summam dierum 360, & reliquos 5. dies qui ad complementum anni Solaris restabant, quotannis fini vltimi mensis, quem μεσορὴ nominant, annectebant, vt annus quilibet expleret semper 365. dies. Sicut autem hic tàm æquabilis annus, conuenientissimus fuit obseruationib. cœlestium motuum, ita nec æquinoctia nec Solstitia stabilia esse potuerunt. Quadrantem enim diei, qui abundat supra illos 365. dies, ex quo quarto anno, dies intercalaris colligitur, qui anno bisextili inseritur, Aegyptij prorsus negligebant, inde factum est, vt quatuor annorum spacio, dies mensium Aegyptiorum in proximos præcedentes dies anni Solaris siue Iuliani transmigrarent. Atq; ita manifestum est, quòd primus dies mensis Θὼθ, & cæteri omnes apud Ægyptios, per omnes dies & mensis annis Iuliani vagati sunt, annis videlicet quater trecentis sexaginta quinq;, hoc est, 1460, quo tempore Aegyptijs accessit vnus annus collectus ex omissis 365. Olympiadum diebus intercalaribus. Et hoc tempus complectens annos Aegyptios 1461. vocabatur annus magnus κυνικὸς, hoc est, canicularis, propterea quòd initium eius sumebatur tunc, cum ortus caniculæ & primus dies mensis Thoth congruebant. Scribit autem Censorinus, canem ortum esse Ægyptijs vicesimo die Quintilis, etsi Plinius dicat aliquoties, 24. diebus post Solstitium æstiuum canis exortum fieri, sed non magna est differentia, nam temporibus Iulij Cæsaris medium Solstitium incidit in 25. diem Iunij. Cæterum menses Aegyptiorum ita appellantur, Θὼθ, Φαώφι, Ἀθὺρ, Χοίακ, Τυβὶ, Μεχεὶρ, Φαμενὼθ, Φαρμουθὶ, Παχὼν, Παϋνὶ, Ἐπιφὶ & Μεσορὶ.

Dies & menses Ægyptiorum quomodo reciprocẽt per omnes dies anni Iuliani.

Annus canicularis Ægyptiorũ quid sit.

Quamuis autem in initio mundi, anni & menses Aegyptiorum nondum fuerint in vsu, sed longo tempore pòst, circa natiuitatem Moysis, ab impio Aegyptiorum rege Armesesmiamo, qui infantes Israëlitarum interfecit, primùm instituti sint: tamen indicare volui, quibus diebus in initio mundi responderent, si annos etiam Iulianos retrò cogitemus, vt ita per omnes annos mundi, anni & menses Aegyptiorum calculari possent, quorum in supputationibus Eclipsium, aliorumq; motuum cœlestium magnus est vsus, ideo singula principia mensium Aegyptiorum, primo Calendario mundi inscripsi. Porrò Aegyptij ita pertinaciter anni sui formam secuti sunt, vt cum sæpe à Romanis Imperatoribus defecissent, tandem à Diocletiano coacti sint præter patrium morem tot seculorum vsu confirmatum, vti etiam die intercalari, & menses suos aptare Romanis mensibus, vt palàm hoc etiam argumento se profiterentur, subiectos esse Romano imperio. Habent autem hoc nostro tempore Neoterici Aegyptiorum menses tales appellationes. Tut, Bena, Accur, Cahiac, Tona, Amseir, Boronhor, Barmudha, Bascens, Boua, Abhib, Musre. Quæ appellationes cum veteribus nominibus aliquo modo conueniunt. Et respondet primus Tut siue Thoth nostro Augusto, iuxta Albategnium, quamuis Aëtius excellens medicus eundem mensem cum nostro Septembri coniungat.

DE ANNIS ET MENSIBVS *Græcorum.*

GRæci cum annos suos ad Lunares menses accommodarent, eandem ferè anni formam habuerunt cum Hebræis, nisi quòd ab æstiua conuersione annum inchoabant, hac proportione & lege, vt illud Nouilunium perpetuò initium anni haberetur, quod diem Solstitij æstiui proximè sequebatur. Numerabant quoque Græci annos per Olympiades, habuerunt enim rationem diei intercalaris, qui quatuor annorum spacio, ex quatuor quadrantibus diei collectus, in fine cuiuslibet Olympiadis inserebatur, vt ita annus ipsorum aliqua ex parte, ad Solis annuum cursum conueniret, singulæ enim Olympiades constabant ex quatuor annis, Et in initio cuiuslibet Olympiadis, mense Hecatombæone, qui apud Athenienses erat primus, celebrabantur τὰ ὀλύμπια, ludi ab Hercule instituti, iuxta Olympiam Eleæ regionis vrbem, à qua & nomen habent. Hercules enim Augea Elidis rege superato, repurgatoq; eius stabulo, in campis Olympiæ vicinis, in honorem ataui materni Pelopis, sacrum certamen instituit, quod quarto semper anno præcisè completo, celebraretur, idq; eo consilio, vt in illo certamine Græciæ iuuentus sese Pentathlo, siue quinquertio exerceret, cæstibus scilicet, cursu, saltu, disco, & palæstra. Huic certamini quinto die finis imponebatur, & Victor (qui Olympionices vocabatur) oleastro, vel (vt Aristoteli placet) olea, qui Philostephanos dicitur, coronabatur, tantumq; ei honoris habebatur, vt non per portas vrbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reueheretur. Cæterùm quamuis certamen hoc Olympicum, vt diximus, Hercules antę bellum Troianum primus ediderit, tamen postea diu intermissum idem hoc sacrum certamen Iphitus tandem instaurauit, anno mundi 3193. anno ab excidio Troiæ 407. deficientibus iam & regibus Lacedæmoniorum, & regno Corinthiorum, vt memoriam diei intercalaris ex quatuor quadrantibus collecti, qui sub exitum cuiusq; Olympiadis Calendario inserebatur, tam insigni spectaculo vniuersa Græciæ posteritas velut positam haberet ob oculos. Quamuis igitur singulæ Olympiades quatuor annos comprehendant, primos tamen cuiuslibet Olympiadis annos tantum, Scalę siue columnæ annorum mundi inscribere volui, ne multitudo columnarum siue intercapedinum nos perturbaret. Habito autem primo cuiuslibet Olympiadis anno, cæteri quoq; tres per se satis erunt perspicui. Subijcio nunc appellationes mensium, ita vt in conspectu sit, quomodo menses Atheniensium & Macedonum cohæreant, item quomodo Iosephus menses Macedonum, quæ & Chaldæorum dicuntur, cum mensibus Hebræorum coniungat.

Menses Attici, siue Athenienses.	*Macedonum Menses.*	*Hebræorum menses ita respondent Macedonũ mensibus teste Iosepho.*
1. Ἑκατομβαιὼν 30.	Λῷος 30.	אב Ab. 30.
2. Μεταγειτνιὼν 29.	Γορπιαῖος 29.	אלול Elul. 29.
3. Βοηδρομιὼν 30.	Ὑπερβερεταῖος 30.	תשרי Tischri. 30. ☉ in ♎.
4. Μαιμακτηριὼν 29.	Δῖος 29.	מרחשון Marcheschenan 29
5. Πυανεψιὼν 30.	Ἀπελλαῖος 30	כסליו Kisleu. 30.
6. Ἀνθεστηριὼν 29.	Αὐδυναῖος 29.	טבת Tebeth. 29. ☉ in ♑.
7. Ποσειδεὼν 30.	Περίτιος 30.	שבט Schebath. 30.
8. Γαμηλιὼν 29.	Δύστρος 29.	אדר Adar. 29.
9. Ἐλαφηβολιὼν 30.	Ξανθικὸς 30.	ניסן Nisan. 30. ☉ in ♈.
10. Μουνυχιὼν 29.	Ἀρτεμίσιος 29.	אייר Iiar. 29.
11. Θαργηλιὼν 30.	Δαίσιος ἢ Δέσιος 30.	סיון Siuan. 30.
12. Σκιροφοριὼν 29.	Πάνεμος 29.	תמוז Tamus 29. ☉ in ♋.

Secundo vel tertio anno intercalatur mensis ἐμβόλιμος.

Addo

Addo quoq; appellationes mensium aliarum gentium.

Menses Romanorum.	*Menses Cyprorum, à Martio incipiunt.*	*Persarum menses.*
1. Ianuarius. 31.	1. Ἀφροδίσιος. ☉ in ♈.	1. Phordimech, ☉ in ♎.
2. Februarius 28.	2. Ἀπογονικός.	2. Ardaimech.
3. Martius. 31. ☉ in ♈.	3. Αἰνικος.	3. Cardaimech.
4. Aprilis. 30.	4. Ἰούνιος. ☉ in ♋.	4. Zirmech, ☉ in ♑.
5. Maius. 31.	5. καισάριος.	5. Mardaimech.
6. Iunius 30. ☉ in ♋.	6. σεβαστός.	6. Sarembemech.
7. Iulius. 31.	7. Αὐτοκρατορικός. ☉ in ♎.	7. Meharemech, ☉ in ♈.
8. Augustus 31.	8. Δημαρχεξούσιος.	8. Ebenmech.
9. September. 30. ☉ in ♎.	9. Πληθύπατος.	Hic intercalantur dies 5.
10. October. 31.	10. Ἀρχιερεύς. ☉ in ♑.	9. Idramech.
11. Nouember. 30.	11. Ἔσθιος.	10. Dimech, ☉ in ♋.
12. December. 31. ☉ in ♑.	12. ῥωμαῖος.	11. Behmenech.
Quarto quoq; anno intercalatur dies bisextilis.		12. Azfirmadech.

Menses Bithyniorum.	*Menses Cappadocum.*
1. Ἥραιος.	1. Τίρεξ.
2. Ἑρμαῖος.	2. Ματα.
3. Μητρῷος.	3. Ξανθρὶ.
4. Διονύσιος.	4. μιθρὶ.
5. Ἡράκλειος.	5. Ἀπομενάμα.
6. Δῖος.	6. Ἀρθρὰ.
7. Βενδιδαῖος.	7. Τιθοσιὰ.
8. στρατεῖος, aliàs στρατήγιος.	8. Ὀσμονία.
9. Ἄρειος.	9. Σωδαρά.
10. Περιέπιος, aliàs Περιώπιος.	10. Ἀρτανια.
11. Ἀφροδίσιος.	11. Ἀρτεστιν.
12. Δημήτριος.	12. Ἀρομάτατα.

Astronomi mensibus nomina indiderunt de dodecatemorijs siue signis Zodiaci, quorum sunt 12.

♈ Aries.
♉ Taurus.
♊ Gemini.
♋ Cancer.
♌ Leo.
♍ Virgo.
♎ Libra.
♏ Scorpius.
♐ Sagittarius.
♑ Capricorn⁹.
♒ Aquarius.
♓ Pisces.

Sic illa vel illa die Taurionis, Virginionis, Capricornionis, &c. Ptolemæus suas cælestium obseruationes factas esse scribit.

Arabum & Saracenorum menses

1. Almuharam habet dies,	30. Murhern	à Turcis dicti.
2. Saphar habet dies,	29. Sepher	
3. Rabe primus,	30. Rebeiulevvel	
4. Rabe secundus,	29. Rebiulala	
5. Gemedi primus,	30. Dzemasiel Vla	
6. Gemedi secundus,	29. Dzemasiel Athyk	
7. Rage,	30. Retzeb	
8. Sahaben,	29. Schaban	
9. Ramadan,	30. Remasan	
10. Saul,	29. Schevval	
11. Dulchida,	30. Silchizde	
12. Dulcheya,	29. Silchibze	

Hi Menses 30. annorum spatio, vagantur per menses anni Iuliani. Constat enim annus Saracenicus ex diebus 354. Singulis tamen 30. annis, vndecim annos bisextiles obseruant, quæ constant ex diebus 355.

Hoc loco diligenter notetur, quo tempore quælibet gens annum suum inchoauerit.

Christiani & Romani annũ incipiunt à solstitio hyemali, quia Filius Dei natus est tẽpore brumæ.

Hebræi, Astronomi & Cyprij ab æquinoctio Vernali annũ inchoant.

Græci, Athenienses, Attici, Macedones & Chaldæi, annos suos inceperunt à Solstitio æstiuo.

Recentiores Iudæi & Persæ, ab æquinoctio autumnali annos incipiunt.

Ægyptiorum, Saracenorum & Turcorũ menses, vagati sunt per omnes menses ac dies anni Iuliani.

Tantum hoc loco sufficiat, de dissimili ratione annorum apud diuersas gentes.

DE TEMPORE NATIVITATIS & Paßionis Christi.

Christum Filium Dei natum esse ex Maria Virgine anno mundi 3968, & crucifixum completo præcisè quarto millenario mundi sic probatur.

	Anni Iuliani
A prima rerum creatione ad exitum ex Aegypto, vt sacræ literæ testantur, sunt	2453
Inde ad ædificationem templi Salomonis numerantur 3. Reg. 6. anni	480
Ab ædificatione templi ad finem primi anni Ierobeam, qui aureos vitulos erexit 15. die octaui mensis, sunt anni	38
Inde numerantur anni iniquitatis Israël vsq; ad destructionem Hierosolymæ, Ezech. 4. cap.	390
In destructione vrbis & transmigratione populi, præterijt annus vnus.	1
Vixit populus in captiuitate Babylonica annos 70.	70
Inde ad initium hebdomadum Danielis sunt anni 78, sicut postea probabitur.	78
Septuaginta hebdomades annorum faciunt annos	490
ERGO AB INITIO MVNDI AD MORTEM CHRISTI sunt anni	4000

A solutione captiuitatis Babylonicæ, quæ primo anno Monarchiæ Cyri facta est, vsq; ad initium 70. hebdomadum Danielis, sunt anni 78, quod probatur hoc modo.

	Anni.
Cyrus Persarum Rex fuit Monarcha (teste Xenophonte in Cyripædia) annis	7.
Cambyses filius Cyri annis 7. mensib. 5. & Smerdes magus mensib. 7. Herodot.	8.
Darius Hystaspis filius fuit Monarcha, vt Herodotus scribit lib. 7. annis	36.
Xerxes autem in vniuersum regnauit post patris Darij obitum annis	21.
Artaxerxes Longimanus Esdram legisperitum Hierosolymam misit cum regnasset annos 6. in initio videlicet 7. anni sui imperij. Esdr. lib. 1. cap. 7.	6.
ERGO à solutione captiuitatis Babylonicæ ad initium Hebdomadum Danielis sunt anni	78.

DE SEPTVAGINTA HEBDOMADIBUS Danielis.

Septuaginta illæ hebdomades non sunt dierum, sed annorum hebdomades, quales in Leuitico habentur capite 25. Constituunt ergo 70. hebdomades, annos 490. Solares.

Significat autem Daniel, vnde sit inchoanda numeratio, cum ait: Ab exitu sermonis, vt iterum habitetur & ædificetur Ierusalem. Daniel. 9. Hæc egresio sermonis non intelligatur Cyri decretum, quia tunc ædificatio rursus impedita est. 1. Esdræ 4. item prohibita etiam à Cambyse secundo rege Persarum, qui ibidem Artaxerxes, hoc est, magnus bellator nominatur. Et quamuis secundo anno Darij filij Hystaspis, tertij regis Persarum, abolitis prohibitionibus ædificatio templi procesit, prophetantibus Haggæo & Zacharia, ciuitas ipsa tamen muribus nondum est cincta, nec etiam certa respublica constituta. Et quod obseruatione dignissimum est, primùm à Cyro, & secundò à Dario, egresi sunt quidem sermones de solius templi ædificatione, non autem de instauratione vrbis. 4. Reg. 36.

 & 1.

& 1. Esdræ 1. 4. & 6. Prophetia autem Danielis de tali exitu sermonis loquitur quo non templi, sed ipsius vrbis Hierosolymæ inhabitatio, ædificatio, & instauratio promulgaretur. Inchoandæ sunt igitur 70. hebdomades Danielis à septimo anno Artaxerxis Longimani, quo tempore Esdras legisperitus Hierosolymam missus est ad constituendam rempublicam, vt sub certis legibus ac magistratibus, vrbs iterum inhabitaretur & ædificaretur. Daniel. 9. Nam ante id tempus, vt diximus, à Cyro & Dario Iudæis tantummodo permissum erat ædificare templum, & sacra secundùm legem Domini administrare, nunc autem cum Esdras mittitur, accedit reipublicæ confirmatio, & libertas sub certis magistratibus viuendi, quæ mea quidem sententia, vera vrbis est ædificatio. Nam si vrbs quædam his destituta fuerit, vtcunq; sit vallo muroq; munita, tamen ciuitas meritò dici non potest.

Diuidit autem Angelus septuaginta hebdomades in tres classes: primæ tribuit septem hebdomades, quæ faciunt annos 49: alteri sexaginta duas hebdomades, quæ constituunt annos 434: tertiæ verò vnam hebdomadam, annos videlicet septem.

Primis septem hebdomadibus, 49. annorum spatio respublica constituta & vrbs ædificata est in angustia temporum. Sicut testantur libri Esdræ & Nehemiæ. In initio enim primæ hebdomadis, Esdras legisperitus Hierosolymam missus est ad constituendam rempublicam, vt ita instauratio vrbis, quæ antehac impedita erat à vicinis gentibus ac hostibus, sub certis legibus ac magistratibus felicem haberet successum. Decimo tertio deinde anno post Esdram, anno vltimo secundæ hebdomadis, Nehemias Hierosolymam mittitur, vt sit collega Esdræ, in confirmatione reipublicæ & instauratione vrbis. Hic Nehemias quinquaginta duorum dierum spatio muros vrbis Hierosolymæ instaurauit, in pressura temporum. Cumq; per aliquot annos, instaurata magna vrbis parte, ciuium quoque numerum auxisset, anno tricesimo secundo Artaxerxis, qui fuit quintus annus quartæ hebdomadis, idem Nehemias reuersus est ad Regem in Persiam, vbi mansit vsq; ad finem ferè regni Artaxerxis Longimani. In fine autem dierum, hoc est, circa finem imperij Artaxerxis Longimani, anno sexto hebdomadis quintæ, Nehemias rediјt Hierosolymam, ac inuenit maximam reipublicæ à se constitutæ confusionem, quam reliquis 8. annis ad finem vsq; septimæ hebdomadis emendauit. Ita iuxta prædictionem Angeli Gabrielis, primis septem hebdomadibus, reipublicæ & vrbis instauratio facta est. Daniel. 9.

Deinde proximis sexaginta duabus hebdomadibus, annis videlicet 434. vrbs Hierosolyma inhabitata est in angustia temporum, aliquoties enim expugnata est ciuitas ab Antiocho, Areta, Pompeio, Antigono & Herode.

Septuagesimæ autem & vltimæ hebdomadis initium incidit in 27. annum ætatis Christi, quo tempore multi pij homines, qui prædictiones Angelorum, Simeonis, Hannæ, Magorum, Zachariæ & Elisabethæ in memoria adhuc habebant, Christum virilem ætatem iam ingressum, tanquam Messiam diligenter obseruare cœperunt, eumq; quamuis non publicè, tamen in priuatis colloquijs sine dubio aliquoties audiuerunt. In dimidio autem vltimæ huius hebdomadis, anno videlicet Christi 30. in festo tubarum, 28. videlicet die Septembris, Iohannes Baptista publicè cœpit de Christo concionari, eumq; paulò pòst septimo die Octobris, in festo expiationis in Iordane baptizauit. Ita in dimidio vltimæ hebdomadis intercidérunt holocausta & sacrificia, & Christus postea publicè docuit vsq; ad finem septuagesimæ huius & vltimæ hebdomadis, qua finita cruci affixus occiditur. Estq; illud obseruatione dignum, quòd Propheta vtitur vocabulo יִכָּרֵת Ijcareth, quod non simpliciter perimi significat, sed vt Hebrææ linguæ doctis notum est, affigendi quoq; significationem in se habet. Occiso autem Christo, abominatio & Idolatria fuit in sanctissimo adyto templi, donec dux veniret Titus, Vespasiani Imperatoris filius, qui destructa vrbe, totaq; politia Mosaica sublata, perpetuam induxit vastationem.

CATA-

CATALOGVS, IN QVO INSIGNIVM & memorabilium rerum gestarum interualla, Iulianis annis descripta proponuntur,

	Anni Iuliani
Ab initio mundi ad exitum ex Ægypto	2453
Inde ad excidium Troiæ	333
Inde ad primam Olympiadem	406
Inde ad Romam conditam	24
Inde ad Nabonassarum, qui est Salmanasser	4
Inde ad Mardocempadum, qui est Merodach	26
Inde ad Nabuchodonosorem, qui est Nabopollassar Ptolemæo,	97
Inde ad Cyri Monarchiam capta Babylone	89
Inde ad Alexandri Magni obitum	213
Inde ad natum Christum ex Maria Virgine	322
ERGO AB INITIO MVNDI AD NATVM CHRISTVM sunt anni	3967

Troia capta est anno mundi 2787. qui fuit quintus annus Iudicis Abdon, decimo septimo die ante solstitium æstiuum, 23. die mensis Thargelionis, qui respondet 21. diei Iunij, si annos Iulianos retro cogitemus.

Prima Olympias cępit quarto anno Iothan Regis Iuda, anno mundi 3193, tempore Solstitij æstiui, primo die Attici mensis Hecatombæonis, qui cohæret cum 9. die Iulij, si annos Iulianos retro cogitemus.

Roma condita est 12. anno Achas Regis Iuda, anno mundi 3217. die 21. Aprilis, in fine vltimi anni sextæ Olympiadis, expletis annis 430. ab excidio Troiæ, teste Sempronio perantiquo Romanorum scriptore.

Nabonassarus, qui est Salmanasser rex Assyriorum, imperare cœpit vltimo anno Achas regis Iuda, anno mundi 3221. primo die Ægyptij mensis Thot, & quarto die Hebraici mensis Adar, hoc est, 26. die Februarij iuxta annorum Iulianorum proportionem.

Mardocempadus siue Merodach filius Baladan, Babyloniorum & Assyriorum Monarcha factus est, 26. anno Ezechiæ regis Iuda, anno mundi 3247. tempore autumni.

Nabuchodonosor magnus, quem Ptolemæus Nabopollassarem vocat, cœpit imperare in fine tertij anni Ioachim regis Iuda, inchoante anno mundi 3344.

Cyrus capta Babylone Persarum Monarchiam inchoauit, finitis præcise septuaginta annis captiuitatis Babylonicæ, anno mundi 3433.

Alexander Magnus, Monarcha Græcorum, diem suum extremum clausit, penultimo anno Iosephi Ducis Iuda, anno mundi 3646, die 17. ante Solstitium æstiuum, 28. die mensis Desij, qui cohæret cum 30. die Ægyptij mensis Phamenoth, & respondet 9. diei Iunij, si annos Iulianos retro cogitemus. Ergo à capta Troia ad obitum Alexandri Magni sunt præcise anni 859. solares.

Christus Filius Dei, ex Maria Virgine natus est anno mundi 3967. qui fuit annus vrbis Romæ 751. consulibus Imp. Augusto 13. & M. Plautio Syluano, 25. die Decembris, anno 42. à primo consulatu Cæsaris Augusti, anno 36. Herodis Regis Iudæorum post captam Hierosolymam. 39. autem anno eiusdem Herodis Magni, si ab eo tempore, quo à Romanis Rex Iudæorum declaratus est, supputatio inchoetur. Mortuus est enim idem Rex Herodes, secundo anno post Christi natiuitatem, cum paulò antè infantes bimulos in oppido Bethlehem & in vicino agro trucidasset, & in vniuersum regnasset annos 40. teste Iosepho lib. 17. antiq.

CHRI-

CHRISTVM NATVM ESSE ANNO *mundi 3968. sequens etiam supputatio demonstrat.*

Ab initio mundi ad primam meridiem Nabonassari sunt anni	3221
Inde ad obitum Alexandri numerat Ptolemæus annos Aegyptios	424
Inde ad interfectum Iulium Cæsarem noster calculus habet annos	280
Inde ad natum Christum sunt anni Cæsaris Augusti completi	42
Ergo â principio mundi ad veram natiuitatem Christi sunt anni	3967.

ALIA PROBATIO.

Prima Olympias incipit à conuersione Solis æstiua, anno mundi	3193
Inde ad primum annum Iulianum mathematici numerant annos	730
A primo anno Iuliano ad natum Christum sunt anni	44
ERGO CHRISTVS NATVS EST ANNO MVNDI	3967.

Certum principium mundi quomodo inueniatur calculo mathematico.

Anni à principio mundi, partim ex sacris literis, partim etiam calculo astronomico ex Eclipsium interuallis colliguntur hoc modo.

	Anni Iuliani completi
A prima rerum creatione ad exitum ex Aegypto	2453
A transitu per mare rubrum ad ædificationem templi Salomonis	480
A templo Salomonis ad finem primi anni Ierobeam qui. 15. die octaui mensis aureos vitulos erexit.	38
Inde numerantur anni iniquitatis Israël vsq; ad destructionem vrbis Ierosolymorum per Nabuchodonosorem Ezechielis 4:	390
Ergo ab initio mundi ad desolationem templi & vrbis per Nabuchodonosorem.	3361

Hæc summa annorum ex sacris literis collecta est certissima, nunc deinceps per Eclipsium interualla tempora colliguntur vsq; ad mortem Christi. Ptolemæus lib. 5. cap. 14. Eclipsin Lunæ factam esse scribit, apud Aegyptios die 27. mensis Athyr, hoc est 21. die Aprilis, anno quinto Nabopollassaris siue Nabuchodonosoris. Quare cùm destructio vrbis Ierosolymorum facta sit anno 19. Nabuchodonosoris, 4. Reg. 25. Ierem. 39. subtrahendi sunt ab annis mundi suprà inuentis, anni 14, & habebis ab initio mundi ad hanc Eclipsin à Ptolemęo notatam præcisè annos completos

	Anni Iuliani completi
(completos)	3347
Interuallum temporis inter hanc eclipsin, & eam quæ paulò post mortem & sepulturam Christi facta est 19. anno Cæsaris Tiberij:	653
Ergo ab initio mundi ad mortem Christi numerantur anni completi	4000

Tot ergo anni retrò numerandi sunt ad initium vsque mundi, à morte & gloriosa resurrectione Christi. Atq; hic numerus pulchrè consentit cum traditione domus Eliæ: Sex millia annorum mundi, & postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus. Et si quid ex his deerit, deerit propter peccata nostra, quæ magna & innumera sunt. Huius vaticinij primum æuum exquisitè terminatur ad euocationem Abrahæ ex Hur Chaldæorum, secundum autem in morte Christi. Quòd autem die illo, quo Christus passus est, præter Eclipsin Solis, Luna quoq; Paulò post sepulturam Christi defecerit, atq; ita Plenilunium illud Paschale fuerit Eclipticum, suo tempore calculo astronomico demonstrabimus.

De tem-

De tempore anni, quo mundus primum cœpit, an fuerit Ver, Æstas, an Autumnus.

MVndum tempore æquinoctij Vernalis creatum esse, nihil est quod dubitem, cùm sacræ literæ à nullo alio quàm à mense Abib annum incipiendum esse doceant. Exod. 12. Quod etiam cum omnium Astronomorum supputationibus pulcherrimè congruit, qui plerumq; à prima stella Arietis, corporum cœlestium motus deducunt. Rectè igitur iudicat Doctissimus & prudentissimus vir Gerardus Mercator, tempus Veris esse oportuisse, cum cessaret diluuium. Superficies enim terræ ab aquis diluuij apparuit retecta, primo die primi mensis, octauo die ante æquinoctium Vernale, & prorsus exiccata est, 27. die secundi mensis, Sole perambulante 18. gradum ♉, quo tempore Noë egressus est ex arca, & suauissimum tempus Veris, ac instans noua æstas, nouas fruges ac fructus, hominibus reliquisque animalibus ex arca egressis, suppeditare potuerunt. Sed si econtra iuxta Arabum & Aegyptiorum traditionem, qui initium mundi in Leone ponunt, Superficies terræ retecta est ab aquis diluuij, Sole existente in principio Leonis, & prorsus exiccata, quarto die ante æquinoctium autumnale, Sole perambulante 27. gradum Virginis, tempus autumni & instans hyems impediunt terram, vt nouas fruges ac fructus producere nequeat. Et quamuis Gerardus Mercator, ante quem neminem existimo maiore diligentia Chronologiam conscripsisse, Arabum & Aegyptiorum exemplo, omnes annos mundi ab introitu Solis in Leonem inceperit, adductus Physicis aliquot rationibus, de fronde virescente oliuæ, quam columba tempore diluuij rostro ad arcam adduxit, Genesis 8, tamen eum hoc nostro tempore multò aliter sentire arbitror. Nam cum Deo nihil sit impossibile, potuisset efficere, vt tempore brumæ, in media hyeme virescens frons oliuæ adesset, præsertim cum ipsa historia quoq;, factum illud miraculosum & præternaturale fuisse, aduerbio admirandi (Ecce) non obscurè innuat. His adde, quòd ipse quoq; introitus Solis in Leonē, non congruat primo anno mundi cum certo initio alicuius mensis, incidit enim (Si quis calculo astronomico periculum fecerit, & motus cœlestes ad principium mundi retroduxerit) in quintum diem mensis Ab, ac præterea in diem Sabbati, cùm tamen creatio mundi feria prima incepta, & Sol die Mercurij factus sit. Genesis. 1. Reijcienda igitur est traditio illa Arabum & Aegyptiorum, mundum in Leone cœpisse, vtpote quæ pugnet cum sacris literis. Cæterùm vt & meam de folio frondescentis oliuæ cogitationem breuiter declarem, potuit fieri, vt oliua in altissimo monte Ararat, cùm aquæ diluuij non ita diu illam tegerent, folia retinuerit, & post refluxum aquarum tempore autumni, cùm arca inciperet consistere & quiescere in altissimo monte, statim recreata sit, atq; ita columba tempore brumæ frondescentem adhuc oliuam, cui, teste Plinio, nunquam decidunt folia, quæq; per totam hyemem virescit, illæsam inuenerit. Sed posset alicui hic scrupulum facere textus Bibliorum, Gen. 8. Steterunt aquæ supra terram 150. diebus. Responsio haud est difficilis, modò omnes circumstantiæ historiæ diligenter cōsiderentur. Nam textus non loquitur de monte altissimo Ararat, sed de reliquis humilioribus montibus, & de tota planicie terræ. A quadragesimo enim & vltimo die imbrium, ad 17. diem septimi mensis, quo arca tempore autumni quiescere cœpit in montibus Ararat, numerantur dies centum & octo. Restant igitur quadraginta & octo dies ad perfectam imminutionem aquarum, & cœperunt aquæ diluuij constanter minui, prima die noni mensis, & triginta dierum spacio tanta est facta refluxio, vt primo die decimi mensis, humiliorum montium cacumina apparere cœperint, cum iam per integros 47. dies arca constitisset in monte Ararat, de quo Lutheri extat sententia, quòd fuerit Imaus altissimus mons Indiæ, qui immensa sua celsitudine Armeniæ montes longè superat. Atq; hæc ita sufficiant ad refutationem eorum, qui initium annorum mundi in Leone ponunt. Iudæi autem annum inchoant à mense Thisri, siue ab Aequinoctio autumnali, iuxta illud Genesis 1. Protulit terra herbam virentem, facientem fructum iuxta genus suum. Item, arbores protulerunt fructus. Sed autumnus est tale tempus fructuosum, vnde ibi Iudæi annum inchoare voluerunt. Sed respondendum est breuiter: Alia res fuit in principio creationis,

cum

cùm Deus omnia perfectè & subitò conderet, & aliter se habet ipsa naturæ actio, quæ successu temporis semen effundit, & ita longo temporis interuallo nouas fruges ac fructus gignit. Adferunt deinde & alium textum Iudæi, ex 23. capite Exodi, vbi mensis septimus exitus anni appellatur, atq; ita conantur probare somnium illud de anni ciuilis initio, quod in mensem Thisri transferunt. Sed facilè refutari possunt. Nam septimus mensis dicitur exitus anni, non quòd nouum anni principium ibi constituendum sit, sed quòd collectio vuarum, aliorumq; fructuum ibi finita sit. Deinde vide, quàm absurda hæc sit opinio Iudæorum, qui septimum mensem Thisri, in principio mundi primum fuisse affirmant. Nam si primo die primi mensis, quem Iudæi mensem Thisri fuisse credunt, videlicet tempore autumni terra ab aquis diluuij retecta fuit, & 27. die secundi mensis, quem Iudæi mensem Marhesuan fuisse opinantur, quo tempore signum Scorpij occupat, primùm arefacta & exiccata est terra, dic mihi, quo tempore potuit nouas fruges & fructus, animalibus & hominibus, qui cum Noë ex arca egresi erant, suppeditare? Nunquid integro anno eos esurire oportuit? Sic anni Iubilei & Sabbatarij ab autumni tempore dependent, non quòd nouum anni initium ibi constituendum sit, sed vt septenarij numeri, septimo quoq; mense ratio haberetur, vtq; septimo semper anno, autumni tempore satio omitteretur, ne sequenti anno, qui erat Sabbatarius, incipiens à mense Nisan siue Abib, fieret messio. Ex his omnibus luce clarius apparet, quòd primum tempus mundi, non æstas, quando Sol ingreditur principium Leonis, neq; etiam autumnus, sicut Iudæi somniant, sed suauissimum veris tempus fuerit, quo omnia florent, & Sol in principio Arietis, in puncto cardinali, nouum anni initium auspicatur. Quod verissimum esse ex capite 8. Genesis demonstrauimus. Nam si tempore Veris diluuium cessare oportuit, vt noua æstas hominibus & animalibus ex arca egresis, nouas fruges & victum necessarium suppeditaret, & terra ab aquis diluuij retecta sit primo die primi mensis, oportuit certè primum hunc mensem, siue initium noui anni, in tempus Veris incidere. Tali ergo tempore mundi creationem factam esse, nemo dubitabit, non enim credibile est, vllam anni mutationē factam esse ante diluuium, à sanctis patribus, quibus relligio fuisset annum, siue à Deo sic institutum, siue ab Adamo rerum omnium scientissimo prudenter, & non sine iustis causis sic inchoatum & mensuratum, variare. His adde, quòd ipse Deus, cum videret, quòd diuersi populi & nationes, noua & diuersa constituerent anni principia, populo suo seuerè iniunxerit, vt à Sole mense Abib, qui ad æquinoctium vernale quàm proximè accedit, annum auspicarentur, atque ita vetus hoc anni initium, à quo etiam ipse mundus cœpit, lege sua sanciuerit: Exodi 12. His etiam astipulatur ipsa concordantia motuum cœlestium, qui si à mense Nisan, quo filius Dei crucifixus est, per 4000 annos retrò subducantur, ad initium mundi, primus dies mensis Abib siue Nisan præcisè incidet, quod obseruatione dignum est, in ipsum diem æquinoctij vernalis. Vno eodemq; tempore igitur, Sol & Luna, anni & menses initium suum habuerunt. Primus enim dies mundi, se habuit tanquam dies Nouilunij veri, quamuis Luna illo tempore nondum esset creata. Secundus dies competit nouilunio medio. In tertium diem mundi coincidunt tempus veri æquinoctij vernalis, & primus dies mensis Nisan. In quartum autem diem incidit æquinoctium vernale medium. Hoc die creati sunt Sol, Luna, & reliquæ stellæ. Et Solis quidem motus medius, præcisè hoc die incepit ab ipso puncto æquinoctij medij. Lunam autē sic collocauit omnium rerum architector, vt tanto interuallo abesset à Sole, quantum sufficiebat ad talem motum, ad cuius proportionem, primus dies mundi, primo quasi nouilunio responderet, vt ita Luna quę quarto die creata est, proportione sui motus, primos tres dies creationis simul mensuraret. Prima quoq; stella in cingulo Orionis præcisè tenuit principium Arietis, atq; ita Deus illam partem cœli, à qua initium anni & totius mundi pendebat, pulcherrimo sydere conspicuam reddidit. Tres Planetæ, Iupiter, Venus & Mercurius fuerunt Orientales, & tres, Luna, Saturnus & Mars, occidentales. Solem coniunxit omnium rerum fabricator cum fulgentissimo sydere Orionis: Lunam cum asinis & præsepio: Venerem cum Hyadibus: Mercurium cum oculo Tauri: Iupiter erat in coniunctione cum Stella sextæ magnitudinis in renibus
Arietis.

Arietis. Mars vno tantùm gradu abfuit à vindemiatore, & Saturnus duob. gradibus à ſpica ♍. Atq; ita omnes Planetæ in principio mundi fuerunt conſpicui, nullus .n. erat ſub radijs ſolaribus. Sed vt calculus Sphærarum cœleſtium, ab initio mundi ad noſtra vſq; tempora ſubduci poſsit, ſubijcio motus æquales ad quartum diem mundi, addita figura cœli, quæ tanquam in ſpeculo motus apparentes proponit.

EPOCHÆ SEV RADICES ÆQVALIVM MOTVVM, AD TEMPVS

Meridianum diei quarti mundi, qui reſpondet 24. Aprilis, ſi annos Julianos retro cogitemus. Nam hoc die Sol & Luna cum reliquis Stellis creati ſunt. Supputauimus autem hos motus æquales ad horizontem Ieroſolymitanum.


		Sex.	part.	′	″	Sex. part. ′ ″
	Præceſsionis æquinoctiorum.	5	10	10	25	Præceſsionis veræ. 5. 11. 20. 53.
	Simplicis anomaliæ æquinoctiorũ.	5	10	26	27	Duplicatæ anomal. 4. 20. 52. 54.
☉	Simplicis.	0	50	30	21	
☉	Compoſiti.	0	0	40	46	
☉	Anomaliæ annuæ.	0	17	50	31	Sex. part. ′ ″
☽	Medius ſeu longitudinis ☽ à ☉.	0	35	53	45	Duplicatæ long. ☽. 1. 11. 47. 30.
☽	Anomaliæ.	4	52	5	57	
☽	Latitudinis.	5	35	12	51	
♄	Longitudinis.	2	56	55	38	
♄	Apogæi.	3	4	32	52	
♄	Commutationis.	3	53	34	43	
♃	Longitudinis.	5	59	23	28	
♃	Apogæi.	2	21	59	37	
♃	Commutationis.	0	51	6	54	
♂	Longitudinis.	3	27	13	53	
♂	Apogæi.	1	16	3	27	
♂	Commutationis.	3	23	16	27	
♀	Apogæi.	0	48	21	0	
♀	Commutationis.	3	9	0	28	
☿	Apogæi.	2	2	47	3	
☿	Commutationis.	4	55	26	43	
	Veri loci Solis aſcenſio recta part. 3. 15′. 14″.					

SVBIICIO NVNC MOTVS APPARENTES.

SPHÆRARVM COELESTIVM POSITVS IN INITIO MVNDI.

MERIDIES.

ORIENS.



OCCIDENS.

SEPTENTRIO.

Ergo in principio Mundi, nullus asterismus signorum Zodiaci fuit in suo dodecatemorio.

Sed cum Filius DEI Dominus noster IESVS CHRISTVS nasceretur ex Maria semper Virgine, singuli asterismi in proprijs mouebantur dodecatemorijs.


Hoc nostro autem tempore, vltra dimidiam partem in proxima dodecatemoria commigrarunt.

DVO-

DVODECIM DOMVS COELI AD MERIDIEM QVARTI DIEI MVNDI.

MERIDIES.

ORIENS. OCCIDENS.



SEPTENTRIO.

Saturnus & Venus fuerunt retrogradi.

Stellæ & asterismi signorum, sicut loca sua, ita quoque appellationes aliquoties mutarunt. Non enim in initio mundi hæc fuerunt Stellis nomina, quibus nunc vtimur, sed omnium rerum architector, aut primus noster parens Adam, sine dubio Hebraicas appellationes astris indidit. Postea Chaldæi & Arabes sua lingua stellas aliter appellarunt. Tertiò, Græci & Latini ex figmentis ac fabulis poëtarum asterismis & stellis hæc indiderunt nomina, quæ hodie sunt in vsu.

TRIPLEX CATALOGVS STELLARVM FIXARVM IN ZODIACO.

Stellæ insigniores in Zodiaco.	In principio mundi.			In initio annorum Christi.			Hoc nostro tẽpore ad annũ Christi. 1570.				Latitudo.		Magnitudo.
		G.	M.		G.	M.		G.	M.		G.	M.	
Prima Stella Arietis.	♒	11	20	♈	5	15	♈	27	48	B	7	20	3
Pleiades, Vergiliæ.	♓	7	10	♉	1	5	♉	23	38	B	4	40	5
Aldebaran oculus Tauri.	♓	17	20	♉	11	15	♊	3	48	A	5	10	1
Castor.	♈	28	0	♊	21	55	♋	14	28	B	9	30	2
Pollux.	♉	1	10	♊	25	5	♋	17	38	B	6	15	2
Præsepe.	♉	15	0	♋	8	55	♌	1	28	B	0	40	Neb.
Cor Leonis.	♊	7	10	♌	1	5	♌	23	38	B	0	10	1
Cauda Leonis.	♊	29	10	♌	23	5	♍	15	38	B	11	50	1
Caput Virginis.	♋	1	0	♌	24	55	♍	17	28	B	4	15	5
Vindemiator.	♋	16	50	♍	10	45	♎	3	18	B	15	10	3
Spica Virginis.	♌	1	20	♍	25	15	♎	17	48	A	[illegible]	0	1
Austrina lucens in Libra.	♌	22	40	♎	16	35	♏	9	8	B	0	40	2
Borealis lucens in Libra.	♌	26	50	♎	20	45	♏	13	18	B	8	30	2
Cor Scorpij.	♍	17	20	♏	11	15	♐	3	48	A	4	0	2
Prima stella in cuspide Sagittarij.	♎	9	10	♐	3	5	♐	25	38	A	6	30	3
Media trium in capite Sa-	♎	22	20	♐	16	15	♑	8	48	B	1	30	4
In eductione caudę Sagittarij.	♏	2	20	♐	26	15	♑	18	48	A	4	50	5
Vltima in cauda Sagittar.	♏	4	20	♐	28	15	♑	20	48	A	6	30	5
Caput Capricorni.	♏	11	50	♑	5	45	♑	28	18	B	0	40	5
Vltima in cauda Capric.	♐	3	20	♑	29	35	♒	19	48	B	4	20	5
Vltima in aqua Aquarij.	♐	11	40	♒	5	35	♒	28	8	A	23	0	1
Piscis australis.	♑	5	20	♒	29	15	♓	21	48	B	7	30	4
Piscis Borealis.	♒	1	0	♓	24	55	♈	17	28	B	13	0	4
In origine cornu Septentrionalis tauri.	♈	0	20	♉	24	15	♊	16	48	B	4	0	4

TRI-

TRIPLEX CATALOGVS
STELLARVM FIXARVM
extra Zodiacum.

Stellæ insigniores extra Zodiacum.	In principio mundi.			In initio annorum Christi.			Hoc nostro tépore anno Christi. 1570.				Latitudo.		Magnitudo.
		G.	M.		G.	M.		G.	M.		G.	M.	
Stella polaris in cauda vrsæ minoris,	♈	4	50	♉	28	45	♊	21	18	B	66	0	3.
Vltima in cauda vrsæ maioris,	♋	4	30	♌	28	25	♍	20	58	B	54	0	2.
Caput Orionis,	♈	1	40	♉	25	35	♊	18	8	A	16	30	Nebulosa.
Humerus dexter Orionis,	♈	6	40	♊	0	35	♊	23	8	A	17	0	1
Humerus sinister Orionis,	♓	25	0	♉	18	55	♊	11	28	A	17	30	2
In cingulo prima,	♈	0	0	♉	23	55	♊	16	28	A	24	10	2
In cingulo Media,	♈	2	0	♉	25	55	♊	18	28	A	24	50	2
In cingulo tertia,	♈	4	0	♉	27	55	♊	20	28	A	25	30	2
Quæ in dextro genu,	♈	4	50	♉	28	45	♊	21	18	A	33	30	3
Sinister pes Orionis.	♓	23	50	♉	17	45	♊	10	18	A	31	30	1
Sirius,	♈	22	20	♊	16	15	♋	8	48	A	39	10	1.
Pocyon siue canis minor,	♉	3	50	♊	27	45	♋	20	18	A	16	10	1.
Capra in sinistro humero Erichthonij,	♓	29	40	♉	23	35	♊	16	8	B	22	30	1
Canobus,	♈	21	50	♊	15	45	♋	8	18	A	75	0	1
Arcturus,	♌	1	40	♍	25	35	♎	18	8	B	31	30	1
Gemma coronæ,	♌	19	20	♎	13	15	♏	5	48	B	44	36	2
Lyra,	♎	22	0	♐	15	55	♑	8	28	B	62	0	1
Clara aquilæ volantis,	♏	8	30	♑	2	25	♑	24	58	B	29	10	2
Lucens in cauda Cygni,	♐	13	50	♒	7	45	♓	0	18	B	60	0	2
Caput Andromedæ,	♑	22	30	♓	16	25	♈	8	58	B	26	0	2
In fine Eridani fulgens,	♒	4	50	♓	28	45	♈	21	18	A	53	30	1
Pes centauri primæ magnitudinis.	♌	13	0	♎	6	15	♎	29	28	A	41	10	1

Ergo ab initio mundi vsq; ad principium annorum Christi, Stellæ fixæ progressæ sunt 53. gradus, 55. Minut. hoc est, Dodecatemorion vnum, partes 23, Scrup. 55.

Sed ab initio mundi ad nostra vsq; tempora, emensæ sunt Stellæ fixæ Grad. 76. Min. 28. hoc est, Dodecatemoria 2. partes 16. Scrup. 28.

Ab initio annorum Christi autem, ad nostra vsq; tempora, perambulauerunt Stellæ fixæ Grad. 22. Min. 33.

Hoc nostro seculo, videlicet ab anno Christi 1570. ad annum 1670. singulis annis Stellæ fixæ progrediuntur ferè 34. secunda, 46. tertia, 12. quarta. Latitudo semper est eadem.

AVGES PLANETARVM.

		In principio Mundi.			In initio annorũ Chriſti.			Hoc noſtro tempore anno Chriſti 1570.	
	Sig.	G.	M.	Sig.	G.	M.	Sig.	G.	M.
♄ Apogæon,	♌	15	53	♏	20	15	♐	28	47.
♄ Perigæon,	♒	15	53	♉	20	15	♊	28	47.
♃ Apogæon,	♋	3	20	♍	9	11	♎	6	26.
♃ Perigæon,	♑	3	20	♓	9	11	♈	6	26.
♂ Apogæon,	♈	27	24	♋	25	1.	♌	28	5.
♂ Perigæon,	♎	27	24	♑	25	1.	♒	28	5.
☉ Apogæon,	♓	19	10	♊	5	20	♋	8	29.
☉ Perigæon,	♍	19	10	♐	5	20	♑	8	29.
♀ Apogæon,	♈	0	1	♉	25	36	♊	16	8.
♀ Perigæon,	♎	0	1	♏	25	36	♐	16	8.
☿ Apogæon,	♊	14	7	♎	11	50	♏	29	35.
☿ Perigæon,	♐	14	7	♈	11	50	♉	29	35.

DE INVENIENDO AVREO NVMERO ſiue Cyclo decemnouali, quem in hoc meo Opere Cyclum Lunæ appello.

Cùm primo anno mundi quinarius competat pro aureo numero, ad annos mundi completos adde 5. & facta diſtributione per 19. ſi poſt diuiſionem aliquid remanſerit, illud annotetur loco aurei numeri, ſi autem nihil fuerit reſiduum, ponantur 19. loco aurei numeri. Exempli gratia. Chriſtus Filius Dei paſſus eſt anno mundi 4001. cùm iam à principio mundi eſſent completi anni 4000. Adde quinq;, & habebis 4005. Hunc numerum ſi diſtribueris per 19. reſultabunt 15. quæ ſcribuntur loco aurei numeri.

Aliud exemplum. Annus poſt Chriſti natiuitatem 1580. incidit in annum mundi 5548. abiecta vnitate, anni à principio mundi ſunt completi 5547. his adde 5. & colliges 5552. facta diuiſione per 19. remanebunt 4. quæ annotantur loco aurei numeri. Cæterùm vt abſq; calculatione aurei numeri haberi poſsint, ad ſingulos annos mundi, annis ante & poſt Chriſtum inſcripſimus Cyclos ☽, cum Cyclis Solaribus & literis Dominicalibus.

Nouilunia quomodo indicio aurei numeri, retro numerari poſſint vſq; ad initium mundi.

Anni à noſtro tempore retro numerati, diuidantur per 304. (tot enim annorum interuallo, aurei numeri vna die anticipant) poſtea numerum ex diuiſione productum, adde ad ætatem Lunæ, quam in noſtris Calendarijs oſtendit aureus numerus illius anni, ad quem calculus dirigitur. Vnicum exemplum homini ingenioſo ſatisfaciet. Annus ætatis Chriſti 35. quo Filius Dei crucifixus eſt, pro aureo numero habet 15. qui numerus in noſtro Calendario oſtendit nouilunium apud 13. diem Martij. Sed ab hoc anno Chriſti 1580. retro numerantur ad tempus paſsionis anni 1545. qui diuiſi per 304. producunt dies 5. & horas 2. addendos ad 13. diem Martij, atq; ita apparet, nouilunium, à quo menſis Niſan incipit, anno quo Filius Dei crucifixus eſt, incidiſſe in 19. diem Martij, plenilunium autem in tertium Aprilis. Sed addo adhuc aliud exemplum. Primus annus mundi, pro aureo numero habet quinarium, qui in noſtris Calendarijs apud tertium Aprilis monſtrat nouilunium. Sed à noſtro tempore, ab anno 1580. poſt Chriſti natiuitatem, vſq; ad initiũ mundi retro numerantur anni 5547. qui diuiſi per 304. producunt dies 18. & horas 6. ferme, addendos ad tertium diem Aprilis. Atq; ita apparet nouilunium, à quo

menſis

		8	16	B	Thamar filia Dauidis paulò post natiuitatem Salomonis compressa est á fratre Ammon, qui agebat annum ætatis 20, ipsa autem erat annorum 17. vel circiter. 2. Reg. 13.
2911	1057	9	17	AG	
2912 (Sabbat. terræ.)	1056	10	18	F	Post biennium Ammon occisus est, iussu fratris sui Absolom. 2. Reg. 13.
2913	1055	11	19	E	Absolom tribus annis exulat in terra Gesur. 2. Reg. 13.
2914	1054	12	20	D	Argis III. Rex Lacedæmoniorum anno vno.
2915	1053	13	21	CB	Archestratus IIII. Rex Lacedæmoniorum annis 35. cæpit regnare post Solstitium æstiuum, anno post Troiam captam 130. Decimo anno huius Archestrati Ephesus est condita, annis 140. post excidium Troiæ. Euseb.
2916	1052	14	22	A	Absolom reuersus Ierosolymam integro biennio non progressus est in conspectum patris. 2. Reg. 14.
2917	1051	15	23	G	
2918	1050	16	24	F	Absolom finito biennio videt faciem patris, & postea clanculum corda Israëlitarum á patre ad se flectit. 2. Reg. 14. & 15. Agastus II. Archon Atheniensium annis 36. Euseb.
2919 (Sabb. terræ.)	1049	17	25	ED	Hoc anno 40. post vnctionem Dauidis, Absolom seditionem mouet aduersus patrem, vt vult Lutherus. 2. Reg. 15. Agebat tunc Dauid annum ætatis 60. Absolom autem erat 25. annorũ vel paulò amplius.
2920	1048				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		18	26	C	Seba filius Bichri seditionem mouet aduersus Dauidem. 2. Reg. 20.
2921	1047	19	27	B	Sequuntur tres anni famis. 2. Reg. 21.
2922	1046	1	28	A	Hiram II. Rex Tyri, regnauit annis 34. Anno huius 12. templum à Salomone ædificatum est. Ioseph. contra Appionem.
2923	1045	2	1	GF	
2924	1044	3	2	E	Dauid pugnans contra Philistæos fermè occisus erat à Iesbi. 2. Reg. 21.
2925 Sabbat.	1043	4	3	D	Secunda pugna aduersus Philistæos, interfectus est Saph Philistæus. 2. Reg. 21. Ephesus ab Ionibus & Androclo Codri filio condita, annis 140. post captam Troiam. Euseb. Pauſ. &c.
2926 terræ.	1042	5	4	C	In tertio prælio cecidit Goliath Philistæus. 2. Reg. 21.
2927	1041	6	5	BA	In quarta pugna cæsus est vir excelsæ magnitudinis, quem interfecit Ionathan nepos Dauidis ex fratre Simea. 2. Reg. 21.
2928	1040	7	6	G	Hoc anno consentaneum est Ioab numerasse populum. 2. Reg. 24. 1. Paralip. 22.
2929	1039	8	7	F	Rehabeam filius Salomonis nascitur, erat enim annorum 41. cùm inciperet regnare. 1. Paralip. 12. DAVID cùm filium Salomonem vnctum & regio diodemate ornatum regno præfecisset, moritur, cùm esset annorum 70. 2. Reg. 5. 3. Reg. 1. & 2.
2930	1038				

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		9	8	E	—SALOMON filius Dauid Rex Israël annis 40. 3. Reg. 11. —Adonia & Ioab occisi sunt. 3. Reg. 2.
2931	1037				
		10	9	DC	
2932	1036				
Sabbat.		11	10	B	—Tertio anno regni Salomonis occisus est Simei. 3. Reg. 2.
2933	1035				
terræ.		12	11	A	—TEMPLI ædificationem Salomon inchoauit anno 480. post exitum ex Ægypto, in initio 4. anni sui regni, mense Ziu, qui & Iiar dicitur, & apud Ebræos in ordine est secundus, & respondet nostro Maio.
2934	1034				
		13	12	G	
2935	1033				
		14	13	FE	
2936	1032				
		15	14	D	—Agilaus III. rex Corinthiorum annis 37. Euseb.
2937	1031				
		16	15	C	
2938	1030				
		17	16	B	
2939	1029				
Sabbat. Iubile-		18	17	AG	—LAOSTENES XXXII. Monarcha Assyriorum annis 45. Euseb.
2940	1028				

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
us IX. terræ.		19	18	F	—Mense Bul, qui in ordine est Octauus, & respondet nostro Nouembri, 11. anno Salomonis absoluitur ædificatio templi. 3. Regum 6.
2941	1027				
		1	19	E	—Dedicatio templi facta est anno 12. Salomonis, mense Ethanim, qui apud Hebræos est 7. & alio nomine Thisri dicitur. 3. Reg. 8. Completa autem templi structurâ, Salomon regiam quoq; domum ædificare cæpit, quam 13. annorum spacio perfecit. 3. Reg. 7. Alba Syluius VI. Latinorum Rex annis 39.
2942	1026				
		2	20	D	
2943	1025				
		3	21	CB	
2944	1024				
		4	22	A	
2945	1023				
		5	23	G	
2946	1022				
Sabba.		6	24	F	
2947	1021				
terræ.		7	25	ED	
2948	1020				
		8	26	C	
2949	1019				
		9	27	B	
2950	1018				

Mundi. Ante Christum. Mundi. Ante Christum.

Anni mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		10	28	A	Labotes IIII. Rex Lacedæmoniorum annis 37. Euseb.
2951	1017	11	1	GF	
2952	1016	12	2	E	
2953 Sabbat. terræ.	1015	13	3	D	
2954	1014	14	4	C	Expletis XX. annis quibus Salomon domum Domini, & domum regiam ædificauit, dedit Salomon Hiram Tyriorum regi, 20. oppida. 3. Regum 9.
2955	1013	15	5	BA	ARCHIPPVS III. Archon Atheniensium annis 19. Euseb.
2956	1012	16	6	G	Baleastartus Hirami filius rex Tyri annis 7. Sed Gerardus Mercator 17. annos illi tribuit, ex ætate & annis filij ipsius. Vixit hic Baleastartus annis 43.
2957	1011	17	7	F	
2958	1010	18	8	E	
2959	1009	19	9	DC	
2960	1008				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
Sabbat.		1	10	B	
2961 terræ.	1007	2	11	A	Amenophis Ægyptiorum Rex annis 9. Euseb. Hic est Mycerinus siue Cherinus filius Chabrei, teste Diodoro lib. 2. cap. 1. Herodotus autem lib. 2. hunc Mycerinum Cheopis filium facit, quod annorũ distantia non patitur.
2962	1006	3	12	G	
2963	1005	4	13	FE	
2964	1004	5	14	D	
2965	1003	6	15	C	Emigratio Ionica facta est, sub Archippo Archonte Atheniensium, anno post captam Troiam 180. Euseb.
2966	1002	7	16	B	
2967	1001	8	17	AG	
Sabb. 2968 terræ.	1000	9	18	F	
2969	999	10	19	E	Sochor Ægypti Rex annis 6. Euseb. In sacra scriptura Sesac vocatur. 3. Reg. 14.
2970	998				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		11	20	D	Rehabeam filius Salomonis Rex Iudæ annis 17. Ierobeam Rex Israël annis 22.
2971	997	12	21	CB	Ierobeam 15. diem 8. mensis, qui 14. die Nouemb. respondet, si annos Iulianos retro cogitemus, solennem fecit, & aureis vitulis immolare iussit. Incidit hic dies (quod obseruatione dignum est) in diem Sabbati. Hîc incipiunt 390. anni iniquitatis Israël, qui finiunt in destructione vrbis Ierosolymorum per Nabuchodonosorem. Ezechielis. 4.
2972	996	13	22	A	
2973	995	14	23	G	Tersippus IIII. Archon Atheniensium annis 41. Abdastartus Tyri Rex annis 9. vixit annis 20. Rehabeam completo tertio anno sui regni cum subditis suis se auertit à Domino. 2. Paralip. 11. Pryminas IIII. Rex Corinthiorum annis 35.
2974	994	15	24	F	Sesac Ægypti Rex spoliat templum Domini, anno 5. Rehabeam. 3.Reg.14. Hic à Iustino Sauchnis, & à Diodoro Sasochis vocatur, secundus legumlator apud Ægyptios. Diod. lib. 3. cap. 5. Eusebius eum Susachin vocat, qui templum spoliauerit anno Rehabeam 16. sed sexto legendum est. Herodotus eundem hunc regem Asichin nominat.
Sabbat. terræ. 2975	993	16	25	ED	
2976	992	17	26	C	Spinaces Rex Ægypti, annis 9. Euseb.
2977	991	18	27	B	
2978	990	19	28	A	
2979	989	1	1	GF	
2980	988				

Anni Mundi	Anni ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		2	2	E	—Calpetus Syluius 7. Rex Latinorum annis 24.
2981 (Sabbat. terræ.)	987	3	3	D	
2982	986	4	4	C	—Abdastartus Tyri rex à filijs nutricis suæ interfectus est, cùm esset annorum 20. Maior ex ijs regnauit annis 12. in Tyro.
2983	985	5	5	BA	
2984	984	6	6	G	—PYRITHIADES 33. Rex Assyriorum annis 30. Euseb.
2985	983	7	7	F	—Persusennes Rex Ægypti annis 35. Eus.
2986	982	8	8	E	
2987	981	9	9	DC	—Abiam Rex Iuda annis 3. cæpit anno 18. Ierobeam.
2988 (Iubileus X. Sabbat. terræ.)	980	10	10	B	DOristhus VI. Rex Lacedæmoniorum, annis 29.
2989	979	11	11	A	Asa Rex Iuda annis 41. cæpit, anno 20. Ierobeam propemodũ finito. 3. Reg. 15.
2990	978				

Anni mundi	Anni ante Christum	Cycl. ☽	Cycl. ☉		
		12	12	G	—Nadab Rex Israël 2. annis, cæpit 2. anno regis Asa, & regnauit cum patre Ierobeam vno ferme anno.
2991	977	13	13	FE	
2992	976	14	14	D	—Baësa filius Ahiæ de domo Issachar percusso Nadab in fine 3. anni Asa regis Iuda, regnauit in Israël annis 24. 3. Reg. 15. regnauit cum filio annis duob. ferè.
2993	975	15	15	C	
2994	974	16	16	B	—Astartus, filius Baleastri, & frater Adastarti Tyri Rex annis 12. Vixit 44. annis.
2995	973	17	17	AG	
2996 (Sabbat. terræ.)	972	18	18	F	
2997	971	19	19	E	—Iosaphat filius Asa natus est, erat enim 35. annorum, cùm inciperet regnare. 3. Reg. 22.
2998	970	1	20	D	
2999	969	2	21	CB	Circa hæc tempora Elias & Elisæus nati sunt.
3000	968				MEDIVM SECVLORVM.

Mundi.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
		3	22 A	
3001	967	4	23 G	
3002	966	5	24 F	
Sabbat.				
3003	965	6	25 ED	Asa Rex Iuda circa hæc tempora Serah Æthiopum Regem ingenti pugna superauit. 2. Paralip. 14.
terræ.				
3004	964	7	26 C	Azarias Propheta floruit. 2. Paralip. 15. Asa rex Iuda, anno 15. regni sui, mense 3. qui Iunio nostro respondet, eiectis idolis immolauit Domino. 2. Paral. 15.
3005	963	8	27 B	CApis Syluius VIII. Rex Latinorum annis 28.
3006	962	9	28 A	Astarimus frater Astarti rex Tyri annis 9. vixit annis 54. Ponendum est regnasse 11. annis, nisi velimus concedere eum maiorem natu fuisse Astarte fratre. Hunc Astarismum postea interfecit frater Phelletes, qui cùm ageret annum ætatis 50. iterum occisus est ab Ithabalo sacerdote Deæ Astartæ, quam Salomon quoq; coluit. 3. Regum 11.
3007	961	10	1 GF	
3008	960	11	2 E	Nonnulli Astartam Tyriorum Deam, Venerem esse putant. BAcis V. Rex Corinthiorum annis 35. Euseb.
3009	959	12	3 D	
Sabbat.				
3010	958			

Mundi.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
terræ.		13	4 C	
3011	957	14	5 BA	
3012	956	15	6 G	
3013	955	16	7 F	Phorbas V. Archon Atheniensium annis 31. Euseb.
3014	954	17	8 E	OPHRAteus 35. Rex Assyriorum annis 20. Euseb.
3015	953	18	9 DC	Ela filius Baësa Rex Israël 2. annis, cæpit regnare in initio anni 26. regis Asa. 3. Regum 16. Agesilaus 7. Rex Lacedæmoniorum annis 44. Euseb.
3016	952	19	10 B	Zamri circa finem 27. anni regis Asa, occiso Domino suo regnat in Israël dieb. 7. Successit illi Amri rex Israël annis 12. contra quē electus est Thebni filius Ginath. 3. Reg. 16.
Sabba.				
3017	951	1	11 A	
terræ.				
3018	950	2	12 G	Phelletes Rex Tyri mensibus 8. ITHObalus Astartæ sacerdos occiso Phellete Rex Tyri factus, regnauit annis 32. Vixit annis 68.
3019	949	3	13 FE	
3020	948			

Anni Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Anni ante Christum	
	4	14	D		—Mortuo Thebni Rege Israël, Amri solus factus est rex Israël anno 31. regis Asa. 3. Reg. 16. DYNAstia Ægyptiorum XXII. SEnscoris Rex Ægypti annis 21. Euseb. Hic est tertius ille legislator, qui Sesostris vocatur. Diod. lib. 3. cap. 5. & ab Osiridis familia originem ducit, teste Athenodoro apud Clem. in orat. ad gentes. Iustinus eundem legislatorem Sesonchosin vocat in orat. ad gentes.
3021	5	15	C	947	
3022	6	16	B	946	Amri Rex Israël ex Thersa Samariam se confert. 3. Reg. 16. IORAM filius Iosaphat nascitur, erat enim 32. annorum, cùm inciperet regnare. 2. Paral. 21.
3023	7	17	AG	945	
3024 Sabbat. terræ.	8	18	F	944	
3025	9	19	E	943	
3026	10	20	D	942	—HOMERVS floruit 100. annis post deductam coloniam Ionicam & ædificationem Ephesi, cùm Agesilaus Doriseus esset Rex Lacedæmoniorum. Clem. Strom. lib. 1. Fuit ergo σύγχρονος Eliæ Prophetæ.
3027	11	21	CB	941	—Achab rex Israël, cæpit in fine 38. anni regis Asa, & regnauit annis 22. 3. Reg. 16.
3028	12	22	A	940	—His temporibus Hiel ædificauit Iericho. 3. Reg. 16. —Asa rex Iuda ægrotat dolore pedum anno regni sui 39. 2. Par. 16. Estq; hic primus annus Regis Achab.
3029	13	23	G	939	
3030				938	

Anni mundi	Cycl. ☽	Cycl. ☉		Anni ante Christum	
Sabbat.	14	24	F		
3031 terræ.	15	25	ED	937	—Iosaphat Rex Iuda, annis 25. cæpit regnare in fine quarti anni regis Achab. 3. Re. 22.
3032	16	26	C	936	—In hunc annum incidit maxima pars primi anni Iosaphat regis Iuda. Calpetus Syluius IX. rex Latinorum annis 13. Dionys.
3033	17	27	B	935	
3034	18	28	A	934	—Iosaphat Rex Iuda, destruxit excelsa & Idola, & iussit populũ erudiri in lege, anno 3. regni sui. 3. Par. 17. OPHRATANES XXXV. Monarcha Assyriorum annis 50.
3035	19	1	GF	933	
3036	1	2	E	932	ELIAS PROPHETA, currus & auriga Israël, circiter 30. annos Ecclesiam DEI rexit. 3. Reg. 16. 17. 18. 19. 22. & 4. Reg. 1. 2. 2. Paral. 25.
3037	2	3	D	931	
3038 Sabbat. terræ. Iubileus XL.	3	4	C	930	Ochozias nepos Iosaphat, filius Ioram nascitur anno ætatis patris sui 18. erat .n. 22. annorum, cùm inciperet regnare. 4. Regum 8.
3039	4	5	BA	929	
3040				928	

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		5	6	G	
3041	927	6	7	F	Osorthon Rex Ægypti annis 15. Euseb. Herodot. lib. 2. hunc vocat Pheronem, quod existimo commune nomen esse Pharao.
3042	926	7	8	E	
3043	925	8	9	DC	Agelaus VI. rex Corinthiorum annis 30. Euseb.
3044 Sabbat.	924	9	10	B	Mecades alias Mezades, VI. Archon Atheniensium annis 30. Euseb.
3045 terræ.	923	10	11	A	Tiberinus Syluius X. Rex Latinorum annis 8. Dionys.
3046	922	11	12	G	OCHOzias filius Achab Rex Israël, cæpit regnare anno 17. Iosaphat Regis Iuda, viuente adhuc patre Achab, qui cùm hoc tẽpore bellum instituerет contra Syros, pro recuperanda Ramoth in Gilead, filiũ inaugurauit, quemadmodũ & Iosaphat rex Iuda, filium suum Ioram regẽ designauit. Regnauit autem Ochozias 2. annis. 4. Reg. 1. & 3. Reg. 22.
3047	921	12	13	FE	
3048	920	13	14	D	
3049	919	14	15	C	
3050	918				Ioram cæso patre, & extincto fratre, iisdẽ

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		15	16	B	succeſsit in regno Israël annis 12. Cæpit in fine 18. anni Iosaphat regis Iuda. 4. Reg 3. — BAdesorus filius Ithobali, Rex Tyri annis 6. Gerardus Mercator 9. annos eum regnasse conijcit.
3051 Sabbat.	917	16	17	AG	
3052 terræ.	916	17	18	F	
3053	915	18	19	E	Agrippa Syluius XI. Rex Latinorum annis 40. Ioram Rex Iuda, primogenitus Iosaphat, annis 8. regnauit cum patre biennio, inauguratus est à patre anno 5. Ioram Regis Israël, cùm is bellum susciperet contra Moabitas, & statim in initio sui regni interfecit fratres. Reprehẽsus igitur est per literas quas accepit ab Elia Propheta,
3054	914	19	20	D	
3055	913	1	21	CB	ELIAS VIVVS (2. Paral. 21. sublatus est in cœlum. 4. Reg. 2. — IOsaphat Rex Iuda, Ioram Rex Israël, & cum iis rex Edom, exercitum ducunt aduersus Moabitas, iis præstò adfuit ELISÆVS Propheta. 4. Reg. 3. Paulò pòst Iosaphat Rex Iuda decesit ex hac miserrima vita.
3056	912	2	22	A	Talechotis Ægypti Rex annis 13. Euseb.
3057	911	3	23	G	HOMERVS obijt anno ante conditam Romam 160. post Ilium captum anno 272. Agrippa Syluio Tiberini filio, Albæ Latinis regnante. Solin. cap. 34. Gellius lib. 17. cap. 21.
3058 Sabba.	910	4	24	F	
3059 terræ.	909	5	25	ED	Mettinus Badesori filius Tyri Rex annis 9. Gerardus Mercator ex coniectura 11. annos illi tribuit.
3060	908				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		6	26	C	—Archelaus 8. Rex Lacedæmoniorum annis 60. Euseb.
3061	907	7	27	B	—Ochozias filius Ioram, Rex Iuda anno 1. cæpit finiente anno 11. & incipiente 12. anno Ioram regis Israël. 4. Reg. 8. & 9. ambo occisi sunt à Iehu. 4. Reg. 9. 2. Paralip. 22.
3062	906	8	28	A	—Iehu Rex Israël annis 28. & Athalia regina Iuda annis 7. hæc fuit filia Amri Regis Israël, matrimonio quondam iuncta Ioram filio Iosaphat regi Iuda, & fuit mater Ochoziæ.
3063	905	9	1	GF	
3064	904	10	2	E	ELISÆVS PROPHETA post Eliam annis circiter 60. Ecclesiam Dei in populo Israël texit.
3065 Sabbat.	903	11	3	D	
3066 terræ.	902	12	4	C	
3067	901	13	5	BA	
3068	900	14	6	G	—Ioas filius Ochoziæ Rex Iuda annis 40. cæpit anno 7. Iehu regis Israël, agens annum ætatis septimum. 2. Paralip. 24.
3069	899	15	7	F	—Hic est I. annus Ioas regis Iuda. DYNASTIA ÆGYPTIORUM XXIII. —Petubastis rex Ægypti annis 25. Euseb.
3070	898				

Anni mundi.	Anni ante Christum.	Cycl. ☽	Cycl. ☉		
		16	8	E	—Pygmalion Rex Tyri annis 40. vixit annis 56. Anno eius 7. Dido soror Carthaginē condidit. Menander apud Iosephum contra App.
3071	897	17	9	DC	
3072 Sabbat.	896	18	10	B	
3073 terræ.	895	19	11	A	—Eudemus VII. Rex Corinthiorum annis 25. Euseb.
3074	894	1	12	G	—Diogenetus VII. Archon Atheniensium annis 28. Euseb.
3075	893	2	13	FE	
3076	892	3	14	D	
3077	891	4	15	C	—Carthago condita à Didone 143. annis & 8. mensib. post templum Salomonis. Hiram Rex Phænicum est antiquior condita Carthagine annis plusquã 150. Ioseph.
3078	890	5	16	B	
3079 Sabbat.	889	6	17	AG	
3080	888				

Mundi.		Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Litera	
	terræ.		7	18	F	
3081		887	8	19	E	
3082		886	9	20	D	Amasias filius Ioas regis Iuda nascitur, erat enim 25. annorũ cùm inciperet regnare. 4. Reg. 14.
3083		885	10	21	CB	
3084		884	11	22	A	ASCRASAPES Rex 36. Assyriorum annis 41. Euseb. Hic à Strabone vocatur Anacyndarapes.
3085		883	12	23	G	
3086		882	13	24	F	
3087	Sabbat. terræ. Iubilæus XII.	881	14	25	ED	
3088		880	15	26	C	
3089		879	16	27	B	
3090		878	17	28	A	
3091		877	18	1	GF	Templum instauratum à Ioas, anno regni eius 23. 4. Reg. 12. Ioachas filius Iehu, Rex Israël annis 17. cæpit anno 23. Ioas Regis Iuda. 4. Reg. 13.
3092		876	19	2	E	
3093		875	1	3	D	Alladius Syluius XII. Rex Latinorum, annis 19. Hunc Eutropius lib. 1. Remum Syluium vocat, & fulminis ictu interijsse scribit. Cæpit regnare anno mundi 3094.
3094	Sabb. terræ.	874	2	4	C	OSORthon cognomento Hercules Rex Ægypti annis 9. Euſ.
3095		873	3	5	BA	
3096		872	4	6	G	
3097		871	5	7	F	
3098		870	6	8	E	Aristhemides VIII. Rex Corinthiorum annis 35. Euseb.
3099		869	7	9	DC	
3100		868				

Anni mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
Sabbat.		8	10	B	
3101 terræ.	867	9	11	A	
3102	866	10	12	G	—Pheredus VIII. Archon Atheniensium annis 19. Euseb.
3103	865	11	13	FE	—Psammus Rex Ægypti annis 10. Euseb.
3104	864	12	14	D	
3105	863	13	15	C	—Ioas filius Ioachas, Rex Israël à patre adhuc viuente designatur, anno 37. Ioas Regis Iuda, regnauit annos 16. duobus annis cum patre. 4. Reg. 13. Sub hoc ELISÆVS PROPHETA mortuus est. 4. Reg. 13.
3106	862	14	16	B	
3107	861	15	17	AG	—Amasias Rex Iuda, filius Ioas, cæpit regnare circa finem 2. anni Ioas regis Israël. 4. Reg. 14. regnauit annis 29. cum patre ægrotante anno 3. 2. Paralip. 24. Vixit post mortem Ioas regis Israël annis 15. 4. Reg. 14.
Sabb. 3108 terræ.	860	16	18	F	—IOas Rex Iuda, pater Amasiæ moritur.
3109	859	17	19	E	
3110	858				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		18	20	D	
3111	857	19	21	CB	
3112	856	1	22	A	—Auentinus Syluius XIII. rex Latinorum annis 37.
3113	855	2	23	G	DYNASTIA Ægyptiorum XXIIII. —Bocchorus rex Ægypti annis 44. Euseb. Hunc Vechorem 4. legum conditorem appellant, Diod. lib. 3. cap. 5. & Iustinus in oratione ad gentes.
3114	854	3	24	F	
Sabb. 3115 terræ.	853	4	25	ED	
3116	852	5	26	C	
3117	851	6	27	B	
3118	850	7	28	A	
3119	849	8	1	GF	
3120	848				

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
		9	2	E	—Teleclus I X. Rex Lacedæmoniorum annis 40. Euseb.
3121	847	10	3	D	—Ariphron I X. Archon Atheniensium annis 20. Euseb.
Sabbat. terræ.					
3122	846	11	4	C	—Ierobeam, qui & Gessaban Iosepho, filius Ioas, Rex Israël annis 41. cæpit regnare circa finem 15. anni Amasiæ regis Iuda. 4. Reg. 14. Eodem hoc anno natus est Azarias, Amasiæ regis Iuda filius, erat enim 16. annorum, cùm inciperet regnare. 4. Reg. 15.
3123	845	12	5	BA	
3124	844	13	6	G	
3125	843	14	7	F	—TONOSCONCOLEROS, Græcis SARDANAPALVS, filius Anacyndaraxis, 37. Rex Assyriorum & Babyloniorum annis 20.
3126	842	15	8	E	
3127	841	16	9	DC	
3128	840	17	10	B	IONAS PROPHETA tempore Ierobeam regis Israël concionatus est. 4. Reg. 14.
Sabbat. terræ.					
3129	839	18	11	A	
3130	838				

Anni mundi.	Anni ante Christum.	Cycl. ☽	Cycl. ☉		
		19	12	G	
3131	837	1	13	FE	
3132	836	2	14	D	
3133	835	3	15	C	—Egemmon Rex I X. Corinthiorum annis 16.
3134	834	4	16	B	
3135	833	5	17	AG	
Sabbat. terræ. Iubileus XIII.					
3136	832	6	18	F	—Amasia Rex Iuda cæsus in Lachis à proprijs ministris. 4. Reg. 14.
3137	831	7	19	E	—Azarias qui & Ozias Rex Iuda annis 52. Hic successit patri cùm esset puer 16. annorum, vixit ergo sub tutela aliorum annis 11. donec tandem 27. anno regis Ierobeam, propria potentia imperij gubernationem susciperet. Sed vide ne scribarum incuria mendum sit admissum in annis 27. Ierobeam, & substituen-
3138	830	8	20	D	
3139	829	9	21	CB	
3140	828				

Anni Mundi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Anni ante Christum.	
	10	22	A	dum esse 17. Nam 17. anno regis Ierobeam, hic Azarias reuera interfecto patri successit. — Thespieus Ariphronis filius X. Archon Atheniensium annis 27. Hoc regnante victo Sardanapalo regnum Assyriorum destructum est, teste Eusebio, cùm stetisset illud imperium annis 1300. Iustin. lib. 1. quod à Belo huc vsq; rectè cum nostra supputatione coincidit.
3141	11	23	827 G	
3142	12	24	826 F	
3143 (Sabbat. terræ.)	13	25	825 ED	HOSEA ET IONAS PROPHETÆ, vno eodemq; tempore vixerunt, videlicet 820. annis ante Christi natiuitatem, temporibus Ierobeam regis Israël, & Oziæ Regis Iuda.
3144	14	26	824 C	
3145	15	27	823 B	— ARBACES, aliàs Arbactes, præfectus Medorum, & Belestis, qui aliàs Belochus vocatur, victo Sardanapalo, regnum Assyriorum inter se diuidunt, & Arbaces Assyriorum Rex factus Medis imperauit annis 28. Phul Belochus autem paulò pòst Babylonem profectus, Chaldæis præfuit. Mox tamen Babylonij Assyriam Medis eripuisse videntur: aut pacto aliquo eam consequuti sunt, nam proximus à Belocho Teglatphulasar in sacris literis Rex Assyriæ vocatur. 4. Reg. 16.
3146	16	28	822 A	
3147	17	1	821 GF	
3148	18	2	820 E	— Azarias qui & Ozias Rex Iuda solus absq; tutorib. regnare cæpit 27. anno Ierobeam Regis Israël. — PHVL BELOCHVS Rex Babyloniorum annis 48.
3149 (Sabbat.)	19	3	819 D	— Alexander X. Rex Corinthiorum annis 25. — Procas Syluius XIIII. Rex Latinorum annis 23.
3150			818	

Mundi.		Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
	terræ.		1	4	C
3151		817	2	5	BA
3152		816	3	6	G
3153		815	4	7	F
3154		814	5	8	E
3155		813	6	9	DC
3156	Sabba.	812	7	10	B
3157	terræ.	811	8	11	A
3158		810	9	12	G
3159		809	10	13	FE
3160		808			

IONAS PROPHETA circa hæc tempora missus est ad Niniuen, vbi Arbaci Assyriorum ac Medorum regi concionatus est.

—Carthago secundò condita est 38. annis ante primam Olympiadem. Dionys. Halic. lib. 1. stetit annis 667. vsq; ad eius destructioné. Vell. Iustinus scribit conditam 72. annis ante Romam, sed 62. legendum est.

GRAnaus, qui & Curanus vel Caranus dicitur Iustino, I. rex Macedonum annis 28. Euseb.

DYNASTIA XXV. Ægyptiorum. Sabachon & Sabacus Æthiops rex Ægypti annis 50.

IOEL PROPHETA.

Nicander filius Charilli, ex stemmate, Proclis rex Lacedæmon: Pauf. p. 115. Huius Nicandri annó 34. Cœpit 1. Olympias Clem. Strom. p. 31. Regnauit hic Nicander in vniuersum annis 49. Suidas col. 567.

Mundi.		Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
			11	14	D
3161		807	12	15	C
3162		806	13	16	B
3163	Sabbat.	805	14	17	AG
3164	terræ.	804	15	18	F
3165		803	16	19	E
3166		802	17	20	D
3167		801	18	21	CB
3168		800	19	22	A
3169		799	1	23	G
3170		798			

—AMOS prophetare cœpit duobus annis ante terræmotũ, temporib. Ierobeam regis Israël. Amos cap. 1.

—ALcamenes, filius Telechi ex Euristenis stemmate X. & postremus rex Lacedæmoniorum annis 37. teste Eusebio. Sed Pauf. pag. 103. scribit, Polydorum Alcamenis filiũ patri successisse. deinde & Eurycratem, Polydori filium, quiq; deinceps sequuntur in eâdem familia.

Terræmotus præcessit mortem regis Ierobeam. Amos 1.

—Ierobeã rex Israël, eius nominis secundus moritur, cùm regnasset annos 41. Post eius mortem regnum Israël à tyrannis diuexatum est, vsq; ad finem sui, fuitq; interregnum post mortem Ierobeam in Israël annis 12. Et horribilis ille terræmotus, qui antecessit mortem regis Ierobeam, sine dubio imminentes mutationes, & interitum regni Israël prænunciauit. Zachar. 14. Amos, 1.

—IESAIAS Propheta concionari cœpit 800. annis ante Christi natiuitatem, temporibus Azariæ siue Osiæ regis Iuda, & gubernauit Ecclesiam annis 80. vsq; ad Manassen, à quo serra dissectus esse scribitur. Fuit σύγχρονος Prophetarum Hoseæ & Amos.

Agemnestor XI. Archon Atheniensium annis 20. Euseb.

IOEL quoq; Propheta, vt Hieronymo placet, his temporibus floruit.

Anni mundi	Anni ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
Sabbat.		2	24 F	
3171 terræ.	797	3	25 ED	
3172	796	4	26 C	Amulius Syluius XV. Rex Latinorum, pulso maiore fratre Numitore, regnat annis 44.
3173	795	5	27 B	Mandanes, quem Eusebius Medidum vocat, rex II. Medorum annis 40.
3174	794	6	28 A	Phelesteus XI. Rex Corinthiorum annis 12. Zacharias filius Ierobeam Rex Israël 6. mensibus, cæpit 38. anno Azariæ Regis Iuda.
3175	793	7	1 GF	Sellum Rex Israël mense vno. Cæpit anno 39. Azariæ Regis Iuda. Menahem codē anno occidit Sellum, & regnauit in Israël annis 10. ARDISVS I. Rex Lydorum annis 36. Euseb.
3176	792	8	2 E	
3177	791	9	3 D	HESIODVS floruit annis 120. post Homerum. Vell. lib. 1.
Sabb. 3178 terræ.	790	10	4 C	
3179	789	11	5 BA	
3180	788			

Anni Mundi	Anni ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
		12	6 G	
3181	787	13	7 F	
3182	786	14	8 E	
3183	785	15	9 DC	Cœnus II. Rex Macedonum annis 12. Euseb.
3184 Iubileus XIIII. Sabbat. terræ.	784	16	10 B	
3185	783	17	11 A	Achas filius Iotham nascitur anno ætatis patris sui 22.
3186	782	18	12 G	Æschilus XII. Archon Atheniensium annis 23. Phaceia filius Menahem Rex Israël annis 2. Cæpit 50. anno Azariæ Regis Iuda.
3187	781	19	13 FE	Automenes 13. & vltimus rex Corinthiorum anno vno. Post hunc annui principes constituti sunt. Eus.
3188	780	1	14 D	Pekah filius Remaliæ Rex Israël annis 20. Cæpit anno 52. Azariæ Regis Iuda.
3189	779	2	15 C	Iotham filius Azariæ rex Iudà annis 16. Cępit regnare, cùm esset
3190	778			

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
		3	16 B	annorum 25. Secundo anno Pekah filij Remaliæ. 4. Reg. 15. 2. Paral. 27. Hunc cum Æschilo Atheniensium duce Eusebius quoq; coniungit. Incidit autem iuxta hanc nostram supputationem, primus annus Regis Iotham in quartum annum Æschili Atheniensium principis.
3191	777	4	17 AG	
Sabbat. terræ.				
3192	776	5	18 F	—OLYMPIAS prima incepit primo die mensis Hecatombæonis, tempore Solstitij æstiui. Respondet autem primus dies Hecatombæonis 9, die Iulij, si annos Iulianos retro cogitemus, & cohæret cum 7. die Ægyptij mensis Tybi.
Olympias 1.				
3193	775	6	19 E	
3194	774	7	20 D	—HESIODVS obijt in auspitijs primæ Olympiadis, anno 138. post Homerum. Solinus cap. 43.
3195	773	8	21 CB	—Tyrimas III. Rex Macedonum annis 38. Euseb.
3196	772	9	22 A	—THEGLAT PHVL ASSAR Rex Babyloniæ & Assyriæ annis 25. Hic tribum Naphthali abduxit in Assyriam. 4. Reg. 15.
Olympias 2.				
3197	771	10	23 G	**MICHEAS PROPHETA.** —Ezechias filius Achas nascitur anno ætatis patris sui 13. Cæpit enim Ezechias regnare cùm esset annorum 25.
3198	770	11	24 F	—ECLIPSIS ☉ facta est tempore conceptionis Romuli & Remi. Dionys. Halic. Subijcio autem huius Eclipsis integrum calculum & picturam.
Sabbat. terræ.				
3199	769	12	25 ED	—ROMVLVS & REMVS nati sunt tempore brumæ.

DESCRIPTIO ECLIPSIS ☉, QVÆ FACTA EST ANNO MVNDI 3199. anno 2. Olympiadis secundæ, quo tempore Romulus & Remus concepti sunt, anno ante initium annorum Christi 770.

Aureus numerus 11.
Cyclus Solaris 24.
Litera Dominicalis F.

DEliquium Sol passus est, cùm Ilia siue Rhea filia Numitoris, per vim comprimeretur. Dionys. Halic. lib. 1. Facta est hæc Eclipsis in 7. gradu ♉, die Solis, circa meridiem, in ipso ferme capite Draconis. Fuit ergo hoc deliquium admodum horribile.

Apud Hebræos incidit hæc Eclipsis in vltimum diem mensis Nisan, apud Ægyptios autem in 3. diem mensis Athyr. Sed si annos Iulianos retro cogitemus, factus est hic defectus Solis, 5. die Maij. Nono deinde mense, eodem hoc anno mundi 3199. nati sunt Romulus & Remus, 12. Calendas Octobris, hoc est, 20. die Septembris, quod tempus in mediam hyemem incidit. Nam Latini ante conditam Romam, non ab Æquinoctio vernali, quò Romulus postea initium anni transtulit: sed more Græcorum & Troianorum à Solstitio æstiuo annum inchoabant, atq; ita factum est, vt September, qui apud Romanos ab initio anni est 7. mensis, tempore natiuitatis Romuli & Remi inciderit in tempus brumæ. Nati igitur sunt Romulus & Remus, Sole perambulante extremam partem Capricorni, die 20. Septembris, vt ex Varrone & Taruntio narrat Plutarchus.

Cæterùm ad tempus Eclipsis Solis, quæ, vt Dionysius Halicarnasseus scribit, circa conceptionem Romuli & Remi contigit, si (quemadmodum in tabulis Prutenicis fieri solet) ad Horizontem Regiomontanum Prussiæ calculus dirigatur, scrupulis quinq; ante meridiem, hi colliguntur motus æquales, siue ab initio mundi, siue retrò à prima meridie Nabonassari calculus instituatur.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	54	48	1	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	4	45	55	57	
Solis simplicis	0	39	47	45	
Solis compositi	0	34	35	44	
Anomaliæ annuæ Solis	5	44	24	55	
Longitudinis ☽ à Sole	0	5	14	11	
Anomaliæ ☽	1	58	40	15	
Latitudinis ☽	4	34	44	45	
Ergo præcessio vera æquinoctiorum	5	55	25	41	
Æquatio centri Solis subtrahenda		6	48	56	Scrup. proport. 39′ 57″.
Anomalia Solis coæquata	5	37	35	59	
Absoluta æquatio orbis addenda			48	43	

Ergo ☉ in ♉ 6 part. 2′ 9″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	10	28	22	
Æquatio secundi Epicycli addenda		2	50	47	Scrup. proport. 0′ 38″.
Anomalia ☽ coæquata	2	1	31	2	
Æquatio primi Epicycli subtrahenda		4	25	17.	

Ergo ☽ in ♉ 6 part. 2′ 20″.

Caput Draconis in ♉ 5 part. 42′ 52″. Abest ergo ☽ à capite Draconis 19′ 28″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 4 sex. 30 part. 19′ 28″.

Ergo latitudo ☽ vera Borealis 1′ 42″.

Cæterùm cùm Roma illo tempore nondum fuerit condita, fiat supputatio, ad Horizontem Heliopolitanum in Ægypto, nam ibi illo tempore floruerunt Astronomi, qui sine dubio hanc Eclipsin diligenter obseruarunt.

Heliopolis in Ægypto longitudo part. 62 15′. Latitudo autem part. 29 55′.

Ergo Æquatio temporis propter diuersitatem meridianorum addenda, hora vna scrup. 24.

Facta igitur est hæc Eclipsis, Heliopolis in Ægypto hora vna & scrup. 19. post meridiem.

Parallaxis μηκοπλατὴ ☉ 1′ 12″. ☽ autem 24′ 55″. Differenria 23′ 43″.

Parallaxis ☽ à Sole secundùm longitudinem 19′ 11″.

Parallaxis ☽ à Sole secundùm latitudinem 15′ 31″.

Ergo latitudo ☽ apparens australis 15′ 49″.

Semidiameter ☉ 15′ 47″. Semidiameter ☽ 16′ 58″. Summa vtriusq; Semidiametri 32′ 45″.

Ablata latitudine ☽ apparente, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum (18′ 56″.

Diameter Solis apparens 31′ 34″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI SEPTEM scrup. 13.

Scrupula incidentiæ 30′ 6″. Motus horarius ☽ 32′ 26″.

Durauit ergo dimidius defectus 56. scrup. vnius horæ, totus autem defectus horas ferme duas.

Latitudo ☽ apparens in initio Eclipsis australis 16′ 39″. & in fine itidē australis 15′ 0″.

Subijcio nunc picturam huius deliquij.



Facta est hæc Eclipsis Olympiadis secundæ anno secundo, primo die mensis Thargelionis, qui apud Græcos in ordine est vndecimus. Natiuitas igitur Romuli & Remi, quæ nono mense post hanc Eclipsin facta est, incidit in annum tertium Olympiadis secundæ, & in initium anni ante Christi natiuitatem 767. Et quamuis in Ægypto, sicut hic calculus Astronomicus demonstrat, Sol vltra dimidiam partem lucem amiserit, in Italia tamen ad dimidiam ferme partem defecit, & in Æthiopia totus Sol est obscuratus. Cæterùm quæ mala hanc Eclipsin secuta sint, historiæ series satis declarat. Nam de Ilia siue Rea, matre Romuli, sumtum est supplicium. Et Theglat Phul Assar Babyloniæ & Assyriæ Rex, circa hæc tempora tribum Naphthali abduxit in Assyriam. 4. Reg. 15. Non ignoro, Taruntium Mathematicum, vt Plutarchus refert, hanc Eclipsin retulisse ad primum annum secundæ Olympiadis, & ad 23. diem Ægyptij mensis Chœac, sed falsam fuisse eius supputationem, ipse calculus Astronomicus euidenter declarat.

SEQVI-

SEQVITVR NVNC SERIES ANNORVM VSQVE AD INITIVM VRBIS ROMÆ.

Anni mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
Sabbat.	770	11	24	F	—Romulus & Remus concepti, circa tempus Eclipsis ☉ quam depinximus.
3199 terræ.	769	12	25	ED	—Romulus & Remus nati sunt, Sole perambulante extremā partem Capricorni, anno 18. ante initium Vrbis Romæ. Diod.
3200 Olympias. 3.	768	13	26	C	
3201	767	14	27	B	
3202	766	15	28	A	NAHVM PROPHETA.
3203	765	16	1	GF	—Achas filius Iotham Rex Iuda annis 16. cæpit in fine anni 17. Pekah filiæ Remaliæ. 4. Reg. 16.
3204 Olympias. 4.	764	17	2	E	—Rezin Rex Syriæ, & Pekah filius Remaliæ obsident Ierosolymā. Eodē tempore prophetia de Christo edita est: Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet filium. &c. Iesaiæ 7.
3205 Sabb.	763	18	3	D	
3206 terræ.	762	19	4	C	—Anisus Sebicus Rex Ægypti annis 12. Eus. Theopompus Nicandri filius rex Lacedæmoniorū. Hic Ephoros instituit aliquanto post initium sui regni. Plutar. in Vitis. Mortuus est in fine Olympiadis 14. Pausi.
3207	761	1	5	BA	
3208 Olympias 5.	760	2	6	G	—Elatus I. Ephorus Lacedæmoniorum constitutus est hoc anno 1. Olymp. 5. qui est annus 14.
3209	759	3	7	F	—OSea interfecit Pekah & regnauit per Tyrannidem in Israël illegitimè aliquot annis. Cepit anno 20. Iotham regis Iuda. 4. Reg. 15. (Tyrimantis Regis Macedonum, teste Eusebio.
3210	758	4	8	E	—ALCamenon 13. Archon Atheniensium annis 2. vltimus eorum, quos mors finijt. (Indignatur Scriptura impium regem Achas nominare, ac potius patrem mortuum nominat.
3211	757	5	9	DC	—Carops XIIII. Archon Atheniensium annis 10. Cæpit circa Solstitium æstiuū, estq; primus (decennalis princeps Atheniensiū. —HALIATtes II. Lydorum Rex annis 14. Euseb.
3212 Olympias 6.	756	6	10	B	
3213 Sabbat. terræ.	755	7	11	A	—Sarsomenes, quem Eusebius Sosarmum vocat, III. Rex Medorum annis 30. Hunc Gerardus Mercator existimat quinq; annis cum filio regnasse.
3214	754	8	12	G	
3215	753	9	13	FE	—Numitor XVI. Rex Latinorum constitutus à Romulo, occiso Amulio, regnat aliquot mensibus. ROMA CONDITA, expletis annis 430. post captam Troiam, teste Sempronio perantiquo Romanorum Scriptore. Agebant tunc Romulus & Remus annum ætatis 18. Diodor. Sed subijcio huius anni pleniorem descriptionem.
3216 Olympias 7.	752	10	14	D	
3217	751	11	15	C	

AD ANNVM MVNDI

CVm annus, quo Roma condita est, se habeat tanquã primus post bisextilem, volui hoc loco inserere Epochen siue Radicem motuum cœlestium, quæ primo Ianuarij responderet, si anni Iuliani retro cogitentur, vt ita eleganter & aptè colligi possint motus cœlestes, ad singulos annos Vrbis Romæ, iuxta Iulianorum annorum rationem, cum quibus diuersarum gentium annos ac dies plerumq; conferre soleo, vt ita cohærentia eorum nobis in conspectu sit.

EPOCHÆ SEV RADICES MOTVVM COELESTIVM AD INITIVM IANVARII,

qui præcessit ædificationem Vrbis Romæ, si annos Iulianos retro cogitemus. Pendent autem hi motus æquales, iuxta consuetudinem Romanorum, à media nocte, quæ præcessit diem artificialem, suntq; accommodati ad Horizontem Regiomontanum Prussiæ.

		sex.	part.	′	″		sex. part. ′ ″
Præcessionis simplicis equinoctiorũ.		5	55	2	47	Præcessio vera æquinoctij.	5 55 44 18.
Anomaliæ simplicis æquinoctiorũ.		4	47	47	6		
☉	Simplicis	4	37	27	52		
	Compositi	4	32	30	39		
	Anomaliæ annuæ	3	41	57	32		
☽	Medius seu longitudinis à ☉	2	41	41	18		
	Anomaliæ	2	34	22	58		
	Latitudinis	4	50	42	9		
♄	Longitudinis	3	56	23	5		
	Apogæi	3	37	20	4		
	Commutationis	0	41	4	46		
♃	Longitudinis	0	31	53	34		
	Apogæi	2	31	40	9		
	Commutationis	4	5	34	18		
♂	Longitudinis	1	39	13	6		
	Apogæi	1	41	45	2		
	Commutationis	2	58	14	46		
♀	Apogæi	0	48	21	0		
	Commutationis	5	48	51	50		
☿	Apogæi	2	54	29	20		
	Commutationis	4	47	2	32		

Æquatio centri ☉ subtrahenda part. 6 43′ 27″. Scrupula proportionalia 40′ 50″. Anomalia Solis coæquata sex. part. 3 35′ 14″ 5. Absoluta æquatio orbis addenda pars 1 19′ 11″.

Ergo ☉ in ♑ part. 4 31′ 21″.

Huius veri loci Solis ascensio recta partium 274. Min. 55. secund. 41.

Cæterum Romulus non à Ianuario, sicut successor eius Numa Pompilius postea fecit, neq; ab æstiua conuersione more patrũ suorum, sed ab æquinoctio Vernali annum exorsus est, decem in anno suo menses constituens, vt sunt: Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember & December. Vnde Ouidius:

Martis erat primus mensis, Venerisq́; secundus,
Hæc generis princeps, ipsius ille pater.
Tertius à senibus, iuuenum de nomine quartus,
Quæ sequitur numero turba notata suo est.

Et Martium quidem Romulus primum mensem esse voluit, eundemq; coniunxit cum æquinoctio Vernali, & 1. die mensis Phaothi, qui apud Ægyptios in ordine est

ne est secundus. Secutus quoq; annorum Ægyptiorum rationem Romulus, singulis annis 365. dies tribuit, neglecto quarto semper anno die intercalari. Sed Numa Pompilius secundus rex Romanorum annum castigauit, adiectis mensibus duobus, Ianuario ac Februario, & Ianuarium primum mensem esse voluit, Februarium secundum. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 12. & 13. Plut. in Numa. Vnde & Ouidius.

At Numa nec Janum, nec auitas praterit vmbras,
Mensibus antiquis praposuitq; duos.

Cæpit autem Romulus condere Romam anno Mundi 3217. in fine vltimi anni Sextæ Olympiadis, post destructionem Troiæ autem anno 431. dumq; conderet vrbem, acta est Olympias septima, tempore æstatis, vt patet ex Dionysio Halicarnasseo, Eusebio, & Diodoro etc. A prima Olympiade ad conditam Romam numerantur anni completi ferè 24. Clem. Strom. lib. 1. Incidit ergo annus conditæ Troiæ in duodecimum annum Achas regis Iuda, & in annum mundi 3217. In annum autem ante initium annorum Christi 752. Cui inseruire potest:

Cyclus decemnoualis, siue aureus numerus, quem & Cyclum ☽ nominamus 10.
Cyclus Solaris 14
Litera Dominicalis D. Estq; annus primus post bisextilem.

Æquinoctium Vernale respondet 28. Martij, iuxta annorum Iulianorum rationem. Sed Romulus æquinoctium coniunxit cum primo die Martij.

Primi dies mensium Ægyptiorum, respondent hoc anno, quo Roma condita est, diebus mensium in anno Iuliano hoc pacto, si annos Iulianos retrò cogitemus.

Primus dies mensis Ægyptij:
- Thoth cohæret cum 27. Februarij.
- Phaothi respondet 29. die Martij. Iuxta Romulum in eundem hunc diem (incidit primus dies Martij, & æqui- (noctium Vernale medium.
- Athyr congruit cum 28. Aprilis.
- Chæac incidit in 28. Maij.
- Tybi respondet 27. Iunij.
- Mechir conuenit cum 27. Iulij.
- Phamenoth incidit in 26. Augusti.
- Pharmuthi cohæret cum 25. Septembris.
- Pachon congruit cum 25. Octobris.
- Payni respondet 24. Nouembris.
- Epephi cohæret cum 24. Decembris.
- Mesori congruit cum 23. Ianuarij.

Quinq; dies intercalares 22. 23. 24. 25. 26. diebus Februarij respondent. Habet hæc tabula eam vtilitatem, vt absq; labore, iuxta doctrinam quinti & sexti præcepti tabularum Prutenicarum, colligere possimus, quomodo singulis annis ab Vrbe condita, dies mensium Ægyptiorum (quorum in supputatione motuum cœlestium magnus est vsus) cohæreant cum diebus nostrorum mensium in anno Iuliano.

De die, quo vrbis Roma adificatio capta est, hac sunt Velleij Paterculi verba.

Vrbi festus erat dixere Palilia patres,
Hic primus capit mœnibus esse dies.

Palilia autem Sacra fiebant vndecimo Calendas Maij, & celebrabantur à pastoribus in honorem Deæ Palis, pro partu pecoris, vnde hæc Sacra Parilia etiam dicta sunt. Hoc ergo die, videlicet Vigesimo primo Aprilis, Romulus & Remus cæperunt condere Romam, & Romulus quidem hoc die designauit mœnia vrbis Romæ condendæ aratro, anno ante Christum natum 752. Vide Solinum cap. 2. & Plutarchum in Romulo, & Plin. lib. 18. c. 26. Vbi vocat Hyades Palilitium signum, quòd circa hunc diem suo tempore Vesperi occiderent, & quamuis naturâ sit pluuiosum signum, obseruatum tamen fuerit, quòd vndecimo Calendas Maij (quo Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adduceret. Cæterùm cùm Romulus coniunxerit principium Martij cum æquinoctio Vernali medio, natalis Romæ incidit in medium tempus Veris, Sole occupante 20. gradum. ♉.

SEQVI-

SEQVITVR CHRONOLOGIA ANNORVM à CONDITA ROMA VSQVE AD NABONASSARVM *siue* SALMANASSARVM,

à cuius prima meridie pendet obseruatio motuum cœlestium & Eclipsium, apud Ptolemæum & alios Astronomos.

Anni mundi	Anni ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Ab Vrbe condita	
Olympias 7.	752	10	14	D		—ROMA CONDITA 21. Aprilis, à ROMVLO primo Romanorum Rege, qui regnauit annis 37. —Hîc incipit 12. annus Achas Regis Iuda, in cuius fine Osea filius Ela in Israël regnare cœpit. 4. Reg. 17.
3217	751	11	15	C	1	—Osea filius Ela, cùm antea aliquot annis per tyrannidem regnasset, cœpit tandem in fine 12. anni Achas Regis Iuda legitimè imperare, & præfuit regno annis 9. 4. Reg. 17.
3218	750	12	16	B	2	
3219	749	13	17	AG	3 28. Martij	—SVA siue SO rex Ægypti, quem Osea rex Israël in auxilium vocauit. 4. Reg. 17. Hunc 7. circiter annos regnasse, Gerardus Mercator existimat. Ego conijcio filium fuisse Anysis, & vocatum Sebicum, vt ita duo distincta sint nomina, Anysis & Sebicus.
Sabbat. terræ. 3220	748	14	18	F	4	—XVI. & vltimus annus Achas Regis Iuda, incidit in finem 3. anni Oseæ Regis Israel. Hoc enim anno Achas moriens, reliquit successorem filium Ezechiam. 4. Reg. 18. —NABONASSARVS siue SALMANASSAR, Rex Assyriorum annis 10. Cœpit regnare 4. die mensis Adar, qui apud Ægyptios cohæret cum 1. die mensis Thot, & respondet 26. Febr. si annos Iulianos retro cogitemus. A meridie huius diei dependet supputatio motuum cœlestium, apud Ptolemæum & alios Astronomos. Ptol. lib. 3. c. 8. Sequitur igitur huius meridiei Epoche siue radix motuum cœlestium.
Olympias 8. 3221	747	15	19	E	5	

EPOCHÆ SEV RADICES ÆQVALIVM MOTVVM COELESTIVM

ad primam meridiem NABONASSARI, accommodata ad meridianum Regiomontanum Prußia.

		sex.	part.	′	″
Præceßionis simplicis æquinoctiorū.		5	55	7	5
Anomaliæ simplicis æquinoctiorū.		4	48	19	32
☉	Simplicis	5	32	52	19
	Compositi	5	27	59	25
	Anomaliæ annuæ	4	37	19	47
☽	Medius seu longitudinis à ☉	1	10	46	14
	Anomaliæ	4	29	12	49
	Latitudinis	5	54	57	11
♄	Longitudinis	4	59	22	21
	Apogæi	3	37	23	12
	Commutationis	0	33	29	57
♃	Longitudinis	3	8	18	40
	Apogæi	2	31	41	5
	Commutationis	2	24	33	39
♂	Longitudinis	0	5	42	33
	Apogæi	1	41	47	41
	Commutationis	5	27	9	46
♀	Apogæi	0	48	21	0
	Commutationis	1	9	27	37
☿	Apogæi	2	54	34	18
	Commutationis	0	15	27	55

Veri loci Solis ab apparente æquinoctio ascensio recta part. 333. Scrup. 2.

SEQVITVR SERIES ANNORVM VSQVE AD MERODACH SIVE MARDOCEMPADVM REGEM ASSYRIÆ ET BABYLONIÆ, CVIVS

tempore tres Eclipses Lunæ obseruatæ sunt, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 6. & 8.

Olymp. 8.

Anni mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Anni ante Christum	Ab Vrbe condita	a Nabonassaro	
Olympias 8.	14	18 F				Achas Rex Iuda, nondum finito 16. anno imperij sui moritur, filio Ezechię regnum relinquens.
3221	15	19 E	747	5	26. Februar.	NABONASSARVS siue SALMANASSAR, Rex Assyriorum annis 10. — Ezechias filius Achas Rex Iuda, cæpit regnare finito anno 3. Oseæ filij Ela, Regis Israël. 4. Reg. 18. & succesit patri 4. anno Oseæ regis Israël, Ioseph. Antiq. lib. 9. c. 4. cæpit non adeò dudum ante Pascha, vt apparet 2. Paral. 29. regnauit annis 29. 4. Reg. 18. — ÆSIMEDES Archon Atheniensiũ annis 10.
3222	16	20 D	746	6	1	
3223	17	21 CB	745	7 27. Martij	2 25. Februar.	
3224 Olympias 9.	18	22 A	744	8 8	3	Samaria obsidetur à Salmanassare anno 4. Ezechiæ Regis Iuda, qui est annus 7. Oseæ Regis Israël. 4. Reg. 18. Hoc tempore ablata est gloria à Moab, tribus annis post mortem Achas. Esaiæ 16. & 15.
3225 Sabbat.	19	23 G	743	9	4	Meles III. Rex Lydorum annis 12. — Anno 2. Olympiadis 9. qui fuit 5. annus Æsimedis principis Atheniensium, Lacedæmonij primam in Messenios irruptionem fecerunt, & Amphiam oppidum ceperunt, teste Pausania. Durauit hoc bellum annos 20.
3126 terræ.	1	24 F	742	10	5	SETHON Sacerdos Vulcani Rex Ægypti, contra quẽ exercitum duxit Sennacherib, regnauit annos circiter 20. qui ab Eusebio per errorem Taracho Æthiopum Regi tribuuntur, qui huic Sethoni auxilium tulit contra Sennacherib. Herod. lib. 2.
3227	2	25 ED	741	11 26. Martij	6 24. Februar.	SAMARIA CAPTA, ET DECEM TRIBVS ABDVCTÆ IN ASSYRIAM, & Mediam, in fine tertij anni à prima obsessione, anno 6. Ezechiæ Regis Iuda, qui est nonus annus Oseæ Regis Israël. 4. Reg. 17. & 18.
3228 Olympias 10	3	26 C	740	12	7	
3229	4	27 B	739	13	8	Euphaës Messeniorum Rex expeditionem facit in Lacedæmonios, 4. anno post captam Amphiam, Pauf. p. 149.
3230			738	14	9	
Anni mundi.			Anni ante Christum.	Ab Vrbe condita.	a Nabonassaro.	

Mundi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉ / Ante Christum.	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
	5	28 A			SENNACHERIB rex Assyriorum annis 7. Hunc Esaias cap. 20. Sargon vocat, sicut Hebræi volunt.
3231	6	737 / 1 GF	15 / 25. Martij	10	Altero anno post expeditionem Euphais, Theopompus Nicandri, & Polidorus Alcamenis filius secundò exercitum in Messenios ducunt, estq; acerrima pugna in Messenia facta, teste Pausania. Pag. 149. & 150. — ELIDICVS Archon Atheniensium annis 10.
3232 Olympias 11.	7	736 / 2 E	16	11 / 23. Februar.	Hoc 17. anno Romuli, memorabile prælium est commissum inter Argiuos & Lacones, circa Antheam & Cardamilen. Solin. cap. 13.
3233	8	735 / 3 D	17	12	Perdiccas IIII. Rex Macedonum annis 51. Euseb.
3234 Sabbat. terræ. Iubileus XV.	9	734 / 4 C	18	13	SENNAcherib obsidet Ierosolymam, anno 14. regis Ezechiæ. 4. Reg. 18. Postea relicto Rapsace, cum exercitu contra Ægyptum progreditur. Ioseph. Antiq. lib. 10. c. 2. Sed Tarachus rex Æthiopum auxilium tulit regi Ægypti contra Sennacherib 4. Reg. 19. Sennacherib igitur iratus, ob plagam ab angelo Hierosolymæ acceptam, reuersus est in Assyriã admodũ miser & derelict⁹.
3235	10	733 / 5 BA	19 / 24. Martij	14	MEROdach Baladan filius Baladan, cùm Sennacherib adeò infortunatus esset, nactus tempus opportunum, Babyloniæ regnum occupauit, & regnauit annos 52. Hic eodem hoc anno munera misit Ezechiæ regi Iuda è morbo conualescenti, cui Deus 15. annorũ spacio vitã prolõgauit, quo tẽpore insigni miraculo retrogressio vmbræ in horologio facta est. Esa. 38. 4. Reg. 20. Cęterùm si hæc vmbrę variatio ex retrogressione Solis causata est, Ecclesiast. 43. totam cœli machinam in contrarium actam esse oportet, habent enim omnes Spæræ cœlestes ad Solis motum certam harmoniam & proportionem. Nihil etiam hic regressus Solis nos impedit in supputatione motuum cœlestium. Tempus enim, quod ☉ semel emensus erat, regrediens denuo repetijt, atq; ita tẽpus illud, quod Sol motu suo bis emensus est, pro vno tempore à nobis computatur. Cæterùm Solem retrogressum esse tempore antemeridiano ex vmbra colligitur, reduxit enim Deus vmbram, quę antea descenderat per 10. lineas. 4. Reg. 19. Descendit autem vmbra in horologio ante meridiem Sole ascendente.
3236 Olympias, 12	11	732 / 6 G	20	15 / 22. Februar.	SENNacherib domum reuersus hoc anno occisus est à proprijs filijs. 4. Reg. 19. Tobiæ 1.
3237	12	731 / 7 F	21	16	ASsarhaddon Assyriæ rex annis 10. — ArtecarmisMedorum rex annis 50.
3238	13	730 / 8 E	22	17	Candaules rex Lydorum annis 17. — Manasses filius Ezechiæ regis Iuda nascitur, erat enim 12. annorum cùm inciperet regnare. 4. Reg. 21.
3239	14	729 / 9 DC	23 / 23. Martij	18	EVPHAES rex Messeniorum cùm 13. annos regnasset, toto tempore sui regni cum Lacedæmonijs bello gesto, moritur sine liberis. In eius locum eligitur Aristodemus, qui regnauit annis 6. teste Pausania pagin. 154. & 157.
3240		728	24	19	

Mundi.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.	
Olym. 13		15	10 B		21 Febru.	
Sab. terræ. 3241	727	16	11 A	25	20	—Hippomenes Archon Atheniensium annis 10.
3242	726	17	12 G	26	21	—Lacedæmonij obsident Ithomam anno quinto Aristodemi regis Assyriorum. Paus. pag. 154.
3243	725	18	13 FE	27 22 Martij	22	
3244 Olym. 14.	724	19	14 D	28	23 20 Febru.	—Aristodemus rex Messeniorum obijt, anno 20. belli Messenij, quinq; mensibus ante finem belli. —Ithoma capta est anno primo Olympiadis 14. ultimo anno belli Messenij.
3245	723	1	15 C	29	24	—In fine huius anni, primum bellum Messenium est finitum, cùm Hippomenes Archon Atheniensium quadriennium imperasset, Paus. 158. Theopompus rex Lacedæmoniorum, in fine huius belli mortuus est. Paus. pag. 149.
3246	722	2	16 B	30	25	— DYNASTIA ÆGYPTIORVM XXVI. Merrhes AEthiops AEgypti rex annis 12. Euseb.
3247	721	3	17 AG	31 21 Martij	26	—MERODACH BALADAN siue MARDOCEMPADVS, cùm 12. annos regnasset in Babylone, mortuo Assarhaddone filio Sennacherib, totius Assyriæ & Babyloniæ Monarcha factus est, & regnauit annis 40. Cæpit imperare circa tempus autumni. —ECLIPSIS ☽ totalis facta est anno primo Mardocempadi 29. die mensis Thoth.
Sabba. terræ. 3248	720			32	27 19 Febru.	—ECLIPSIS ☽ facta est anno secundo Mardocempadi, 18. die mensis Thoth.

	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
Olympias 15.	4	18 F		
3249	719		33	28
Mundi,	Ante Christum,		Vrbis Romæ.	A Nabonassaro.

—TERTIA ECLIPSIS LVNAE facta est, paulò ante autumnum, in fine æstatis, anno secundo Mardocempadi, 15. die mensis Phamenoth. Ptol. lib. 4. cap. 6. Sed subijcio harum trium Eclipsium integrum calculum & picturas, ne quid ad demonstrationem nobis desit.

DESCRIPTIO PLENILVNII *ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST anno mundi 3247. anno primo Merodach, siue Mardocempadi, ante initium annorum Christi autem anno 721. cui respondet*

Aureus numerus 3.
Cyclus Solaris 17.
Literæ Dominicales A G

A prima meridie Nabonassari ad hanc Eclipsin numerantur completi anni AEgyptij 26. dies 29. horæ 8. scrup. 21.

Incidit hic defectus ☽ apud Hebræos in 15. diem mensis Adar, apud Ægyptios autem in 29. diem mensis Thoth, qui congruit cum 19. die Martij, si annos nostros Iulianos retro cogitemus, die lunæ, horis à meridie elapsis 8. & Min. 21. si iuxta consuetudinem tabularum Prutenicarum ad horizontem Regiomontanum Prussiæ calculus dirigatur, ad quod tempus hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	25	28	54	
Simplicis Anomaliæ æquinoctiorum	4	51	3	33	
Solis simplicis	5	54	14	0	
Solis compositi	5	49	42	55	
Anomaliæ annuæ Solis	4	58	30	22	
Lunæ longitudinis á Sole	3	6	32	54	
Anomaliæ Lunæ	1	6	16	13	
Latitudinis Lunæ	4	36	30	51	
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	56	17	22	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	6	32	52	scrup. propor. 42′ [illegible]″
Anomalia Solis coæquata	4	51	57	30	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	1	29	

ERGO ☉ in ♓ 22 part. 32′ 51″.

	sex.	part.	′	″	
Lunæ longitudo á Sole duplicata	0	13	5	48	
Æquatio secundi Epicycli addẽda	0	3	32	17	scrup. propor. 0′ 59″.
Anomalia Lunę coęquata	1	9	48	39	
Absoluta æquatio primi Epicycli subtrahẽda	0	4	31	28	

Ergo ☾ in ♍ 22 part. 32′ 48″.

Latitudinis ☽ motus coæquatus 4 sex. 31 part. 59′ 23″.

Caput draconis in ♍ 20 part. 33′ 25″.

Distat ergo ☽ à capite draconis 1 pars. 59′ 23″.

Ergo latitudo Lunæ borealis 10′ 21″.

 Semidia-

Semidiameter Lunæ 15′ 46″. Semidiameter autem vmbræ 42′ 38″.
Summa vtriusq; Semidiametri 58′ 24″.
Ablata latitudine Lunæ, ſcrupula reliqua de ſumma Semidiametrorum 48′ 5″.
Diameter Lunæ 31′ 32″.


DIGITI ECLIPTICI 18. ſcrup. 16.

Differentia ſcrupulorum vtriuſq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 26′ 52″.
Scrupula ergo moræ dimidiatæ 24′ 52″. Integræ autem moræ 49′ 44″.
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ coniuncta 57′ 20″.
Motus horarius Lunæ 28′ 47″.
Manſit igitur tota Luna obſcurata in vmbra terræ horâ 1. Min. 43.
Et ab initio ad finem defectus elapſæ ſunt horæ 4.
Latitudo Lunæ in initio Eclipſis 4′ 56″, borealis.
Latitudo Lunæ in fine Eclipſis itidem borealis 15′ 46″.
Aſcenſio recta veri loci Solis part. 353. ſcrup. 9. ſecund. 27.
Æquatio igitur diei naturalis ſubtrahenda 4′ 6″.

Meminit huius Eclipſis Ptolemæus lib. 4. cap. 6. vbi ſcribit, hunc defectum Lunæ factum eſſe anno primo Mardocempadi, 29. die menſis Thot, Babyloniæ horis duabus & 30. Min. ante noctem mediam. Alexandriæ autem 3. horis 20. minutis, ante mediam noctem, totam quoq; Lunam defeciſſe, & duraſſe omnem defectum horas 4. Vides, quàm pulchre hæc cum noſtro calculo conſentiant.

Subijcio igitur picturam huius Eclipſis.

BOREAS.



AVSTER.

SEQVI-

SEQVITVR DESCRIPTIO MEDII PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD *factum est anno mundi 3248. secundo anno* MARDOCEMPADI, *ante initium annorum Christi autem anno 720. cui inseruit,*

Aureus numerus	4.	A prima meridie Nabonassari, ad hanc Ecli-
Cyclus Solaris	18.	psin numerantur completi anni Ægyptij 27.
Litera Dominicalis	F.	dies 17. horæ 10. scrup. 45.

Factum est hoc pleniluium Eclipticum partiale, apud Hebræos 15. die mensis Adar, apud Ægyptios autem 18. die mensis Thoth, qui respondet octauo die Martij, si annos Iulianos retro cogitemus, die Veneris, apud Hebræos autem incipiente die Sabbati, à meridie elapsis horis 10. scrup. 45. si ad horizontem Regiomontanum Prussiæ calculus dirigatur, ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	55	29	44	
Simplicis anomaliæ æquinoctiorum	4	51	9	40	
Solis simplicis	5	43	14	16	
Solis compositi	5	38	43	59	
Anomaliæ annuæ Solis	4	47	30	14	
☽ Longitudinis à Sole	3	3	17	34	
Anomaliæ ☽	0	12	34	54	
Latitudinis ☽	4	41	1	4	
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	56	17	47	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	6	32	31	scrup. proport. 42′ 25″.
Anomalia Solis coæquata	4	40	57	43	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	10	21	

Ergo ☉ in ♓ 11 part. 42′ 23″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	6	35	8	
Æquatio secundi Epicycli addenda	0	1	48	7	scrup. proport. 6′ 15″.
Anomalia ☽ coæquata	0	14	23	1	
Absoluta æquatio 1. Epicycli subtrahenda	0	1	7	59.	

Ergo ☽ in ♍ 11 part. 41′ 38″.

Latitudinis ☽ motus coæquatus sex. 4 part. 39 53′ 5″.

Caput draconis in ♍ 3 pars 48′ 33″. Abest ergo ☽ à capite draconis 9 part. 53′ 5″.
Semidiameter ☽ 15′ 2″. Semidiameter Vmbræ 39′ 44″.
Summa Semidiametrorum Lunæ & vmbræ 54′ 46″.
Inde ablata latitudine ☽ remanent 3′ 21″.
Diameter ☽ apparens 30′ 4″.
Latitudo ☽ Borealis 51′ 25″.

DIGITVS ECLIPTICVS VNVS, SCRVP. 20.


Scrupula incidentiæ 19′ 6″.
Motus horarius ☽ 26′ 40″.

Durauit ergo dimidius defectus 43. scrupulis vnius horæ, sed ab initio ad finem vsq; Eclipsis, præterijt hora vna & scrup. 25.

Latitudo ☽ in initio Eclipsis borealis 49′ 37″. & in fine itidem borealis 53′ 13″.
Ascensio recta veri loci Solis ab apparente æquinoctio partium 343. scrup. 7′ 47″.
AEquatio diei naturalis subtrahenda 7′ 55″ 4‴ vnius horæ.

Mentionem facit huius Eclipsis Ptolemæus lib. 4. c. 6. 7. & 8. Vbi indicat eam factã esse Babyloniæ die 18. mensis Thoth, media nocte, Alexandriæ autẽ ante mediam noctem 50. minutis. Item quòd parua circuli pars in Luna defecerit ab austro, 9. partibus & 35. scrupulis à capite draconis. Quæ omnia cum nostro calculo exactè consentiunt. Sequitur igitur pictura huius deliquij.

BOREAS.



AVTSER.

DESCRIPTIO TERTII *PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD factum est anno Mundi 3249. secundo anno MARDOCEMPADI siue MERODACH, anno ante initium annorum Christi 720. cui respondet*

Cyclus Lunæ, siue aureus numerus	4	A prima meridie Nabonassari, vsq; ad hanc tertiam Eclipsin sunt completi anni Ægyptij 27. dies 193. & horę 7. min. 24.
Cyclus Solaris	18	
Litera Dominicalis	F.	

Incidit hic defectus apud Hebræos in 15. diem mensis Elul, apud Ægyptios autem in 15. diem mensis Phamenoth, qui cohæret cum primo die Septembris, si annos Iulianos retro cogitemus, & incidit in diem Solis, ad quod tempus, horis à meridie elapsis 7. scrup. 24. hi colliguntur motus æquales, in Horizonte Regiomontano Prussiæ.

	sex.	part.	'	''	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	55	30	8	
Simplicis anomaliæ æquinoctiorum	4	51	12	43	
Solis simplicis	2	37	33	9	
Solis compositi.	2	33	3	16	
Anomaliæ annuæ Solis	1	41	48	54	
Lunæ longitudinis à Sole	2	59	21	12	
Anomaliæ Lunæ	2	43	15	34	
Latitudinis Lunæ	1	40	45	57	
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	56	18	17	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	6	32	21	scrup. proport. 42' 26''.
Anomalia Solis coæquata	1	35	16	33	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	13	38	

	part.	'	''
Ergo ☉ in ♍	1	37	48.

	sex.	part.	'	''	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	58	42	24	
Æquatio secundi Epicycli subtrahenda	0	0	21	20	scrup. proport. 0.

Ano-

	sex. part.	'	"	
Anomalia ☽ coæquata	2	42	54	14
Absoluta æquatio 1. Epicycli subtrahenda	0	1	34	47.


Ergo ☽ in ♓ part. 1 ' 37. " 51.   Motus latitudinis verus sex. part. 1 ' 39 " 11 10.

Caput draconis in ♌ part. 22 ' 26 " 41.   Cauda draconis in ♒ part. 22 ' 26 " 41.

Distantia Lunæ à cauda draconis part. 9 11' 10".
Latitudo ☽ australis 47' 49".
Semidiameter ☽ 17' 44". Semidiameter Vmbræ 49' 9".
Summa vtriusq; Semidiametri 66' 53".
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de Summa semidiametrorum 19' 44".
Diameter ☽ apparens 35' 28".
DIGITI ECLIPTICI 6. scrup. 27'.
Scrupula incidentiæ 46".
Motus horarius ☽ 34' 50".

Durauit ergo dimidius defectus horam vnam & scrup. 19. Integer autem defectus horas duas, & scrup. 38.
Latitudo ☽ in initio defectus australis 43' 34". In fine autem itidem australis 51' 3".
Ascensio recta veri loci Solis ab apparente æquinoctio partium 153. scrup. 38' 52".
AEquatio diei naturalis addenda 7' 17" 44''' vnius horæ.

Meminit huius Eclipsis Ptolemæus lib. 4. cap. 6. vbi indicat, eam factam esse die 15. Phamenoth, Babyloniæ horis 5. Min. 30. ante mediam noctem, Alexandriæ autem horis 4. scrup. 20. ante mediam noctem. Defecit à Septentrione plus quàm medietas, & durauit Eclipsis ad tres horas ferme. Vides, quàm pulchre hæc omnia cum nostro calculo consentiant. Sequitur igitur pictura huius Eclipsis.



SEQVITVR NVNC SERIES ANNORVM, VSQVE AD MORTEM ROMVLI, PRIMI REGIS ROMANORVM, CVIVS ANNO VLTIMO SOL DEFECIT.

Anni Mundi.	Anni ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Romæ conditæ	A Nabonassaro.	
	719	5	19	E			
3250	718	6	20	D	34	29	—Ezechias Rex Iuda quindecim annis post retrogresionem vmbræ in horologio, moritur, annos natus 54. cùm regnasset annos 29. 4. Reg. 18. —Manasses filius Ezechiæ rex Iuda annis 55. 4. Reg. 21. 2. Paral. 33. Cæpit regnare cùm esset annorum 12.
3251	717	7	21	CB	35	30	—LEOCRATES Archon Atheniensium annis 10.
3252 Olympias 16	716	8	22	A	36	31 18. Februar.	—ARCHILOCHVS Poëta Iambicus vixit temporibus Romuli, Cicero Tuscul. 1.
3253	715	9	23	G	37	32	—HORRIBILIS ECLIPSIS ☉ FACTA EST TEMPORE NECIS ROMVLI. Dionys. Hal. lib. 2. Sequitur igitur huius deliquij calculus & (pictura. —ROMVLVS cùm regnasset annos 37. agens annum ætatis 55. cùm ad Capreæ paludem concionem haberet, ingenti coorta tempestate repente nusquam apparuit, discerptus, vt creditur, à suis Senatoribus, die septimo Quintilis. Post mortem eius interregnum Romæ fuit anno vno. Plutarch. in Romulo. Dionys. Halicar. lib. 2.
3254	714	10	24	F	38	33	

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST ANNO *mundi 3254. paulò ante mortem Romuli primi regis Romanorum, anno vrbis Romæ 38. ante initium annorum Christi autem anno 715. Cui respondet*

Aureus numerus 9.
Cyclus Solaris. 23.
Litera Dominicalis G.

A prima meridie Nabonassari vsq; ad hanc Eclipsin, numerantur completi anni Ægyptij 32. menses tres, dies 7. horæ 5. scrup. 55. Si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur.

Incidit ergo iuxta Ægyptios hæc Eclipsis in 8. diem mensis Ægyptij Chœac, qui respondet 26. die Maij, si annos Iulianos retro cogitemus, fuitq; dies Saturni. Tali igitur die horis à meridie elapsis 5. scrup. 55. hi colliguntur motus æquales, in horizonte Montis regij, inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	'	"		
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	55	34	6		
Anomaliæ Simplicis æquinoctiorum	4	51	42	29		
Solis simplicis	1	0	37	22		
Solis compositi	0	56	11	27		
Anomaliæ annuæ Solis	0	4	51	5		
Lunæ longitudinis á Sole	0	4	12	41		
Anomaliæ Lunæ	0	58	44	36		
Latitudinis Lunæ	4	40	15	52		
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	56	23	9		
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	6	30	39	scrup. propor.	42' 48"
Anomalia Solis coæquata	5	58	20	26		
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	3	44		

ERGO ☉ in ♉ 27 part. 4' 15".

Huius veri loci Solis ascensio recta 54 part. 46' 34".

	sex.	part.	'	"		
Longitudo Lunæ á Sole duplicata	0	8	25	22.		
Æquatio secundi Epicycli addēda	0	2	17	53	scrup. prop.	6' 24".
Anomalia Lunę coęquata	1	1	2	29		
Absoluta æquatio primi Epicycli subtrahēda	0	4	8	59		

Ergo ☽ in ♉ 27 part. 4' 13".

Caput draconis in ♉ 20 part. 57' 20". Abfuit ergo ☽ à capite draconis 6 part. 6' 53".

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 4 sex. 36 part. 6' 53".

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 31' 54".

Propter diuersitatem meridianorum in horizonte Romano subtrahenda sunt 42. scrup. vnius horæ. Et æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium iterum addenda 17. scrup. vnius horæ. Ergo vera coniunctio Solis & Lunæ Romæ facta est dimidia sexta vespertina.

Sed propter Parallaxin longitudinis Lunæ à Sole adijcienda est hora vna & scrup. 32. Ergo apparens Synodus Ecliptica Romæ conspecta est, horis à meridie elapsis 7. scrup. 2. paulò ante occasum Solis.

Roma sita est in quinto climate, sub eleuatione poli 41 part. 45'.

Parallaxis ergo μηκοπλανὴ ☉ 2' 58". ☽ autem 55' 16". Differentia 52' 18".

Parallaxis

Parallaxis longitudinis ☽ à Sole 45′ 35″.
Parallaxis latitudinis ☽ à Sole 27′ 8″.


sex. part.
Motus latitudinis ☽ coæquatus ad tempus apparens huius deliquij 4 36 52 54.
Ergo latitudo ☽ vera Borealis crescens 35′ 54″.
Ablata Parallaxi latitudinis ☽ à Sole, Latitudo ☽ apparens Borealis crescens 8′ 53″.
Semidiameter ☉ 15′ 43″.
Semidiameter ☽ 15′ 36″.
Summa vtriusq; Semidiametri Solis & Lunæ 31′ 19″.
Ablata latitudine Lunæ apparente, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 22′ 2″.
Diameter Solis apparens 31′ 26″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 8. scrup. 34.

Scrupula incidentiæ 30′. Motus horarius ☽ 28′ 15″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 3. Totus autem defectus horas 2. scrup. 6. Cæpit ergo Sol deficere Romæ hora sexta vespertina, fuitq; maxima Eclipsis paulò ante occasum Solis scrupulis duobus post septimam vespertinam.

Latitudo ☽ apparens in initio Eclipsis Borealis 6′ 15″. & in fine itidē Borealis 11′ 29″.

Sequitur nunc pictura huius deliquij.



Meminit huius Eclipsis Dionysius Halicarnasseus Antiquitatum Romanarum lib. 2. vbi de morte Romuli scribit in hunc ferè modum: Prodigia cœlestia circa ortum Romuli pariter visa sunt atq; obitum. Nam & cùm matri eius inferretur vis, incertum ab homine an Deo, deliquium Solis factum, terrisq; interdiu tenebras nocturnis similes incubuisse aiunt: quod etiam necis ipsius tempore accidit. Hic finis Romuli fuit, qui primus in Vrbe à se condita regnum tenuit, decessitq; sine liberis post exactum annum regni trigesimum septimum, ætatis verò quintum supra quinquagesimum. Et tot etiam anni numerantur completi, inter hanc Eclipsin, & eam, quæ tempore conceptionis Romuli facta est, anno mundi 3199.
Rectè

Rectè ergo initium & finem Romuli à nobis positum esse, nemo est qui non videat. Hoc loco illud quoq; obseruatione dignum est, hanc vltimam Eclipsin duorum potentissimorum Regum miserabilem interitum præsignificasse, eodem enim hoc anno, quo Romulus à Senatoribus suis discerptus est, Candaules quoq; Lydorum rex occisus est à Gyge, cui vxorem nudam monstrauerat. Herod. lib. 1. Cic. lib. 3. Offic. Gygem annuli beneficio hæc effecisse scribit. Nam quoties Palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: Idem rursus videbatur, cùm in locum annulum inuerterat. Itaq; hac opportunitate aurei annuli vsus, reginæ stuprum intulit, eaq; adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hinc locus prouerbio, Gygis annulus, γύγȣ δάκτυλ☉. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus vel in fortunatos, qui veluti diuina virgula quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur.

Ab initio Mundi.	Anni ante Christum. (Cycl. ☽ · Cycl. ☉)	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
	714 10 24 F			—Gyges occiso Candaule Rex Lydorum annis 38. Herod. lib. 1. Suid. col. 207. —Numa Pompilius secundus rex Romanorum annis 43. Cœpit anno tertio Olympiadis 16. Dionys. Hal. lib. 2. Solin. cap. 2. Hic Numa Pompilius (teste Macrobio Saturn. lib. 1. c. 13 & Plutarch. in Numa) annum castigauit, duos ad initium anni adijciens menses, Ianuarium & Februarium, hac proportione & lege, vt Ianuarius, quem primum mensem anni esse volebat, responderet primo mensi Ægyptiorum Toth, Februarius autem cohæreret cum secundo Ægyptiorum mense Phaothi, & sic deinceps. Non tamen singuli dies cohærebant, nam Græcorum quoque mensium rationem aliqua ex parte Numa imitatus est, adsumpto secundo vel tertio anno mense intercalari, quem Græci ἐμβόλιμον vocant. Diei autem Bissextilis intercalationem Numa quarto semper anno neglexit.
3255 Sabbat. terræ	713 11 25 ED	39	34	
3256 Olympias 17	712 12 26 C	40	35 17. Febru.	
3257	711 13 27 B	41	36	
3258	710 14 28 A	42	37	—STEPHINATIS Ægypti Rex annis 7. Eusebius. —Croton Vrbs in Italia condita est, anno tertio Olymp. 17. integro quadriennio post assumptũ à Numa Pompilio principatum. Dionys. Halic. lib. 2.
3259	709	43	38	

Ab initio Mundi.	Anni ante Christum. (Cyclus ☽ Cyclus ☉)	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
	15 1 GF			
3260 Olympias.18	708 16 2 E	44	39 16. Februar.	
3261	707 17 3 D	45	40	—APSANDER decennalis Archon Atheniensium.
3262 Sabbat. terræ.	706 18 4 C	46	41	
3263	705 19 5 BA	47	42	
3264 Olympias 19	704 1 6 G	48	43 15. Februar.	
3265	703 2 7 F	49	44	—Interregnum in Ægypto annis 2. Diodorus lib. 2. cap. 2.
3266	702 3 8 E	50	45	
3267	701 4 9 DC	51	46	ARISTOCRATIA ÆGYPTIORVM. —Ægyptij, turbatis rebus, duodecim eligunt Duces, qui æquali potentia regno præfuerunt annis quindecim. Ex his Principibus Nechepsos siue Necus pater sequentis Psamnetichi, 6. annis regnauit cum reliquis collegis, vt apparet ex Eusebio.
3268 Olympias 20 Sab.	700 5 10 B	52	47 14. Februar.	
3269	699	53	48	

Ab initio Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Anni ante Christum	Ab Vrbe condita	A Nabonassaro	
terræ.	6	11 A				
3270			698	54	49	
	7	12 G				
3271			697	55	50	
	8	13 FE				—Eryxias postremus decennalis Archon Atheniensium.
3272			696	56	51	—Hoc anno finiunt 65. anni, de quibus Iesaiæ septimo legimus, quòd illis finitis Ephraim non amplius deberet esse populus. Ephraitæ ergo hoc anno sine dubio in Persia porrò dispersi sunt.
Olym. 21.	9	14 D			13 Febru.	
3273			695	57	52	
	10	15 C				—Deioces Phraortæ filius, Rex creatus Medorum aduersus Artecarmin, regnat annis 53. Herod. lib. 1.
3274			694	58	53	—PSAMMETICVS filius Neci vel Nechepsos, successit patri in regno Ægypti, & regnauit annos 54. Et primùm tanquam dux, cum cæteris principibus collegis suis præfuit regno annis 10. Herod. lib. 2. Huius pater Nechepsos siue Necus interfectus est à Sebaco Æthiopum Rege.
	11	16 B				
3275			693	59	54	—CARDICEAS filius Artecarmis Medorum Regis, quem Diodorus Arbianem vocat, à patre Rex creatur aduersus Deiocem, & regnauit cum patre (teste Eusebio) annos 13. cum Deioce in schismate post mortem patris annos 9. In vniuersum autem annos 22. teste Diodoro.
	12	17 AG				
Sabba. terræ. 3276			692	60	55	
Olym. 22.	13	18 F			12 Febru.	
3277			691	61	56	
	14	19 E				
3278			690	62	57	
	15	20 D				
3279			689	63	58	

Ab initio Mundi. | Anni ante Christum. | Ab Vrbe condita. | A Nabonassaro.

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Ab urbe condita	A Nabonassaro	
		16	21	CB			
3280	688				64	59	
Olympias. 23		17	22	A		31. Februar.	
3281	687				65	60	
		18	23	G			Septuaginta annis à Caropis initio, obtinuit consuetudo apud Athenienses, vt singulis annis, nouus eligeretur Archon, atq; ita Respublica annuis magistratibus committeretur. Vell. pag. 3.
3282	686				66	61	
Iubileus XVI. Sabbat. terræ.		19	24	F			
3283	685				67	62	Sublata Aristocratia Psammetichus, vnus è duodecim ducibus, solus Ægypti regno potitur, & regnat annis 44.
		1	25	ED			Messenij defecerunt à Lacedæmonijs annis 39. post captiuitatem Ithomæ, Athenis Archonte Tlesia, anno quarto Olympiadis 23. Paus. Durauit hoc bellū annos 17.
3284	684				68	63	
Olympias 24		2	26	C		10. Februar.	Archelaus V. rex Macedoniæ annis 38. Euseb. — Amon filius Manasses regis Iuda nascitur, erat enim 22. annorum, cùm inciperet regnare. 4. Reg. 21.
3285	683				69	64	Vno anno post defectionem factum est prælium inter Lacedæmonios & Messenios ad Deram.
		3	27	B			Altero anno post prælium ad Deram, Messenij cum Lacedæmonijs denuo conflixerunt. Paus.
3286	682				70	65	
		4	28	A			Tertio anno post defectionem Messeniorum, facta est pugna ad fossam magnam. Paus.
3287	681				71	66	BEN MERODACH rex Assyriæ & Babyloniæ annis 21. Euseb.
		5	1	GF			Deioces post mortem Artecarmis rex Medorum annis 40. Eus. Cum hoc Cardiceas filius Artecarmis post mortem patris in schismate regnauit annis. 9.
3288	680				72	67	
Olympias 25.		6	2	E		9. Februar.	
3289	679				73	68	

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Ab urbe condita	A Nabonassaro	
		7	3	D			Ira oppidum Messeniorum obsidetur annis 11. Paus.
3290 Sabbat. terræ	678	8	4	C	74	69	
3291	677	9	5	BA	75	70	
3292 Olympias 26.	676	10	6	G	76	71 8 Feb.	
3293	675	11	7	F	77	72	ARDYS rex Lydorum annis 49. Herod. lib 1. Suid. col. 207.
3294	674	12	8	E	78	73	
3295	673	13	9	DC	79	74	
3296 Olympias 27	672	14	10	B	80	75 7. Feb.	
3297 Sab. terræ	671	15	11	A	81	76	Tullus Hostilius III. rex Romanorum annis 32. Sol. cap. 2. Obijt Olympiade 35. Solin. ibidem. Huius auus fuit Hostius Hostilius, vir strenuus bello, qui ob virtutem à Romulo primus frondea corona donatus est, quòd Fidenas primus irrupisset. Plin. lib. 16 cap. 4.
3298	670	16	12	G	82	77	
3299	669				83	78	

Mundi.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.	
		17	13 FE			
3300 Olympias 28	668	18	14 D	84	79 6. Feb.	Iosias filius Amon, regis Iuda, nascitur, erat enim 8. annorum, cùm inciperet regnare. 4. Reg. 22.
3301	667	19	15 C	85	80	Ira capta est 11. anno obsidionis, & Messenij sedibus suis eiecti sunt, anno primo Olympiadis 28. Archonte Athenis Autosthene, atq; ita secundum bellum Lacedæmoniorum cum Messenijs est confectum. Paus.
3302	666	1	16 B	86	81	
3303 Sabbat. terræ.	665	2	17 AG	87	82	
3304 Olympias 29	664	3	18 F	88	83 5. Feb.	
3305	663	4	19 E	89	84	Olympiade 29. Messenij iterum deficiunt à Lacedæmonijs, Archimede Archonte apud Athenienses, teste Pausania.
3306	662	5	20 D	90	85	
3307	661	6	21 CB	91	86	Amon filius Manasses Rex Iuda annis 2. 4. Regum 21. 2. Paral. 33.
3308 Olympias 30	660	7	22 A	92	87 4. Feb.	NABVCHODONOSOR eius nominis primus rex Babyloniæ & Assyriæ annis 35.
				93	88	Iosias filius Amon rex Iuda, annis 31. 4. Reg. 22.
3309	659					

Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Ab Urbe condita	A Nabonassaro	
	8	23 G				Anno secundo Olympiadis 30. Miltiade Athenis magistratum gerente, Lacedæmonij cæperunt Phigaliam oppidũ Arcadiæ. Pauſ.
					89	
3310			658	94		
Sabbat.	9	24 F				
3311			657	95	90	
terræ.	10	25 ED				
3312			656	96	91	
Olympias. 31	11	26 C			3. Februar.	HABACVC PROPHETA.
3313			655	97	92	
	12	27 B				
3314			654	98	93	
	13	28 A				
3315			653	99	94	
	14	1 GF				IOACHIM filius Iosiæ regis Iuda natus est, erat enim 25. annorum, cùm inciperet regnare. 4. Reg. 23. 2. Paral. 36.
3316			652	100		
					95	
Olympias 32.	15	2 E			2. Februar.	IOACHAS filius Iosiæ nascitur, erat 23. annorum, cùm succederet Patri in regno Iuda. 4. Reg 23.
3317			651	101	96	
Sabbat.	16	3 D				
3318			650	102	97	
terræ.	17	4 C				
3319			649	103	98	

Mundi	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Ab urbe condita	A Nabonassaro	
		18	5	BA			Iosias rex Iuda anno 12. sui regni Hierusalem & omnem terram Iuda ab idolis & excelsis purgauit. 2. Par. 24.
3320 Olympias 33	648	19	6	G	104	99 1. Februar.	
3321	647	1	7	F	105	100	IEREMIAS prophetare incipit 13. anno Iosiæ, 40. annis ante destructionem vrbis Ierusalem. Ierem. cap. 1. Hos 40. annos Ezechiel cap. 4. nominat 40. annos iniquitatis Iuda, eo quòd acrem Ieremiæ admonitionem Iudæi neglexerint. Cæpit autem Ieremias prophetare in fine 13. anni regis Iosiæ.
3322	646	2	8	E	106	101	Philippus VI. Rex Macedoniæ annis 38. Euseb.
3323	645	3	9	DC	107	102	**ZEPHANIAS PROPHETA.**
3324 Olympias 34	644	4	10	B	108	103 31. Ian.	
3325 Sab. terræ.	643	5	11	A	109	104	Iosias rex Iuda anno 18. sui regni die 14. primi mensis, qui congruit cum 27. die Martij, si annos Iulianos retro cogitemus, ipso die æquinoctij Vernalis, qui in feriam secundam siue diem Lunæ incidit, celebrauit festum Paschatis, quale nunquam fuit in Israel à tempore Samuelis. 4. Reg. 22. & 23. 2. Par. 35. Eodem hoc tempore paulò ante festum Paschatis inuentus est liber legis. 2. Par. 34.
3326	642	6	12	G	110	105	Phraortes rex Medorum annis 22. Hunc Artinem vocat Diodorus.
3327	641	7	13	FE	111	106	Necho filius Psammitichi Ægypti Rex annis 17. Hic alio nomine dicitur Necus, item Nechepsos & Nechac ab Eusebio & Herodoto lib. 2.
3328 Olympias 35.	640	8	14	D	112	107 30. Ian.	
3329	639				113	108	

Ab initio mundi.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.
		9	15 C		
3330	638	10	16 B	114	109
3331 Sab. terræ Iubi. XVII.	637	11	17 AG	115	110
3332 Olympias 36	636	12	18 F	116	111 29. Ian.
3333	635	13	19 E	117	112
3334	634	14	20 D	118	113
3335	633	15	21 CB	119	114
3336 Olympias 37.	632	16	22 A	120	115 28. Ian.
3337	631	17	23 G	121	116
3338	630	18	24 F	122	117
Sabbat. 3339	629			123	118

ANCVS Martius rex Romanorum annis 24.

Sedechias filius Ioachim regis Iuda nascitur, erat enim annorum 21. cũ inciperet regnare. 4. Reg. 24.

Iechonias filius Ioachim regis Iuda, natus est, erat enim annorum 18. cum succederet patri in regno Iuda. 4. Regum 24.

Ab initio mundi.	Ante Christum.	Cycl. ☽	Cycl. ☉	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.
terræ.		19	25 ED		
3340 Olympias 38	628	1	26 C	124	119 27. Ian.
3341	627	2	27 B	125	120
3342	626	3	28 A	126	121
3343	625	4	1 GF	127	122

NECHO Pharao Ægypti Rex, ascendit ad flumen Euphratem, pugnaturus regẽ Assyriæ, cui occurrens Iosias rex Iuda, cęsus est.

IOACHas rex Iuda mensibus 3. 4. Reg. 22. 2. Paral. 35. Hunc Ieremias Sellũ vocat. c. 22.

ELIAchim siue Ioachim Rex Iuda annis 11. Hunc Necho Ægypti Rex, abducto fratre eius Ioachas, regem constituit. 4. Reg. 23. 2. Paral. 36.

SADyattes rex Lydorum, annis 12. Herod. l. b. 1.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Ab initio Mundi.	Ante Christum.	Ab vrbe condita.	AN abo-nassaro.
3344	624	128	123
	5 2 E		26 Ianua.
Olympias 39			
3345	623 6 3 D	129	124
3346	622 7 4 C	130	125
Sabbat. terræ			
3347	621 8 5 BA	131	126
		132	127
3348	620		25 Ianua.

—NABVCHODONOSOR MAGNVS, NABOPOLLASSAR à Ptolemæo dictus, circa finem anni tertij Ioachim Regis Iuda, Ierosolymam obsidione cinxit, cùm paulò ante à patre adhuc viuente Rex creatus, &, teste Beroso in 3. libro apud Iosephum, contra rebelles Syros, Phœnices & Ægyptios mitteretur. Hoc tempore Nabuchodonosor Ioachim regem Iuda sibi tributarium fecit annis tribus. Danielem autem Prophetam cum socijs suis, & multis alijs nobilibus abduxit in Babylonem, vbi Daniel cum sodalibus Chaldæorum artes & linguam didicit per triennium. Daniel. 1. 4. Reg. 24. 2. Par. 36. Ab huius expeditionis tẽpore sacræ literæ, & Ptolemæus, initiũ regni Nabuchodonosoris Magni cõputant. Primo enim anno sui imperij, cùm inciperet quartus annus Ioachim regis Iuda, Nabuchodonosor interfecit Necum regem Ægypti, 23. anno à 13. anno Iosiæ, quo Ieremias primùm inceperat prophetare. Ierem. 25. & 46. Successit in Regno Ægypti filius Neci, Psammis vel Psammetichus, qui regnauit annis 16. Herodotus lib. 2. sex tantùm annos illi tribuit, sed 16. legendum esse, annorum series in sacris biblijs monstrat. Eusebius autem 12. annos ponit.

—Nabuchodonosor primus moritur, & filius eius Nabuchodonosor Magnus regnat deinceps annis 43. vsq; ad filiũm Euilmerodach, teste Beroso. Eodem hoc tempore, Ioachim rex Iuda, anno regni sui quarto, librum Ieremiæ comburit. Ieremiæ 36.

—DANIEL adhuc Iuuenis, exponit Regi Nabuchodonosori somnium, de statua depingente quatuor Monarchias, anno secundo eius imperij. Daniel. 2.

—CYAXARES Medorum rex annis 40. Sed Eusebius 32. annos eum regnasse scribit. Intelligit autem vsq; ad filium Astyagem, quẽ regem designauit anno regni sui 33. cùm contra Lydos decreuisset pugnare. Eundem hunc Cyaxarem Diodorus Artabanum & Astibarem vocat. Cœpit regnare vltimo anno patris sui Phraortis.

—ECLIPSIS ☽ facta est anno 3. Nabopollassaris. Subijcio igitur huius deliquij integrum calculum & picturam.

DESCRIPTIO PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST anno mundi 3348. quinto anno NABOPOLLASSARIS SIVE NABVCHODONOSORIS Magni regis Assyriæ & Babyloniæ, anno ante initium annorum Christi 621, cui respondet

Aureus Numerus	8	A prima meridie Nabonassari, vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 126. dies 86. horæ 15. scrup. 53. si ad horizontem Regiomontanum Prusiæ calculus dirigatur.
Cyclus Solaris	5	
Literæ Dominicales	B & A.	

Factum est hoc deliquium lunæ apud Hebræos die 15. mensis Nisan, hoc est, secundo die Paschatis, apud Ægyptios autem anno 127. à Nabonassaro, 27. die mensis Athyr, qui respondet 21. Aprilis, si annos Iulianos retro cogitemus, cùm apud Hebræos in initio eiusdem noctis incepisset dies Sabbati. Defecit in luna quarta Diametri pars ab Austro, horis post mediam noctem tribus & scrup. 53. si ad horizontem Regiomontanum Prusiæ calculus dirigatur, ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	56	52'	43''	
Anomaliæ Simplicis æquinoctiorum	5	1	33	33	
Solis simplicis	0	26	24	26	
Solis compositi	0	23	17	11	
Anomaliæ annuæ Solis	5	29	58	10	
Lunæ longitudinis á Sole	2	59	43	45	
Anomaliæ Lunæ	5	40	1	58	
Latitudinis Lunæ	1	19	13	14	
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	57	56	23	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	5	51	56	scrup. propor. 47
Anomalia Solis coæquata	5	24	6	14	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	17	23	

Ergo ☉ in ♈ 25 part. 38' 12''.

	sex.	part.			
Lunæ longitudo á Sole duplicata	5	59	27'	30''.	Scrup. prop. 0.
Æquatio secundi Epicycli subtrahenda	0	0	8	56.	
Anomalia Lunę coęquata	5	39	53	2	
Absoluta æquatio primi Epicycli addenda	0	1	34	15	

Ergo ☽ in ♎ 25 part. 38' 47''

Latitudinis ☽ motus coæquatus 1 sex. 20 part. 47' 27''

Caput draconis in ♉ 4 part. 51' 20'' Cauda autem draconis in ♏ 4 part. 51' 20''.

Distantia caudæ draconis à ☽ 9 part. 12' 33''.

Ergo latitudo ☽ Borealis 48' 0''

Semidiameter ☽ 15' 4''. Semidiameter autem vmbræ 40' 12''. Variatio vmbræ 3''. Ergo Semidiameter vmbræ coæquatus 40' 9''.

Summa vtriusq; Semidiametri lunæ & vmbræ 55' 13''.

Ablata latitudine ☽, scrupula reliqua de summa duorum Semidiametrorum 7' 13''.

Diameter ☽ apparens 30' 8''.

DIGI-

DIGITI ECLIPTICI DVO & scrup. 52. Defecit ergo in ☽ quarta ferme pars diametri.

Scrupula incidentiæ 27' 37''.

Motus horarius lunæ 26' 45''.


Ergo dimidius defectus durauit horam vnam & scrup. 1. & totus defectus horas duas scrup. 2.

Latitudo ☽ in initio Eclipsis Borealis 50' 34''. & in fine Eclipsis itidē Borealis 45' 26''. part.

Veri loci Solis ascensio recta 23 45' 35''.

Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 7' 46'' 32'''.

Ptolemæus lib. 5. cap. 14. scribit hanc Eclipsin factam esse die 27. mensis Athyr, anno à Nabonassaro 127. Babylone horis 5. scrup. 50. post mediam noctem. Alexandriæ autem horis quinq; post mediam noctem, & quòd in luna defecerit quarta pars diametri ab Austro. Hæc descriptio Ptolemæi exactè cum nostro calculo consentit. Sequitur igitur pictura huius plenilunij Ecliptici.



Eodem hoc anno, quo Eclipsis hæc facta est, Sadyattes rex Lydorum bellum intulit Milesijs, quod sex continuis annis gessit, vsq; ad mortem: deinde filius eius Haliattes quinq; præterea annis. Herod. lib. 1.

SEQVITVR SERIES ANNORVM *VSQVE AD CAPTIVITATEM BABYLONICAM.*

Cyclus

Ab initio Mundi.	Cyclus ☽	Anni ante Christum. Cyclus ☉	Ab initio vrb. Romę.	A Nabonassaro.
Olympias 40	9	620 6 G		
3349	10	619 7 F	133	128
3350	11	618 8 E	134	129
3351	12	617 9 DC	135	130
3352 Olympias 41	13	616 10 B	136	131 24 Janua.
3353 Sabbat. terræ.	14	615 11 A	137	132
3354	15	614 12 G	138	133
3355	16	613 13 FE	639	134
			140	135
3356		612		23. Ianuarij.

Cyaxares Rex Medorum, obsidet Ninum Assyriorum vrbem, 9. anno Sadyattis regis Lydorum, teste Eusebio. Sed eodem hoc tempore Scythæ accesserunt, cum quibus congreßi Medi, prælioq; fusi, imperium Asiæ amiserunt, atq; ita Scythæ Asiæ imperio potiti sunt annis 28. Herod. lib. 1. Cumq; Scytharum copiæ in Ægyptum contenderent, occurrit Psammitichus Ægypti rex, & muneribus precibusq; effecit, ne vlterius progrederentur. Herod. ibidem.

IOAchim rex Iuda captus, & duabus catenis vinctus, vt Babylonem duceretur, à rege Nabuchodonosore interficitur, & abiectus in agrum Hierosolymitanum, factus est esca ferarum. Ierem. 22.

IECHONIA filius Ioachim rex Iuda tribus mensibus & 10. diebus. Hic circa finem anni mundi 3351. qui est octauus annus Nabuchodonosoris Magni, captiuus abductus est in Babylonem, vnâ cum Mardochæo, & multis alijs nobilibus. 4. Reg. 24. 2. Paral. 36. Esther 2. Ieremias cap. 52. scribit, abducta esse 3023. Iudæorum, idq; contigisse anno 7. Nabuchodonosoris, videlicet regnantis post obitum patris, est enim hic 7. annus ab obitu Nabuchodonosoris primi.

ZEDECHIAS rex Iuda annis 11. 4. Reg. 24. 2. Paral. 36. Fuit impius & infelix.

Ancus Martius Rex Romanorum obijt Olympiade 41. Solin. cap. 2.

Tarquinius Priscus V. Rex Romanorum annis 38.

Halyattes Rex Lydorum annis 57. Herod. lib. 1.

Saraias Princeps pacificus cum rege Zedechia pergit in Babylonem, anno 4. regni eius, & Babylonijs prælegit librum Ieremiæ. Ierem. 51.

Anno 30. post inuentionem libri legis, qui est 5. annus à captiuitate Iechoniæ regis Iuda, cæpit prophetare in Babylone EZECHIEL, & vidit quidem primas visiones ad fluuium Chebar, 5. die mensis 4. Æquinoctium hoc anno incidit in 27. diem Martij, 1. dies 1. mensis in 10. diem Aprilis. Ergo 1. dies 4. mensis cohæret cum 8. die Iulij, si annos Iulianos retro cogitemus. Respondet ergo 5. dies 4. mensis, 12. die Iulij. Hoc ergo die, qui illo tempore in diem Sabbati incidit, EZECHIEL Propheta, cùm videret gloriam & Maiestatem Domini nostri Iesu Christi in nube, singulari ritu, & testimonio diuino vocatus est ad ministerium docendi. Ezech. cap. 1.

Anni Mundi.	Anni ante Christum. Cyclus ☽ Cyclus ☉	Romæ conditę.	A Nabonassaro.	
Olym. 42.	17 14 D			Pittacus Mityleneus sustulit Melanchrum tyrannum, anno quarto Halyattis regis Lydorum, teste Euseb. anno primo Olympiadis 42. vt vult Suid. col. 790.
3357	611 18 15 C	141	136	
3358	610 19 16 B	142	137	Templum Mineruæ apud Assesum deflagrauit. Herod. lib. 1.
3359 Sabbat. terræ.	609 1 17 AG	143	138	Nabuchdonosor anno 17. sui regni cæpit obsidere Tyrum, sicut Iosephus ex Beroso colligit, vbi pro (septimo) legendum est 17. anno Nabugdonosoris. Eâdem .n. expeditione Tyrum & Ierosolymam captā fuisse, ex Beroso patet apud Clem. Stromaton lib. 1. Apries qui & Vaphres rex Ægypti annis 30. teste Eusebio, quamuis Herodotus 25. annos illi tribuat. Clem. strom. lib. 1. scribit, anno secundo huius regis captam esse Ierosolymam. Arbitror igitur, eum cæpisse regnare circa tempus autumni. Ieremias cap. 44. eundem hunc regem Hephreen vocat.
3360 Olym. 43	608 2 18 F	144	139 22. Ianuarij.	Eodem hoc anno, qui est nonus annus Zedechiæ regis Iuda, die 10. decimi mensis, qui respondet 27. die Decembris, si annos Iulianos retro cogitemus, feria quarta siue die Mercurij, Nabuchdonosor cæpit obsidere Ierosolymam, tempore Solstitij hyemalis, vnde Iudæi hodie adhuc ieiunium celebrant 10. die mensis Tebeth. Mansit autem ciuitas obsessa, vsq; ad 11. annum Zedechiæ. Ierem. 39. & 52. 4. Reg. 25. Europs VII. rex Macedoniæ annis 26. Euseb.
3361	607	145	140	Finis 390. annorum iniquitatis Israel, & 40. annorum iniquitatis Iuda. Ezechiel. 4.

Mundi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Anni ante Christum.	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.
3362	3	19 E	606	146	141

—Hoc anno qui est vndecimus annus Zedechiæ regis Iuda, & partim in decimum octauum, partim etiam in decimum nonum annum regis Nabuchodonosoris incidit, populus Iudaicus abductus est in captiuitatem Babylonicam, annis 390. à fine primi anni Ierobeam, qui aureos vitulos adorare iusserat. Nam post tot annorum spacium, peccatum Ierobeam in Iuda duriter castigandum prophetat Ezechiel cap. 4. Similiter à fine 13. anni Iosiæ, quo Ieremias primùm prophetare inceperat, ad hunc vsq; annum, quo populus abductus est in captiuitatem Babylonicam, anni numerantur intermedij 40. quos Ezechiel cap. 4. annos iniquitatis Iuda appellat, eò quòd tot annis acrem Ieremiæ admonitionem Iudæi neglexissent. Sed subijcio huius anni Calendarium.

CALENDARIVM HISTORICVM

AD ANNVM MVNDI 3362. QVO NAbuchodonosor Magnus rex Babyloniæ & Assyriæ populum Iudaicum abduxit in captiuitatem Babylonicam, anno ante initium annorum Christi 607. cui inseruit

Aureus numerus 3.
Cyclus Solaris 19.
Litera Dominicalis E.

Æquinoctium Vernale respondet 27. die Martij, si annos Iulianos retro cogitemus.

Nisan I. mensis, qui & Abib vocatur.			*Iiar vel Ziu II. mensis Hebræorum.*		
1	4 Aprilis.	c ☀ in ♈.	1	4 Maij.	E
2	5	d Sabbatum.	2	5	f
3	6	E	3	6	g
4	7	f	4	7	a
5	8	g	5	8	b
6	9	a	6	9	c
7	10	b ☽ in ♋.	7	10	d Sabbatum. ☽ in ♌.
8	11	c	8	11	E
9	12	d Sabbatum.	9	12	f
10	13	E	10	13	g
11	14	f	11	14	a
12	15	g	12	15	b
13	16	a	13	16	c
14	17	b Pascha à Iudæis celebratur in summa mœstitia.	14	17	d Sabbatum.
15	18	c O in ♎.	15	18	E O in ♏.
16	19	d Sabbatum.	16	19	f
17	20	E	17	20	g
18	21	F	18	21	a
19	22	g	19	22	b
20	23	a	20	23	c
21	24	b Vltimus dies Azymorum.	21	24	d Sabbatum.
22	25	c ☽ in ♑.	22	25	E ☽ in ♒.
23	26	d Sabbatum.	23	26	f
24	27	E ☀ in ♉	24	27	g
25	28	f	25	28	a ☀ in ♊.
26	29	g	26	29	b
27	30	a	27	30	c
28	1 Maij.	b	28	31	d Sabbatum.
29	2	c	29	1 Iunij.	E. ● in ♊.
30	3	d Sabbatum. ● in ♉.			

Siuan tertius mensis.

1	2 Iunij.	f		16	17	g	
2	3	g		17	18	a	
3	4	a		18	19	b	
4	5	b		19	20	c	
5	6	c	Pentecosten celebrarunt Iu-	20	21	d	Sabbatum.
6	7	d	Sabbatum. (dæi in summo	21	22	E	
7	8	E	☽ in ♍. (mœrore.	22	23	f	☽ in ♓.
8	9	f	Hic est mensis 18. à po-	23	24	g	
9	10	g	strema obsidione Ierosoly-	24	25	a	
10	11	a	morum per Nabuchodo-	25	26	b	
11	12	b	nosorē, & quãvis Ieremias	26	27	c	
12	13	c	suaderet deditionem: ta-	27	28	d	Sabbatum.
13	14	d	Sabbatum. men pertinacia	28	29	E	☉ in ♋. Solstitium æ-
14	15	E	tanta fuit, vt de-	29	30	f	(stiuum.
15	16	f	O in ♐. fendere vrbem	30	1 Iulij.	g	● in ♋.

conarentur Iudæi, cùm quidem fame intra mœnia quotidie multi perirent.

Thamus, quartus mensis Hebræorum, respondet Hecatombæoni, primo mensi Atheniensium.

1	2 Iulij.	a.	Hoc primo die mensis Hecatombæonis incepit apud Græcos annus secundus Olympiadis 43.
2	3	b	
3	4	c	
4	5	d	Sabbatum.
5	6	E	
6	7	f	
7	8	g	☽ in ♎.
8	9	a	
9	10	b	Hoc 9. die 4. mensis vrbs Ierosolymorum capta est, & rex Zedechias in deserto Iericho ex fuga retractus, Antiochiam (quæ tunc Reblata vocabatur) ad regem Babylonicum Nabuchdonosorem adductus, cùm primùm vidisset in conspectu suo mactari filios & potentissimos quosq; duces, ipse tandem effosis oculis Babylonem abductus est, vbi in carcere miserè occubuit.
10	11	c	
11	12	d	Sab. 4 Reg. 25. Ierem. 39. & 52. Incidit hæc captiuitas in annum
12	13	E	18. Nabuchdonosoris Magni, regnantis post mortem patris, &
13	14	f	abducti sunt animæ Iudæorum 832. Ierem 52. Sed si à quarto an-
14	15	g	no Ioachim regis Iuda, quo Nabuchdonosor Magnus viuente
15	16	a	O in ♑. adhuc patre primum, regnare cœpit, supputatio incipiatur,
16	17	b	incidit hæc captiuitas in 19. annum Nabuchdonosoris Magni.
17	18	c	Ieremiæ 46. & 25. item 52. cap. 4. Reg. 25.
18	19	d	Sabbatum.
19	20	E	
20	21	f	
21	22	g	
22	23	a	☽ in ♈.
23	24	b	
24	25	c	
25	26	d	Sabbatum.
26	27	E	
27	28	f	
28	29	g	
29	30	a	● & ☉ in ♌.

AB

AB quintus Mensis Hebræorum.

1	31	Iulij. b.	
2	1	Augusti. c.	
3	2	d	Sabbatum.
4	3	E	
5	4	f	
6	5	g	
7	6	a	☾ in ♏. Hoc 7. die 5. Mensis Nabuzardan remissus in Iudæam à Nabuchodonosore rege Babylonico, cæpit destruere & comburere ædificia vrbis Ierosolymorum. 4. Reg. 25. Arsit autem vrbs inflammata dies 4. vsque in decimum diem quinti mensis. Ieremiæ 52.
8	7	b	
9	8	c	Recentes Iudæi hoc die quotannis ieiunium celebrant, incedentes nudis pedibus, & humi sedentes. Credunt enim, hoc die Ierosolymã incensam esse, à Nabuchodonosore, & postea etiã à Tito.
10	9	d	Sabbatum. Hoc 10. die 5. mensis templum Ierosolymitanum exustum est. Ierem. 52. Iosephus de bello Iudaico lib. 6. cap. 26. & 27. Capta & cremata vrbe, Nabuzardan princeps militiæ abduxit Iudæos 832. decimo octauo anno Nabuchdonosoris regnantis post mortem patris. Ieremiæ 39. & 52. Decimo nono autem anno Nabuchodonosoris hæc facta sunt, si à quarto anno Ioachim, qui est primus annus Nabuchdonosoris supputatio incipiatur. Ieremiæ 25. & 52. 4. Reg. 25. Nominatim autem iusserat rex parci Ieremiæ, cui concessum est manere in patria cum reliquijs populi. Ita Ieremias cum suo protectore Abdemelech Æthiope ab hostibus liber & incolumis dimittitur. Ierem. 39.
11	10	E	
12	11	f	
13	12	g	
14	13	a	
15	14	b	○ in ♒.
16	15	c	
17	16	d	Sabbatum.
18	17	E	
19	18	f	
20	19	g	
21	20	a	
22	21	b	☽ in ♉.
23	22	c	
24	23	d	Sabbatum.
25	24	E	
26	25	f	
27	26	g	
28	27	a	
29	28	b	
30	29	c	● in ♌.

Elul sextus mensis Hebræorum.

1	30	Augusti. d.	Sabbat. ✺ in ♍.
2	31	E	
3	1	Septembris. f.	
4	2	g	
5	3	a	
6	4	b	
7	5	c	☾ in ♐.
8	6	d	Sabbatum.
9	7	E	
10	8	f	
11	9	g	
12	10	a	
13	11	b	
14	12	c	
15	13	d	Sabbatum. ○ in ♓.
16	14	E	
17	15	f	
18	16	g	
19	17	a	
20	18	b	
21	19	c	
22	20	d	Sabbatum. ☽ in ♊.
23	21	E	
24	22	f	
25	23	g	
26	24	a	
27	25	b	
28	26	c	
29	27	d	Sabbatum. ● in ♍.

Thisri septimus mensis Hebræorum.

1 28 Septempris. E. Festum clangoris tubarum exusto templo amplius cele-
2 29 f, ☼ in ♎. Æquinoctium autumnale. (brari non potuit.
3 30 g Godolia princeps Iudæorum ab Ismaële occisus est, igitur Iudæi quot-
annis hoc die ieiunium seruant. Ierem. 41.
4 1 Octobris. a. Ismaël 80. viros occidit.
5 2 b Iohannes filius Careah exercitum educit contra homicidam Ismaël.
Ieremiæ 41.
6 3 c Iudæi peregrinantes abierunt in Chamoam, quæ est iuxta Bethlehem,
vt pergerent in Ægyptum, Ierem. 41.
7 4 d Sabbatum. ☽ in ♈.
8 5 E
9 6 f
10 7 g In festo expiationis summus pontifex, exusto templo, non potuit am-
11 8 a plius ingredi in sancta sanctorum.
12 9 b
13 10 c
14 11 d Sabbatum.
15 12 E ☉ in ♈. Festum tabernaculorum. Hoc & sequentibus 70. annis, in fe-
16 13 f sto tabernaculorum Iudæi non potuerunt Domino of-
17 14 g ferre holocausta, sicut præceptum erat in lege Dei, eò
18 15 a quòd templum esset exustum, & sacra vasa cum Iudæis
19 16 b abducta in Babylonem. Ieremias autem Propheta, cùm
20 17 c cædes principis Godoliæ Iudæi præbuisset causam ad
21 18 d Sabbatum. nouam migrationem in Ægyptum, fugam illam circa 15.
22 19 E ☽ in ♋. diem huius mensis seuerè dissuasit, inuitus tamen cum
23 20 f reliquis Iudæis abducitur in Ægyptum, vbi paulò pòst
24 21 g obrutus est lapidibus, vt Hebræi volunt, idq; circa fi-
25 22 a nem 11. anni Zedechiæ contigisse, colligitur ex primo
26 23 b capite Ieremiæ.
27 24 c
28 25 d Sabbatum.
29 26 E
30 27 f ● in ♎.

Tantum sufficit ad huius anni considerationem. Sequitur nunc series annorum vsq; ad Eclipsin Solis, quam Thales Milesius prædixerat. Herod. lib. 1.

Cycl. ☽ Cycl. ☉

Mundi. Capta Babylon.	Anni ante Christum.	Ab initio vrb. Romę.	A Nabonassaro.	
	604			Hic est primus annus captiuitatis Babylonicæ, quæ durauit in vniuersum anno 70. Ierem. 25. & 29. Daniel. 9. Et his 70. annis fuit continuum Sabbatum terræ, cunctis enim diebus desolationis terra egit Sabbatum, vsq; dum complerentur septuaginta anni. 2. Paral. vlt. Fuerunt igitur anni Sabbatarij & Iubilæi, per captiuitatem Babylonicam interrupti.
	4 20 D			
1 3363	605	147	142	
	5 21 CB			
2 3364	604	148	143	
Olym. 44	6 22 A		23. Ian.	
3 3365	603	849	144	

Mundi. Cap. Babyl.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum.	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.	
	7	23 G				—Nabuzardanus magister militiæ, animas Iudæorum septingentas quadraginta quinq; abduxit in captiuitatem, anno 23. Nabuchdonosoris. Ieremiæ 52.
4 3366			602	150	145	
Sab. 5	8	24 F				—Sabbatum terræ primò omissum.
5 3367			601	151	146	
terræ.	9	25 ED				—OBADIAH PROPHETA.
6 3368			600	152	147	
Olympias 45	10	26 C			20. Ian.	—Cyrenæ condita est Olympiade 45. vt testatur Solin. cap. 4. anno vrbis Romæ 153. nam ita legendum est apud Plin. lib. 19. cap. 3. pro 143. annis.
7 3369			599	153	148	
	11	27 B				
8 3370			598	154	149	
	12	28 A				
9 3371			597	155	150	
	13	1 GF				
10 3372			596	156	151	
Olym. 46	14	2 E			19. Ian.	
11 3373			595	157	152	
Sabbat.	15	3 D				—Sabbatum terræ secundò non celebratum.
12 3374			594	158	153	
terræ.	16	4 C		159	154	
13 3375			593			

Mundi. Capta Babylon.	Cyclus ☽ / Cyclus ☉ / Ante Christum.	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
	17 5 BA			Anno decimo quarto, postquam percussa erat ciuitas, qui incidit in 25. annum transinigrationis regis Iechoniæ, decimo die primi mensis, Ezechieli ostenditur futura reparatio templi & ciuitatis. Ezechiel. cap. 40. Æquinoctium cohæret hoc anno cum 27. die Martij, si annos Iulianos retro cogitemus. Primus dies mensis Nisan respondet 30. Martij, ergo decimus dies eiusdem mensis incidit in octauum Aprilis, ac præcisè in diem Sabbati. Tali igitur die Dominus Ezechieli visiones monstrauit, anno ante Christi natiuitatem 593. Ezechiel. 40. — Cræsus nascitur, erat enim 35. annorum, cùm inciperet regnare.
14 3376 Olympias 47	592 18 6 G	160	155 18. Ianuarij.	
15 3377	591 19 7 F	161	156	Scythæ expulsi sunt à Cyaxare Medorum rege, cùm 28. annis regnassent in Asia. Herod. lib. 1. Ijs redeuntibus in terram suam, hostiliter obuiam progressi sunt seruorum filij, quos flagellis, non armis in fugam coniecerunt. Herod. lib. 4.
16 3378	590 1 8 E	162	157	Cyaxares Medorum rex pugnare cæpit contra Halyattem Lydorum regem, sicut monstrat eclipsis Solis à Thalete Milesio prædicta, quam Herodotus lib. 1. in sextum annum huius belli incidisse affirmat.
17 3379	589 2 9 DC	163	158	ASTYAGES (Apanda Diod) rex Medorum annis 35. vt vult Herodotus. Sed Eusebius rectiùs 38. annos illi tribuit. Metast. Annij autem 30. tantùm annos ponit. Verisimile igitur est, eum regnasse octo annos cum patre, & post ipsius mortem solum tenuisse imperium annis 30. Hunc Astyagem Daniel cap. 9. nominat Assuerum, sed cùm tyrannidem exercuerit in nepotem Cyrum, & Arienam Halyattis Lydorum regis filiã, sororem Cræsi
18 3380	588	164	159 17. Ianuarij	

Mundi. Capt. Bab.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum.	Ab vrbe condita.	A Nabonassaro.	
Olym. 48 Sab. terræ Iub. XVIII. 19 3381	3	10 B	587	165	160	si matrimonio sibi iunxerit, non potest esse probus ille Assuerus, sub quo historia Esther contigit, præsertim cùm propter crudelitatem etiam captus sit. Historiam igitur Esther, Doctoris Martini Lutheri, Philippi Melanthonis, & Iohannis Funccij exemplo, ad Darium Hystaspis filium refero, qui post Cambysem in India, Media & Persia latè regnauit. Nam & alium Assuerum, post Cyri obitum, cùm ædificatio templi prohiberetur, cæpisse regnare, testatur Esdras lib. 1. cap. 4. Cæterùm de Astyage hoc loco illud etiam addendum est, quòd à patre adhuc viuente inauguratus sit, cùm is bellum moueret aduersus Halyattem Lydorum regem, patrem Cresi, cuius belli anno sexto horribilis Eclipsis Solis facta est. Herodot. lib. 1. — Iubileus XVIII. nõ celebratur in captiuitate Babylonica.
20 3382	4	11 A	586	166	161	
21 3383	5	12 G	585	167	162	
22 3384	6	13 FE	584	168	163	Circa initium 4. anni Olympiadis 48. ECLIPSIS ☉ facta est omnium maxima, quam Thales Milesius prædixerat, sicut testantur Plin. lib. 2. cap. 12. & Herodotus lib. 1. qui eam sexto anno belli inter Lydos & Medos contigisse scribit, his ferè verbis: Bellum inter Lydos Medosque quinquennale conflatum est, quo in bello aliquoties Medi victores extiterunt, & nocturnum quoddam prælium gesserunt. Sexto anno signis collatis, cùm æquo Marte certarent, stante acie contigit, vt repente dies nox efficeretur: Quam immutationem huius diei futuram Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc annum præfiniens, quo immutatio facta est. Lydi ac Medi vbi diem noctescere viderunt, à pugnando destiterunt, eoq; propensius ad pacem inter se constituendam festinarunt. Facta est hæc Eclipsis in principio Geminorum, & totus ferme Sol obscuratus est, instante anno 4. Olympiadis 48.
Olym. 49 23 3385	7	14 D	583	169	164 10. Ian.	
24 3386	8	15 C	582	170	165	SOLON leges scripsit Atheniensibus anno 33. Tarquinij Prisci regis Romanorum, teste A. Gellio lib. 17. c. 21. — CIRca tempus autumni denuo horribilis ECLIPSIS ☉ facta est, Sole perambulante 3. grad ♎. anno vrbis Romæ 170. Hanc Plin. lib. 2. c. 12. confundit cum illa Eclipsi, quam Thales Milesius prædixerat. Subijcio igitur vtriusque Eclipsis calculum & picturas.

AD ANNVM MVNDI

DESCRIPTIO ECLIPSIS SOLIS *A THALETE MILESIO PRÆDICTÆ,*

qua facta est anno mundi 3384. ante initium annorum Christi autem anno 585. cui inseruit

Aureus numerus	6
Cyclus Solaris	13
Literæ Dominicales	F & E.

A prima meridie Nabonassari; vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 162. menses 4. dies 12. horæ 4. scrup. 15. in horizonte Regiomontano Borussiæ.

Maxima quidẽ hæc Eclipsis Solis facta est, ea æstate, qua apud Græcos incepit annus quartus Olympiadis 48. vltimo die vndecimi mensis, quem Græci Thargelionem vocant. Apud Ægyptios autem incidit hoc deliquium in annum à Nabonassaro 163. in 13 diem mensis Tybi, cui respondet 28. Maij, si annos Iulianos retro cogitemus, dies Mercurij, horis à meridie elapsis 4. scrup. 15. si ad horizontem Regiomontanũ Prussiæ calculus dirigatur, ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	5	57	22′	57″	
Simplicis anomaliæ æquinoctiorum	5	5	20	48	
Solis simplicis	1	2	9	32	
Solis compositi	0	59	32	30	
Anomaliæ annuæ Solis	0	5	27	51	
Lunæ longitudinis à Sole	0	1	1	8	
Anomaliæ Lunæ	2	48	34	9	
Latitudinis Lunæ	4	35	0	41	
Ergo præcessio vera æquinoctij	5	58	30	19	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	1	34	47	scrup. proport. 48′ 32″.
Anomalia Solis coæquata	5	59	53	4	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	0	16	

Ergo ☉ in ♊ 0 part. 40′ 7″.

	sex.	part.			
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	2	2′	16″	
Æquatio secundi Epicycli addenda	0	0	33	35	scrup. proport. 1.

	sex	part.		
Anomalia ☽ coæquata	2	49	7′	44″
Absoluta æquatio primi Epicycli subtrahenda	0	1	0	59

Ergo ☽ in ♊ 0 part. 40′ 10″.

Caput draconis in ♉ 26 part. 40′ 28″

Abest igitur ☽ à capite draconis 3 part. 59′ 42″.

Motus latitudiuis ☽ coæquatus 4 sex. 33 part. 59′ 42″.

Ergo latitudo ☽ vera Borealis 20′ 52″

Eleuatio poli Sardis in Lydia 38 part. 15′.

Æquatio temporis propter diuersitatem meridianorũ addenda scrup. 30. vnius horæ

Ascensio recta veri loci Solis 58 part. 30′ 37″.

Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 13′ 10″ 40‴.

Ergo vera coniunctio Solis & lunæ facta est Sardis in Lydia hora quinta pomeridiana.

Paral-


Parallaxis μηκεπλατὴ Solis 2′ 44″. Lunæ autem 57′ 10″. Differentia 54′ 26″.
Parallaxis Lunæ à Sole secundùm longitudinem 51′ 10″.
Parallaxis Lunæ à Sole secundùm latitudinem 17′ 30″.
Ergo latitudo Lunæ apparens Borealis 3′ 22″.
Semidiameter Solis 15′ 42″.
Semidiameter Lunæ 17′ 47″.
Summa vtriusq; semidiametri Solis & Lunæ 33′ 29″.
Ablata latitudine Lunæ apparente, scrupula reliqua de summa semidiametrorum 30′. 7″.
Diameter Solis apparens 31′ 24″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 11. scrup. 30.

Scrupula incidentiæ 33′ 20″. Motus horarius Lunæ 35′. 3″.
Durauit ergo dimidius defectus horam ferme vnam, totus autem defectus horas duas.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis Borealis 0′ 28″.
Latitudo autem Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis 6′ 16″.
Æquatio temporis propter Parallaxin longitudinis addenda hora vna scrup. 27.

Facta igitur est hæc Eclipsis Solis totalis ferme, in Lydia quidem horis à meridie elapsis 6. & scrup. 27. Cæpit dimidia sexta & durauit vsq; ad occasum Solis. Tali ergo tempore pugnatum est inter Lydos & Medos teste Herodoto lib. 1.

Subijcio nunc picturam huius deliquij.



Tantum sufficit hoc loco de horribili illa & omnium maxima Eclipsi Solis, quam Tales Milesius prædixerat, quæ facta est tali tempore, quo duo potentissimi reges orbis terrarum, Cyaxares Astyagis pater, Medorum rex, & Halyattes pater Crœsi rex Lydorum, collatis signis hostiliter æquo Marte pugnarunt: cumq; diem cernerent noctescere, à pugnando destiterunt. Teste Herodoto lib. 1. Hanc Eclipsin Plinius confundit cum sequente Eclipsi, quæ anno vrbis Romæ 170. facta est, & incidit in annum secundum Olympiadis 49. Sed duas diuersas Eclipses fuisse, calculus Astronomicus dilucidè declarat.

SEQVI-

SEQVITVR NVNC DESCRIPTIO NOVILVNII ECLIPTICI, QVO *totus Sol denuo ferme obſcuratus eſt, anno vrbis Romæ 170. teſte Plinio lib. 1. cap. 12. Anno Mundi 3386. Ante initium annorum Chriſti autem anno 583 Cui inſeruit*

Aureus numerus	8.	A prima meridie Nabonaſſari ad hanc vſq; Eclipſin numerantur completi anni Ægyptij 164. menſes 8. dies 18. horæ 5. ſcrup. 37. in horizonte Regiomontano Boruſsiæ.
Cyclus Solaris	15.	
Litera Dominicalis	C.	

Horribile hoc deliquium Solis, factum eſt Romæ 19. die menſis Ægyptij Pachon, quem Romani illo tempore Septembrem vocabant. Sed ſi noſtros annos Iulianos retro cogitemus, incidit hæc Eclipſis in primum diem Octobris, & in feriam hebdomadis ſextam, Sole perambulante tertium gradum ♎, horis à meridie elapſis 5. ſcrup. 37. ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, ſi quemadmodum in tabulis Prutenicis plerumq; fit, ad horizontem Regiomontanum Pruſsiæ calculus dirigatur.

	ſex.	°	′	″	
Præceſsionis ſimplicis æquinoctiorum	5	57	24	54	
Simplicis anomaliæ æquinoctiorum	5	5	35	33	
Solis ſimplicis	3	5	53	46	
Solis compoſiti	3	3	18	40	
Anomaliæ annuæ Solis	2	9	11	6	
Lunæ longitudinis à Sole	5	56	59	34	
Anomaliæ Lunæ	2	12	56	21	
Latitudinis Lunæ	1	20	5	17	
Ergo præceſsio vera æquinoctij	5	58	32	28	
Æquatio centri Solis ſubtrahenda	0	5	33	37	ſcrup. proport. 48′ 38″.
Anomalia Solis coæquata	2	3	37	29	
Abſoluta æquatio orbis ſubtrahenda	0	1	56	46	

Ergo ☉ in ♎ 2 part. 29′ 25″.

	ſex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	53	59	8	
Æquatio ſecundi Epicycli ſubtrahenda	0	1	38	50	ſcrup. proport. 14″.
Anomalia ☽ coæquata	3	11	17	31	
Ergo præceſsio vera æquinoctij	0	2	19	31

STELLA tertiæ magnitudinis in fronte Scorpij Borealis, in ♏ part. 1 59′ 31″.

Habetq; latitudinem Borealem part. 1 20′.

	ſex.	part.			
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	4	12	2′	38″	
Æquatio ſecundi epicycli ſubtrahenda	0	10	53	5	ſcrup. proport. 41′ 56″.
Anomalia Lunæ coæquata	0	3	56	3	
Abſoluta æquatio 1. epicycli ſubtrah:	0	0	25	1	

Ergo motus verus Lunæ in Scorpio part. 1 8′ 51″. Si adieceris parallaxin Lunæ ſecundum longitudinem 51 ſcrupulorum, motus apparens ☽ erit in ♏ part. 1 59′ 51″. Et per conſequens Viſibilis coniunctio ☽ & ſtellæ tertiæ magnitudinis, quæ in fronte Scorpij inter tres lucentes eſt Borealis.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus ſex. part. 4 44 47′ 47″.

Ergo vera latitudo Lunæ Borealis part. 1 16′ 31″.

Parallaxis Lunæ ſecundum latitudinem auferenda 12. ſcrup.

Ergo latitudo ☽ apparens Borealis part. 1 4′ 31″. Perſtringit ergo ☽ ſtellam præciſè circumferentia ſua Boreali.

☉ tempore huius obſeruationis erat in ♐ part. 26 27′.

Eius aſcenſio recta part. 266 7′ 50″.

Æquatio diei naturalis addenda 5. ſcrup. vnius horæ.


Et propter diuerſitatem meridianorum in horizonte Alexandrino addenda 55. ſcrup. vnius horæ.

Ergo iuxta hanc noſtram ſupputationem viſa eſt hæc coniunctio viſibilis Lunæ & ſtellæ in fronte Scorpij, Alexandriæ in Ægypto, poſt mediam noctem horis tribus ſcrupulis 45. decima ferè hora noctis, quod tempus cum Ptolemæi annotatione exactè congruit. Idem Ptolemæus hanc obſervationem factam eſſe ſcribit 24. die Poſideonis, ſed 24. die Antheſterionis legendum eſſe, interuallum dierum inter hanc & ſequentem obſeruationem Timocharis perſpicuè demonſtrat. Sed ſubijcio nunc huius Phænomeni picturam.

BORE-

BOREAS.

ORIENS.



OCCIDENS.

AVSTER.

Eodem hoc anno 36. primæ secundum Calippum Periodi, die 15. mensis Elaphebolionis, apud Ægyptios autem anno à Nabonassaro 454. die 5. mensis Tybi, qui respondet 9. Martij, si annos Iulianos retro cogitemus, nocte quæ erat media inter diem Sabbati, & diem Solis, horis à meridie elapsis 8. Timocharis Alexandriæ secundo obseruauit Lunam, in coniunctione cum spica Virginis, Sole existente in 15. gradu piscium, ☽ autem in part. 21 21′ ♏. Ptolemæus lib. 7. cap. 3.

Si ad horizontem Montis Regij inclytæ Vrbis Borussiæ calculus dirigatur, ad tempus prædictum hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	1	26	23
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	35	51	2
Solis simplicis	5	40	48	12
Solis compositi	5	42	14	36
Anomaliæ annuæ Solis	4	42	2	36
Longitudinis Lunæ à Sole	5	5	39	46
Anomaliæ Lunæ	5	23	17	43
Latitudinis Lunæ	4	6	36	40
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	2	19	14

SPICA VIRGINIS Stella primæ magnitudinis in ♏ part. 22 19′ 40″. & habet latitudinem australem duarum partium.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	11	19	32	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	3	4	21	scrup. proport. 0′ 44″.
Anomalia Lunæ coæquata	5	26	22	4	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	2	33	47	

Ergo ☌ in ♍ part. 23 21′ 25″.

Addita

Addita parallaxi ſecundum longitudinem 46. ſcrup. Luna cum Orientali parte circumferentiæ applicabit ad Spicam Virginis.

ſex. part.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 4 9 $10' \ 27''$.

part.

Ergo latitudo Lunæ auſtralis 1 $46' \ 35''$. Addita parallaxi Lunæ ſecundum longitudinem 8. ſcrupulorum, erit.

part.

Latitudo Lunæ apparens auſtralis 1 $54' \ 33''$.

Perſtringit ergo Lunæ circumferentia ſua orientali ſpicam Virginis.

part.

☉ tempore huius obſeruationis erat in ♓ 15 $27' \ 3''$.

part.


Huius loci Solis aſcenſio recta 346 $36' \ 31''$.

Ergo Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium ſubtrahenda 56 ſcrupulorum vnius horæ.

Et propter diuerſitatem meridianorum in horizonte Alexandrino addenda 55. ſcrup. vnius horæ.

Conſpecta igitur eſt viſibilis coniunctio Lunæ & ſpicæ Virginis Alexandriæ in Ægypto, ſcrup. 50. poſt octauam veſpertinam.

Sequitur nunc huius apparentiæ pictura.



Mundi. / Seleucidarum.	Ante Christum. (Cyclus ☽, Cyclus ☉)	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
Sabbatum terræ. Iubil. V. post cap. Bab.	294 · 12 24 F	L. Posthumius, L. f. Sp. n. Megellus II. M. Attilius, M. f. M. n. Regulus. Coss. 459	454	—M. Attilius Regulus de Volsonibus & Samnitibus triumphauit.
17 · 3675	293 · 13 25 ED	L. Papyrius, L. f. Sp. n. Cursor. Sp. Caruilius, C. f. C. n. Maximus. Coss. 460	455	—L. Papyrius coss. horologia Solaria Romæ primus instituit. Plin. lib. 7. cap. vlt. —Demetrius rex Macedoniæ annis 6.
18 · 3676 · Olym. 122	292 · 14 26 C	Q. Fabius Maximus, Q. f. M. n. Gurges. D. Iunius, D. f. Brutus Scæva. Coss. 461	4. Nouemb. 456	—Sp. Caruilius Maximus & L. Papyrius Cursor, de Samnitibus triumphum egerunt idibus Ianuarij. —Consul Fabius malè cum Samnitibus pugnauit.
19 · 3677	291 · 15 27 B	L. Posthumius, L. f. Sp. n. Megellus III. C. Iunius, C. f. C. n. Bubulcus Brutus. Coss. 462	457	—Romani cum Samnitibus quartò fœdus renouarunt.
20 · 3678 · Initiū 25 hebdomadis.	290 · 16 28 A	P. Cornelius, P. f. Rufinus. Man. Curius, M. f. M. n. Dentatus. Coss. 463	458	—Finis belli Samnitici Samnum à Romanis dirutum.
21 · 3679	289	M. Vale- Q. Cædi- Coss.		

Mundi. Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Anni Mundi	Seleucidarum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Ab Vrbe condita	A Nabonassaro	
		17	1 GF		...us, M.f. M.n. Coruinus. ...ius, Q.f. Noctua. 464	459 3. Nouemb.	ARTAXAD NAGID dux Iudæorum annis 10. Philo Annij.
3680 Olym. 123	22	18	2 E	288	Q. Marcius, Q.f. Q.n. Tremulus II. P. Cornelius, A.f. P.n. Arvina II. Coss. 465	460	Cum Lucanis & Vulsiniensibus pugnatum est.
3681	23	19	3 D	287	M. Claudius, M.f. Marcellus. C. Nautius, Sp.f. Sp.n. Rutilus. Coss. 466	461	ELEAZARVS frater Simonis Iusti, suscepit ministerium templi, filio Simonis Onia paruo admodum derelicto. Hic Eleazarus cæpit præcise præesse Sacerdotio anno 37. Ptolemæi Lagi, circa finem anni primi Olympiadis 123. Euseb. Philo Annij tribuit huic Sacerdoti annos 20. — Pyrrhus Epirotarum rex, regnauit hoc anno in Macedonia mens. 7. Euseb.
3682 Sabbatum terræ.	24	1	4 C	286	M. Valerius Potitus Maximus. C. Ælius Pætus. Coss. 467	462	Lysimachus pulso Pyrrho successit in regno Macedoniæ annis 5. Euseb.
3683	25	2	5 BA	285	C. Claudius, M. Æmylius Coss.		

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Caninius. | *us Lepidus.*

—PTOLEMÆVS PHILADELPHVS à patre adhuc viuente rex creatur, & regnat annos 38. Ab hoc initio Philadelphi incipit ÆRA DIONYSII, qua Ptolemæus vtitur, lib. 10. cap. 9. item lib. 11. cap. 3. &c.

—Bruttij, Lucani & Etrusci hortatu Tarentinorum ad arma excitantur.

468 | 463 2. Nouemb.

Coss. C. Seruilius, Geminus, Tucca. L. Cæcilius, C. f. Metellus.

284 3 6 G

26 3684

Olym. 124

—Demetrius tres iam annos, continuè multis & varijs casibus iactatus, cum honestè in prælio mori potuisset, Seleuco se dedere maluit. Hinc Seleucus rex Syriæ & Asiæ appellatus est.

—Ptolemæus filius Lagi moritur Olympiade 124. Polyb. lib. 2.

469 | 464

Coss. P. Cornelius Dolabella Maximus. Cn. Domitius Caluinus.

283 4 7 F

—Timocharis Alexandriæ in Ægypto obseruauit coniunctionem ☽ & pleiadum, 29. die mensis Athyr, horis 3. & 20. scrup. ante mediam noctem, anno 47. primæ secundum Calippum Periodi, Sole existente in 7. gradu ♒. Ptol. lib. 7. cap. 3. Sequitur igitur huius apparentiæ calculus & pictura.

27 3685

Incidit

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabonassaro.


Incidit coniunctio Lunæ & pleiadum in primum annum Olympiadis 124. in Octauum diem Mensis Anthesterionis, vt Ptolemæus scribit (Sed Gamelionis legendum est.) Apud Ægyptios autem conspecta est hæc coniunctio Virgiliarum & Lunæ, anno à Nabonassaro 465. die 29. mensis Athyr, qui respondet 29. die Ianuarij, tali nocte quæ fuit inter diem Martis & diem Mercurij, si annos Iulianos retro cogitemus, & si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur, horis à meridie elapsis 7. die & anno prædicto hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.		
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	1	35′	30″.
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	36	59	38
Solis simplicis	5	2	29	50
Solis compositi	5	4	5	22
Anomaliæ annuæ Solis	4	3	39	35
Longitudinis Lunæ á Sole	1	32	8	23
Anomaliæ Lunæ	1	48	19	11
Latitudinis Lunæ	5	25	38	32
Ergo vera præcessio æquinoctij	0	2	26	51

Media igitur pars pleiadum in ♈ 28 part. 41′ 51″. Latitudo Borealis 4 part. 40″.
Longitudo Lunæ à Sole duplicata
Æquatio secundi epicycli subtrahenda
Anomalia Lunæ coæquata
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda.

Ergo motus verus ☽ in ♈ 29 part. 32′ 55″. Aufer parallaxin 51. scrupulorum, eritq; motus apparens ☽ in ♈ 28 part. 41′ 55″, & per consequens coniunctio ☽ & vergiliarum.
Motus latitudinis ☽ coæquatus 5 sex. 18 part. 6′ 23″. Ergo latitudo ☽ vera Borealis 3 part. 43′ 11″.
Subtrahe parallaxin latitudinis 8. scrupulorum, & habebis latitudinem ☽ apparentem Borealem 3 part. 35′ 11″.
Stella exigua infra pleiades habet latitudinem Borealem 3 part. 20′ fere, hanc igitur attigit Lunæ medietate australi. Ptol. lib. 7. cap. 3.

☉ motu vero in ♒ 7 part. 5′ 38″. Ptolemæus ibidem. Sed subijcio picturam.



Veri loci ☉ ascensio recta 309 part. 25′ 55″. Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium subtrahenda 10. scrup. 1. horæ. Et æquatio temporis propter diuersitatem meridianorum addenda 55. scrup. 1. horæ. Ergo hæc coniunctio ☽ & pleiadum conspecta est Alexandriæ in Ægypto quadrante horæ ante 8. vespertinam.

Mundi.	Seleucidarum. Cyclus ☽	Ante Christum. Cyclus ☉	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
Initiũ 26 hebdomadis.	4	283 7 F	P. Cornel. Dolabella Maximus. Cn. Domitius, Cn. f. Caluinus. Coss. 470	465	—Ptolemæus Philadelphus, Iudæos qui in Ægypto erant liberos esse permisit, & ab Eleazaro summo pontifice Iudæorum SACRAM SCRIPTVRAM & 70. interpretes siue Seniores ad eam interpretandam petit, anno tertio Ptolemæi Philadelphi. Euseb.
28 3686	5	282 8 E	C. Fabritius Luscinus. Q. Æmylius Papus. Coss.		—Hoc anno 48. primæ secundum Calippum Periodi, apud Ægyptios autem anno 466. à Nabonassaro, nocte illa quæ fuit inter septimum & octauum diem mensis Toth, conspecta est coniunctio Lunæ & spicæ Virginis Alexandriæ in AEgypto, sicut obseruauit Timocharis, teste Ptolemæo lib. 7. cap. 3. Sequitur huius apparentiæ calculus & pictura.

Anno 48. primæ secundum Calippum Periodi, ἕκτῃ φθίνοντος πυανεψιῶνος, (μαιμακτηριῶνος legendum est) apud Ægyptios autem anno 466. à Nabonassaro, nocte illa quæ fuit inter septimum & octauum diem mensis Thoth, hoc est, inter octauum & nonum diem Nouembris, si annos Iulianos retro cogitemus, horis post mediam noctem 3. & 30. scrup. Timocharis Alexandriæ in AEgypto obseruauit Lunam coniunctam Spicæ Virginis, parte sua Boreali. Ptol. lib. 7. cap. 3. Incidit hæc coniunctio Spicæ virginis & Lunæ in talem noctem, quæ fuit inter diem Veneris & diem Saturni, & si ad horizontem inclytæ vrbis Borussiæ Montis regij calculus dirigatur, horis post mediam noctem duabus, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.		
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	1	36′	9″
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	37	4	31
Simplicis Solis	3	41	42	43
Solis Compositi	3	43	18	53
Anomaliæ annuæ Solis	2	42	52	8
Longitudinis Lunæ à Sole	5	5	40	37
Anomaliæ Lunæ	3	29	31	15
Latitudinis Lunæ	1	53	24	24
Præcessio igitur vera æquinoctij	0	2	27	21

ERGO SPICA VIRGINIS stella primæ magnitudinis in ♍ part. 22 27′ 25″. & habet latitudinem duorum graduum.

	sex.	part.			
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	4	11	21′	14″	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	10	49	4	scrup. proport. 42′ 16″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	18	42	11	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	2	29	0	

Ergo ☽ in ♍ part. 22 19′ 41″. Abest adhuc Lunæ 8. scrup. 40. secundis, à Spica virginis, quibus respondet quadrans horæ, est enim motus horarius Lunæ 34′ 50″. vnius horæ.

Ergo

Ergo quadrante horæ post secundam matutinam, fuit vera coniunctio Lunæ & Spicæ Virginis, sed in horizonte Alexandrino circa tertiam matutinam.

Parallaxis autem Lunæ secundum longitudinem 58. scrupul. Visibilem coniunctionem Alexandriæ contigisse monstrat paulò ante secundam matutinam, luna exoriente.


sex. part.
Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 55 53′ 24″.

part.
Ergo latitudo Lunæ australis vera 2 10′ 51″.
Parallaxis Lunæ secundum latitudinem 13. scrup.

part.
Ergo latitudo Lunæ apparens australis 2 23 51″.
Ergo Luna parte sua Boreali accessit ad Spicam virginis.

part.
☉ eodem tempore fuit in ♍ 13 20′ 11″.

Sed subijcio nunc picturam huius coniunctionis Lunæ & Spicæ virginis.



Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum. Cyclus ☽	Cyclus ⊙	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
		282 5	8 E	C. Fabritius, C. f. C. n. Luscinus. Q. Æmylius. Cn. f. Papus. Coss.		Bellum cum rege Pyrrho à Romanis gestum, de quo Polybius copiosè lib. 2.
3687	29	281 6	9 DC	471 L. Æmylius, Q. f. Q. n. Barbula. Q. Martius, Q. f. Q. n. Philippus. Coss.	466	Italia in bello Pyrrhi contra Romanos primum vidit Elephantes. Plin. lib. 8. cap. 6. Ptolemæus Ceraunus rex Macedoniæ anno 1. Seleucus anno ætatis 77. interfecit Lysimachum, qui erat quatuor & septuaginta annorum.
3688	30 Olym. 125 Sabbatum terræ.	280 7	10 B	472 P. Valerius Levinus. Ti. Coruncanus. Ti. f. Ti. Nepos. Coss.	467 1. Nouemb.	Romani à Pyrrho victi. Seleucus Nicanor septem mensibus post interemptum Lysimachum, circa finem Olympiadis 124. per insidias à Ptolemæo Cerauno circumuentus occiditur. Iust. & Polyb. lib. 2. Ptolemæus quoq; Ceraunus, paulò post à Gallis duce Belgio victus & occisus est, anno 109. post Romam captam, cui successit in regno Macedoniæ Meleagrus mensibus 2. & illi Antipater diebus 41.
3689	31	279 8	11 A	473 P. Sulpitius, P. Decius, Coss.	468	Sosthenes deinde regnauit in Macedonia annis ferè duobus.

Seleucidarum. / Mundi.	Cyclus ☽ / Cyclus ☉ / ante Christum	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
		P. f. Ser. n. Saverrio. P. f. P. n. Mus. 474	469	HAGAI ELI Dux in Iuda & Ierusalem annis 8. Philo Annij. Antiochus Soter secundus rex Seleucidarum regnauit in Syria & Asia annis 19. Euseb. Anaxicrates Archon Atheniensium. Pyrrhus à Romanis victus Tarentum redijt. Plut. Hoc anno secundo Olymp. 125. regnante Athenis Anaxicrate, Galli duce Brenno aduersus Græcos expeditionem susceperunt. Paus.
32 3690	278 9 12 G	C. Fabritius, C. f. C. n. Luscinus. II. Q. Æmylius, Cn. f. Papus II. Coss. 475	470	Antigonus Gonathes filius Demetrij Asiæ regis, regnat in Macedonia annis 36. Huius nepotes regnum Macedoniæ obtinuerunt, donec ad Romanos translatum est. C. Fabritius Luscinus consul Romanorum, de Samnitibus & Lucanis triumphauit Idibus Decembris. Hoc anno tertio, Olymp. 125. Galli post multam cladem iterum in Galliam transire adnitentes, ad vnum omnes cæsi sunt, regnante Athenis Damocle. Paus.
33 3691	277 10 13 FE	P. Cornel. P. f. Rufinus. II. C. Iunius, C. f. C. n. Brutus Bubulcus II. Coss. 476	471	C. Iunius Bubulcus coss. Lucanos & Bruttios vicit.
34 3692 Initiũ 27. hebdomadis. Olym. 126.	276 11 14 D	Q. Fabius, Q. f. Q. n. Maximus Gurges. II. C. Genutius Clepsina. Coss. 477	31. Octob. 472	5. die Ianuarij C. Iunius Bubulcus de Lucanis & Bruttijs triumphauit. Pestilentia Romam afflixit. Q. Fabius Gurges coss. de Samnitibus, Lucanis & Bruttijs triumphum egit. Tarentini ac Samnites rebus suis diffisi, Pyrrhum ex Sicilia reuocârunt.
35 3693	275 12 15 C	Man. Curius, Man. f. Man. n. Dentatus III. L. Corn. Ti. f. Ser. n. Lentulus. Coss. 478	473	M. Curius & Cornelius Lentulus aduersus Pyrrhum emittuntur. Eutrop. lib. 2. de bello Pyrrhico. Consules triumphârunt, Man. Curius de Samnitibus & Pyrrho, L. Lentulus de Samnitibus & Lucanis.
36 3694	274 13 16 B	Ser. Cor. Man. Cu. Coss.		

Cyclus ☽ Cyclus ☉

[Cor]nelius Merenda.
[Cu]rius Man. f. Man. n. Dentatus. IIII.

Roma primum Elephantes vidit. Plin. lib. 8. cap. 6. Eutrop. lib. 2. de bello Pyrrhico.

3695 | 37 | 273 | 14 17 AG | 479 | 474

C. Fabius Dorso.
C. Claudius Caninus II. Coss.

Tarentini mortuo Pyrrho Carthaginenses in auxilium vocant.

Sabbatum terræ,

3696 | 38 | 272 | 15 18 F | 480 | 480

L. Papyrius.
Sp. Caruilius. Coss.

Hoc anno 13. secundum Dionysium, à morte Alexandri Magni 52. à Nabonassaro 476. Capricornionis die 25. aut Athyr die 21. qui 18. die Ianuarij respondet si annos Iulianos retro cogitemus, die Iouis tempore matutino, Sol medius erat in ♈ 23 part. 54'. Ptol. pag. 281. Incidit hæc obseruatio in annum ante initium annorum Christi 272. cui respondet aureus numerus 15. Cyclus Solaris 18. Litera Dominicalis F. Et si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur, hora septima matutina hi colliguntur motus æquales.

Præ-

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabonassaro.

SOL.



	sex.	part.		
Præcesſionis ſimplicis æquinoctiorum	0	1	44′	42″
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	5	38	8	41
Solis ſimplicis	4	51	20	12
Solis compoſiti	4	53	4	54
Anomaliæ annuæ Solis	3	52	25	16
Præceſsio igitur vera æquinoctij	0	2	34	1

Coniunge motum Solis ſimplicis & veram præceſsionem æquinoctij hoc modo.

	sex.	part.		
Motus Solis ſimplex	4	51	20′	12″
Præceſsio vera æquinoctij	0	2	34	1
Abeſt ergo ⊙ motu medio à vero æquinoctio	4	53	54	13

Ergo ☉ motu medio in ♈ part. 23 54′ 13″. Sicut & Ptolemæus habet.

Æquatio centri Solis ſubtrahenda part. 2 27′ 2″ ſcrup. proport. 58 4″.

Anomalia Solis coæquata sex. part. 3 49. 58′ 14″.

Abſoluta æquatio orbis addenda part. 1 51′ 53″.

Ergo ☉ motu vero in ♈ part. 25 46′ 6″.

Cuius aſcenſio recta temp. 297 45′ 21″.

Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium auferenda 7. ſcrup. vnius horæ.

Sed propter diuerſitatem meridianorum in horizonte Alexandrino addenda 55. ſcrup. vnius horæ.

Ergo Alexandriæ in Ægypto hæc obſeruatio facta eſt paulò poſt exortum Solis, 12. ſcrup. ante octauam matutinam.

Mundi. Seleucidarum.	Ante Christum. (Cyclus ☽, Cyclus ☉)	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
	272 15 – 18 F	L. Papyrius, L. f. Sp. n. Curſor. II. Sp. Caruilius, C. f. C. n. Maximus II. Coſſ.		
Olym. 127		481	476	Veneris obſeruatio facta eſt, anno 13. cum Semiſſe Philadelphi, qui eſt annus 476. à Nabonaſſaro, Meſori die 17. currente, ſequente 18. hora noctis 12. Sed meridies erat 10. ſcrup. in 17. gradu ♎. Ptol. lib. 10. c. 4. Incidit hæc obſeruatio Veneris, in annum ante initium annorũ Christi 272. cui competit aureus numerus 15. Cyclus Solaris 18. Litera Dominicalis F. Dies 18. menſis Meſori, reſpondet 12. die Octobris, ſi annos Iulianos retro cogitemus. Tali igitur die mane circa exortum Solis, Veneris obſervatio facta eſt teſte Ptolemæo. Si ad horizontem Regiomontanum Boruſsiæ calculus dirigatur, hi colliguntur motus æquales.
39 3697	271	L. Quinctius Gulo, L. Genucius Clepſina. Claudus. Coſſ.		

Præceſ-

VENVS.



	sex.	part.		
Præcesſionis ſimplicis æquinoctiorum	0	1	45′	19″
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	5	38	13	16
Solis ſimplicis	3	14	27	12
Solis compoſiti	3	16	12	31
Anomaliæ annuæ Solis	2	15	31	27
Apogæi Veneris	0	48	21	0
Commutationis Veneris	4	12	5	55
Anomalia Eccentri	2	26	6	12
Ergò vera præceſsio æquinoctij	0	2	34	29
Æquatio Eccentri in ♀ ſubtrahenda	0	1	8	15
Longitudinis motus coæquatus	3	13	18	57
Commutationis motus coæquatus	4	13	14	10
Ergo abſoluta parallaxis orbis ſubtrah:	0	41	32	38.

ſcrup. proport. 54′ 17″.

Ergo ♀ in ♍ part. 4 20′ 48″. Solis motus medius in ♎ part. 17 1′ 41″.

Latitudo ♀ Borealis part. 1 37′ 21″.

Stella tertiæ magnitudinis non procul ab humero virginis in auſtrina in ♍ part. 4 4′ 29″.

Latitudo eiuſdem Borealis part. 3 10′. haud procul igitur Venus ab hac ſtella abfuit.

Hunc calculum Prutenicum ideo hic annotare volui, vt cum deſcriptione Ptolemæi conferri poſset. Diſtat autem hæc obſeruatio Veneris, teſte Ptolemæo, à prima meridie Nabonaſſari, annis Ægyptijs completis 475. diebus 346. cum tribus quartis, hoc eſt, cum 18. horis. Et ab obſeruatione ſecundo anno Antonini 30. die menſis Tybi facta, annis Ægyptijs 409. diebus 167. Ptolemæus ibidem.

Cyclus

Seleucidarum & Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Romæ conditæ	A Nabonassaro	
	16	19	271 E	L. Quinctius Gulo Claudius. L. Genucius Clepsina. Coss. 482	477	—MASLOTH NAHVM dux Iudæorum annis 7. Philo Annij.
40 3698	17	20	270 D	C. Genucius Clepsina. II. Cn. Cornelius, L. f. Cn. n. Blasio. Coss. 483	478	—Octaua legio Romanorum quia defecerat, securi percussa. Oros. lib. 4. cap. 3. Florus lib. 15. —THEOCRITVS, ARATVS, Callimachus, Bion, Canon, Hipparchus, Demetrius phalerensis, Strato & Aristæus &c. floruerunt.
41 3699 Initiū 28 hebdomadis.	18	12	269 CB	L. Quinctius Gulo. Q. Fabius, C. f. M. n. Pictor. Coss. 484	479 29. Octobr.	—Hoc anno 17. Ptolemæi Philadelphi, SACRA SCRIPTVRA in Græcam linguam à 70. interpretibus translata est, referente Epiphanio, in libro de mensuris & ponderibus.
42 3700 Olym. 128	19	22	268 A	P. Sempron. P. f. P. n. Sophus. Ap. Claudius, Ap. f. C. n. Crassi. Cinus Rufus. Coss. 485	480	—MANASSES SVMMVS SACERDOS Iudæorum annis 27.
43 3701	1	23	267 G	M. Atilius, L. Iulius, L. f. Coss.		

A 2

Cyclus ☽ Cyclus ☉

M. f. L. n. Regulus Serranus. L. n. Libo.

—De nubibus in spem pluuiæ lac descendit. Eutrop. lib. 2.

486 — 481

Coss. N. Fabius, C. f. M. n. Pictor. D. Iunius, D. f. D. n. Pera.

266 — 2 — 24 — F

44 — 3702

—Consules triumpharunt de Sassinatibus & Sallentinis.

487 — 482

Coss. L. Manlius, Q. f. M. n. Vitulus. Q. Fabius, Q. f. M. n. Maximus.

Sabbatum terræ.

265 — 3 — 25 — ED

45 — 3703

—Census Romæ actus, inuenta ciuium capita 292334.

488 — 483

28. Octobr.

Coss. M. Fuluius Flaccus. Ap. Claudius Pulcher Caudex.

—Obseruatio Mercurij facta est, anno 21. secundum Dionysium, Scorpionis die 22. apud Ægyptios autem anno à Nabonassaro 484. die mensis Thoth 18. currente & sequente 19. tempore matutino, Sole motu medio existente

264 — 4 — 26 — C

46 — 3704

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

stente in ♏ 20 part. 50' Ptol. pag. 259. Incidit hæc obseruatio Mercurij in annum ante initium annorum Christi 265. Cui respondet

Aureus numerus 3.
Cyclus Solaris 25.
Literæ Dominicales E & D.

Dies 19. mensis Thoth, cohæret cum 15. die Nouembris, si annos Iulianos retro cogitemus, & incidit in diem Solis, sicut posterior litera Dominicalis indicat. Tali igitur die manè circa exortum Solis hæc obseruatio Mercurij facta est. Et si quis ad horizontem Regiomontanum Borusiæ calculum subduxerit, ad diem prædictum hora sexta matutina hi colliguntur motus æquales.



	sex.	part.	'	''
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	1	51'	15''
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	38	57	55
Simplicis Solis	3	48	9	51
Solis Compositi	3	50	1	7
Anomaliæ annuæ Solis	2	49	11	34
Apogæi Mercurij	2	55	53	55
Commutationis Mercurij	4	38	22	46
Anomaliæ Eccentri Mercurij	0	52	15	56
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	2	39	4
Æquatio Eccentri ☿ subtrahenda	0	2	14	21
Longitudinis motus coæquatus	3	45	55	30
Commutationis motus coæquatus	4	40	37	7
Absoluta parallaxis orbis subtrahenda	0	18	18	34

scrup. proport. 25' 29''.

ERGO ☿ in ♏ part. 0 16' 0''. Est igitur Mercurius in principio Scorpij 16. Scrupulis primis.

Medius motus ☉ in ♏ part. 20 48' 55''.

Latitudo ☿ australis 33' 35''.

Hunc calculum Prutenicum ideo huc ascribere volui, vt cum obseruatione à Ptolemæo annotata conferri posset. Et inter hanc obseruationem Mercurij & initium Nabonassari, numerantur anni Ægyptij completi 483. dies 17. horæ 17. scrup. 20. Ptol. pag. 263.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

264
4 26
C

Coss. M. Fuluius, Q. f. M. n. Flaccus. Ap. Claudius Pulcher. C. f. Ap. n. Caudex.

Olym. 129

—AMOS SYRACH dux in Iudæa & Ierusalem annis 14. Philo Annij.

—PRIMI BELLI PVNICI INITIVM. Appius Claudius Consul Romanorum primus bellum Carthaginensibus intulit. Polyb. lib. 1. Gell. lib. 17. cap. 21.

—Ap. Claudius cos. Romanorum de Pœnis & Hierone rege Siciliæ triumphauit.

489 484

Coss. Man. Otacilius, Man. Valerius,

263
5 27
B

47
3795

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Romæ cond. A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

M. f. M. n. Maximus.
C. f. M. n. Crassus, Messala.

—In Sicilia à Romanis res magnæ gestæ sunt. Taurominitani, Catinenses, & præterea quinquaginta ciuitates in fidem acceptæ. Eutrop. lib. 2. de bello Punico.

Hoc anno 486. à Nabonassaro, qui est 23. annus Dionysij, Aquarionis die 19. mensis autem Ægyptij Chœac die 18. qui respondet 12. die Februarij, & incidit in diem Solis, si annos Iulianos retro cogitemus, tempore matutino, Sol motu medio fuit in ♒ 18 10. part. Ptol. pag. 252. Si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur, hora 9. matutina hi colliguntur motus æquales.

490 | 485

	sex. part.			
Præcesionis simplicis æquinoctiorum	0	1	53′	7″
Anomalia simplicis æquinoctiorum	5	59	12	2
Solis simplicis	5	15	30	1
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	2	40	39

Igitur motus medius ☉ in ♒ 18 part. 50′ 31″.

Coss. L. Posthumius, L. f. L. n. Megellus. Q. Mamilius, Q. f. M. n. Vitulus. II.

262 | 6 | 28 | A

48 | 3706 | Initiũ 29. hebdomadis.

—Hoc anno 24. Dionysij, Nabonassari autem 486. Leonionis die 28. aut Payni die 30. qui respondet 23. die Augusti & incidit in diem Mercurij, vesperi Sol motu medio fuit in ♌ 27 part. 50′. teste Ptolemæo pag. 253. Si ad horizontem Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur, hora septima vespertina hi colliguntur motus æquales.

491 | 486

	sex. part.			
Præcesionis simplicis æquinoctiorũ	0	1	53′	34″
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	59	15	21
Solis simplicis	2	25	8	51
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	2	40	50

Igitur motus medius ☉ in ♌ 27 part. 49′ 41″.
Exactè ergo calculus Prutenicus cum Ptolemæo coincidit.

Coss. L. Valerius, M. f. L. n. Flaccus. T. Octacilius, C. f. Man. n. Crassus.

261 | 7 | 1 | GF

49 | 3707

—Consules Romani in Siciliam missi, nihil memorabile gesserunt.

492 | 487 | 27. Octobr.

Coss. Cn. Cornelius, L. f. C. Duilius, M. f.

260 | 8 | 2 | E

50 | 3780

—C. Duilius Consul Pœnos nauali prælio vicit, & triumphauit.

A Nabonassaro. | Romæ conditæ. | Ante Christum. | Seleucidarum. | Mundi.

Mundi.	Seleucidarum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum.	Romæ conditæ.	Coss.	A Nabonassaro.	
Olym. 130					493	Cn. f. Scipio Asina. M. n.	488	—Antiochus Theos rex Syriæ & Asiæ annis 15. Eusebius. Estq; hic tertius rex ex familia Seleucidarum. —L. Cornelius cos. Romanorum fraude circumuentus capitur. C. Duilius alter cos. Carthaginenses nauali prælio vicit, & honorem perpetui triumphi adeptus est.
3709	51	9	3	259 D	494	L. Cornelius, L. f. Cn. n. Scipio. Coss. C. Aquilius, M. f. C. n. Florus.	489	—Scipio consul Romanorum, Corsicam & Sardiniam cepit. Hanno Carthaginensium dux occisus est. Lipara quoq; & Melita in potestatem Romanorum peruenerunt.
3710 Sabbatum terræ.	52	10	4	258 C	495	A. Atilius, A. f. Cn. n. Calatinus, Coss. Q. Sulpitius, Q. f. Q. n. Paterculus.	490	—Annibal Senior à Romanis classe victus, à proprijs suis militibus cruci affigitur.
3711	53	11	5	277 BA	496	M. Atilius, M. f. M. n. Regulus. Coss. Cn. Cornelius, L. f. C. n. Blasio.	491 26. Octobr.	—A. Atilius Galatinus adhuc cos. ex Sicilia de pœnis triumphum egit 14. Cal. Febr. —Regulus cos. Romanorum, victis nauali prælio Pœnis, in Africam traiecit, vbi captis aliquot vrbibus, Serpentem portentosæ magnitudinis interfecit.
3712 Olym. 131	54	12	6	256 G	497	L. Manlius, A. f. P. n. Vulso Longus. Coss. Q. Caditius, Q. f. Q. n.	492	—Hoc anno trucidata sunt triginta millia Romanorum, & quindecim millia. Regulus quoq; captus catenis vinctus est.
3713	55	13	7	255 F		Ser. Ful- Coss. M. Æmy-		

Seleucidarum. Mundi.	Ante Christum. (Cyclus ☽, Cyclus ☉)	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
Initiũ 30. hebdomadis.		nius, M. f. M. n. Pætin. Nobilior. lius, M. f. L. n. Paulus. 498	493	—Carthaginenses Nauali prælio victi, Romani naufragium passi, Vide Eutrop. lib. 2. de bello Punico.
56 3714	254 14 8 E	Cn. Cornelius, L. f. C. n. Scipio Asina II. Coss. A. Atilius, A. f. C. n. Calati. (nus. II. 499	494	—Panormum in Sicilia à Romanis captum. —TEMPORE SOLSTITII ÆSTIVI INCIPIT SECVNDA PERIODVS 76. ANNORVM CALIPPI.
57 3715	253 15 9 DC	Cn. Seruilius, Cn. f. Cn. n. Cæpio. Coss. C. Sempronius, Ti. f. T. n. Blæsus. 500	495 25. Octobr.	—Romani 260. nauibus in Africam traiecerunt, & captis aliquot ciuitatibus, cum ingentem prædam Romam reducerent, naufragium passi sunt. Eutrop.
58 3716 Olym. 132 Sabbatum terræ.	252 16 10 B	C. Aurelius, L. f. C. n. Cotta. Coss. P. Seruilius, Q. f. Cn. n. Geminus. 501	496	—C. Aurelius Cotta cos. de Pœnis & Siculis triumphauit.
59 3717	251 17 11 A	L. Cæcilius, L. f. Cn. Metellus. Coss. C. Furius, C. f. C. n. Paulus. 502	497	—L. Cæcilius Metellus cos. Romanorum, Asdrubalem in Sicilia vicit, viginti millia Carthaginensium trucidauit apud panormum, & cepit vt Plinius habet 132. Elephantos, eosq; maxima pompa Romam duxit. Plin. lib. 8. c. 6. —MATATHIA SILOAH dux Iudæorum annis 10. Euseb.
60 3718	250 18 12 G	C. Atilius Coss. L. Manli.		

Cyclus ☽ / Mundi. Seleucidarum.	Cyclus ☉ / Ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
		M. f. M. n. Regulus. II. / us A. f. P. n. Vulso Longus II. 503	498	—M. Regulus Romam missus dissuasit pacem & permutationem captiuorum, ideoq; Carthaginem reuersus crudeli supplicio necatus est. —Romanorum coss. Lilybeum obsidentes, ab Annibale Amylcoris filio victi sunt.
61 3719	249 19 13 FE	P. Claudius, Ap. f. Caeci. n. Pulcher. Coss. L. Iunius, C. f. L. n. Pullus. 504	499 24. Octobr.	—P. Claudius Pulcher coss. Romanorum contra auspicia pugnauit, naues 170. amisit. 8000. hominum cæsa, 20000. hominum capta, & 20. naues. Alter coss. naufragium passus est.
62 3720 Initiũ 31 hebdomadis. Olym. 133	248 1 14 D	C. Aurel. L. f. C. n. Cotta. II. Coss. P. Seruil. Q. f. Cn. n. Geminus II. 505	500	—Classis Punica Italiam multis locis vastauit. Eutr. lib. 2. de bello Punico.
63 3721	247 2 15 C	L. Cæcilius, L. f. C. n. Metellus II. Coss. N. Fabius, M. f. M. n. Buteo. 506	501	—Ptolemæus Euergetes rex AEgypti annis 26. Euseb. —L. Cæcilius cos. Romanorum, classem Punicam apud Eginurum vicit.
64 3722	246 3 16 B	Man. Otacilius, C. f. Man. n. Crassus. II. Coss. M. Fab. C. f. M. n. Licinus. 507	502	—Ap. Claudij cæci filia, ob petulantiam linguæ mulctata 25000. grauis æris, Gell. lib. 10. cap. 6.
65 3723	245 4 17 AG	M. Fabius, Coss. C. Atilius,		

Seleucidarum & Mundi	Cyclus ☾	Cyclus ☉ / Ante Christum	Romæ conditæ	A Nabonassaro	
Sabbaticum tertia. Iubilæus VI. post captiu. Babylonicam.			M. f. M. n. Buteo II. A. f. A. n. Balbus. 508	503 23. Octobr.	—Seleucus Gallinicus IIII. Syriæ & Asiæ rex annis 20. Euseb.
66 3724 Olym. 134	5	244 18 F	Coss. A. Manlius, T. f. T. n. Torquatus Atticus. C. Sempronius, Ti. f. Ti. n. Blæsus II. 509	504	—Brundusium Colonia deducta est Sempronio & Torquato Coss. Vell.
67 3725	6	243 19 E	Coss. C. Fundanius, C. f. Q. n. Fundulus. C. Sulpicius, C. f. Ser. n. Gallus. 510	505	
68 3726	7	242 20 D	Coss. C. Luctatius, C. f. C. n. Catulus Caronius. A. Posthumius, A. f. L. n. Albinus, flam. Mart. 511	506	—Demetrius Macedoniæ rex annis 10. Euseb. —C. Luctatius consul Romanorum Charthaginenses grauissimo bello nauali vicit, & ad petendam pacem adegit. Eutrop. lib. 2. de bello punico.
69 3727 Initiũ 32 hebdomadis.	8	241 21 CB	Coss. Q. Manlius, T. f. T. n. Torquatus Atticus. II. Q. Luctatius, C. f. C. n. Cercus. 512	507 22. Octobr.	—ONIAS Summus Sacerdos Iudæorum successit Manassæ, sed non diu fuit superstes. —IOSEPHVS IVNIOR ARSES dux Iudæorum annis 60. Sed Fl. Iosephus tribuit illi annos 22. quibus nomine Ptolemæi Euergetis, Syriæ, Phenices & Samariæ tributa dispensauit. FINIS PRIMI BELLI PVNICI, Carthaginensibus pax data. Obseruatio circa periodicos motus Iouis facta est, anno secundum Dionysium 45. Virginionis die 10. à morte Alexandri anno 83. mensis Epephi die 17. sequente m. tẽpore matutino, Sole medio motu existente
70 3728	9	340 22 A	Coss. C. Claudius M. Sempron.		

stente in ♍ 9 part. 56'. Incidit hæc obseruatio in annum ante initium annorum Christi 241. Cui competit.

Aureus numerus 8.
Cyclus Solaris 21.
Literæ Dominicales C & B.

Decimus octauus dies mensis Ægyptij Epephi, cohæret cum 4. die Septembris, & incidit in diem Solis, si annos Iulianos retro cogitemus. Tali igitur die facta est obseruatio Iouis, tempore matutino. Ptol. lib. 11. cap. 3. & 4. Si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur, hora quinta matutina ad diem prædictum hi colliguntur motus æquales.

IVPITER.



	sex.	part.	'	"
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	2	11'	11"
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	41	27	44
Solis simplicis	2	36	57	34
Longitudinis ♃	1	20	38	2
Apogæi ♃	2	33	12	31
Commutationis ♃	1	16	19	32
Præcessio vera æquinoctij	0	2	54	12

Ergo motus medius ☉ in ♍ 9 part. 51' 46".

	sex.	part.	'	"
Anomalia Eccentri Iouis	4	47	25'	31".
Anomalia Eccentri Iouis coæquata	4	52	20	50
Æquatio enim Eccentri Iouis addenda	0	4	55	19
Motus longitudinis Iouis coæquatus	1	25	33	21
Commutationis motus coæquatus	1	11	24	13
Parallaxis orbis addenda	0	9	30	38

scrup. proport. 17' 25".

Ergo ♃ in ♋ 7 part. 58' 11".
Latitudo eius Borealis 3' 20".

Hunc calculum Prutenicum huc adscribere volui, vt cum annotatione Ptolemæi conferri posset.

Ab initio Nabonassari vsq; ad hanc obseruationem Iouis numerantur anni Ægyptij completi 505. dies 316. horæ 19. Et ab obseruatione Iouis, quam fecit Ptolemæus anno 2. Antonini Imperatoris, eadem hæc obseruatio abest, annis Ægyptijs 377. diebus 128. Ptol. lib. 11. c. 3. & 4.

Cyclus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. Claudius, Ap. f. C. n. Cento. M. Sempronius, C. f. M. n. Tuditanus, Coss.

—SIMON IVSTVS Summus pontifex Iudæorum annis 28.

Olym. 135

—Liuius primus Romæ fabulam dedit. Cicero Thusc. quæst. in præfat. lib. 1.

508

513

C. Mamilius, Q. Valerius, Coss.

239

10 23 G

71

3729

—Valentia Colonia deducta C. Mamilio Turrino, & Q. Valerio Flacco Coss. Vell.

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Ab Vrbe condita. A Nabonassaro.

Mundi	Seleucidarum	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Romæ conditæ	A Nabonassaro	
						Q. f. Q. n. Turrinus. Q. f. P. n. Flaccus. 514	509	ENNIVS nascitur, anno tertio post bellum Punicum.
3730	72	238	11	24	F	Coss. Ti. Sempronius, Ti. f. C. n. Gracchus. P. Valerius, Q. f. P. n. Falco. 515	510	Phalisci victi, eorum 15000. cæsi sunt, cæteris pax data est à Romanis. P. Valerius Consul primum à Gallis superatus tria millia Romanorum amisit: secundo Gallos aggressus, egregiam reportauit victoriam cæsis quatuordecim millibus Gallorum. Ligures à Sempronio Graccho, Valerij Collega prælio superati sunt.
3731	73	237	12	25	ED	Coss. L. Cornelius, L. f. Ti. n. Lentulus Caudinus. Q. Fuluius, M. f. Q. n. Flaccus. 516	511	Bellum Ligusticum à Romanis gestum, Coss. Cornelius & Q. Fuluius primum cum exercitu Padum flumẽ transierunt, & victores de Liguribus triumphauerunt. Nouilunium primum post Solstitium æstiuum hoc anno incidit in 19. diem Iulij, si annos Iulianos retro cogitemus, & per consequens 14. dies quarti mensis Dij, cohæret cum 29. die Octobris, siue cum 9. die mensis Toth. Ptol. pag. 253.
3732	74	236	13	26	C	Coss. P. Cornelius, L. f. Ti. n. Lentulus Caudinus. C. Licinius, P. f. P. n. Varus. 517	21. Octobr. 512	Anno secundum Chaldæos 75. decimo quarto die mensis Dij, à Nabonassaro autẽ anno 512. die mensis Thoth, qui respondet 29. die Octobris, horis à meridie elapsis 19, tempore matutino, Sol motu medio fuit in ♏ 5 part. 10′. Ptol pag. 253. Si quis ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculum accommodauerit, hora sexta matutina ex tabulis Prutenicis hos colligit motus æquales.
3733	75	235	14	27	B	Coss. T. Manlius, C. Atilius.		

	sex.	part.		
Præcessionis simplicis æquinoctiorũ	0	2	14′	39″
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	41	53	53
Solis simplicis	3	32	12	33
Præcessio vera æquinoctij	0	2	56	48
Ergo motus Solis medius	0	35	9	21

ERGO ☉ in ♏ 5 part. 9′ 21″. motu suo medio.

Mundi / Seleucidarum	Cyclus ☽ / Ante Christum	Cyclus ☉	Romæ cond.	A Nabonassaro	
			T. f. T. n. Torquatus. A. f. A. n. Balbus. II.		IHESVS SYRACH — Circa hæc tempora librum suum scripsit, qui apud nos Ecclesiastici nomen obtinuit. — Hoc anno Romæ porta Iani Gemini clausa est, quia nusquam eo anno bellum erat.
76 / 3734 Initiū. 33 hebdomadis.	15 / 234	28 A	518 L. Posthumius, A. f. A. n. Albinus, Sp. Caruilius, Sp. f. C. n. Maximus. Coss.	513	Sp. Caruilius Coss. de Sardis triumphauit.
77 / 3735	16 / 233	1 GF	519 Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus Verrucosus. Man. Pomponius, Man. f. Man. n. Matho. Coss.	514	Consulis Q. Fabij Maximi Verrucosi vita extat apud Plutarchum.
78 / 3736	17 / 232	2 E	520 M. Æmylius, M. f. M. Poblicius, L. f. Coss.	515 20. Octobr.	Cato Censorius nascitur. Cicero in Catone.

Cyclus Cyclus ☽ ☉

M. n. Lepidus, L. n. Malleolus.

Olym. 137

—Antigonus Tutor Philippi filij Demetrij, regnauit in Macedonia annis 12. ficut ex fequentis Philippi initio apparet. Hic Antigonus dictus eft Dofon, eò quod multa promitteret, & pauca præftaret. Plutarch in Æmylio Paulo,

521 | 516

79 | 231
3737 | 18 | 3 | D

Coff. M. Pomponius, Man. f. Man. n. Matho. C. Papyrius, C. f. L. n. Maffo.

—Conftat per. 520. annos Romæ nullum accidiffe diuortium, 137. demum Olympiade, M. Pomponio & C. Papyrio Coff. primus dicitur vxorem repudiaffe Sp. Carvilius vir non obfcurus, coactus à Cenforibus iurare, liberorum caufa fe coniugem dimittere, erat enim fterilis, qui tamen ob hoc factum, quamuis neceffarium, in perpetuum exofus fuit populo. Dionys. Halic. lib 2. Valer. Max. lib 2. cap. 1.

Sabbatum terræ.

522 | 517

80 | 230
3738 | 19 | 4 | C

Coff. M. Æmylius Barbula, L. f. Q. n. M. Iunius Pera, D. f. D. n.

—Teuca Illyriorũ regina, legatos Romanorum interfecit.

—Primus dies menfis Λῷ fiue ἑκατομβαιῶνος, refpondet quinto die Iulij fi annos Iulianos retro cogitemus. Tali igitur tempore incepit 82. annus fecundum Chaldæos.

523 | 518

Coff. L. Pofthumius, Cn. Fuluius, Cn. f.

{Anno 82. fecundum Chaldæos, Xantici die quinto, vefperi fuit ftella Saturni fub auftrali virginis humero digitis duobus, & eft annus à Nabonaffaro 519. Tybi Ægyptij menfis dies 14. Sole motu medio exiftente-

81 | 229
3739 | 1 | 5 | BA

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Chriftum. | Romæ conditæ. | A Nabonaffaro.

ſtente in ♓ 15 part. 10′. Ptol. lib. 11. cap. 7. Incidit hæc obſeruatio Saturni, ſi annos Iulianos retro cogitemus, in annum ante initium annorum Chriſti 229. paulò ante initium anni mundi 3740. qui mox erat incipiendus. Competit huic anno aureus numerus 1. Cyclus Solaris 5. Literæ Dominicales B & A. Ergo 5. dies Xantici, ſiue 14. dies Tybi, reſpondet 1. die Martij, & incidit in diem Mercurij. Tali igitur die veſperi poſt occaſum Solis, Saturnus fuit in coniunctione cum ſtella tertiæ magnitudinis ſub auſtrali ♍ humero, quam nonnulli tertiam in auſtrina ala appellant. Si ad horizontem Regiomontanum Boruſsiæ calculus dirigatur, hora ſexta veſpertina hi colliguntur motus æquales.

	ſex.	part.		
Præceſsionis ſimplicis æquinoctiorum	0	2	20′	49″
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	5	42	40	4
Simplicis Solis	5	33	8	47
Longitudinis ♄	2	30	3	33
Apogæi ♄	3	42	40	6
Commutationis ♄	3	3	5	13
Præceſsio vera æquinoctij	0	3	1	29

Stella tertiæ magnitudinis in auſtrali ♍ humero abeſt à prima ſtella Arietis 155 part. 30′.

Addatur præceſsio vera æquinoctij, & erit ſtella illa in ♍ 9 part. 31′ 29″.

Habens latitudinem Borealem 2 part. 50′.

Si etiam ad Simplicem motum Solis, eandem præceſsionem veram æquinoctij adieceris, fuit tùm temporis motu medio ☉ in ♓ 6 part. 10′ 16″. Atq; ita exactè hæc noſtra ſupputatio congruit cum Ptolemæo.

	ſex.	part.			
Anomaliæ Eccentri ♄	4	47	23′	27″	
Æquatio igitur Eccentri addenda	0	6	6	1	ſcrup. proport. 16′ 35″.
Motus longitudinis ♄ coæquatus	2	36	9	34	
Anomaliæ Eccentri coæquata	4	53	29	28	
Motus commutationis coæquatus	2	56	59	12	
Motus verus Apogæi	3	45	41	35	
Parallaxis orbis ♄ addenda	0	0	21	35	

Ergo ♄ in ♍ 9 part. 32′ 38″.

Habens latitudinem Borealem 2 part. 54′ 28″. Eſtq; retrogradus.


Æquatio tempor s propter diuerſitatem meridianorum in horizonte Alexandrina addenda 55. ſcrup. vnius horæ.

Ergo SATVRNVS veſperi poſt occaſum Solis emergens ſupra horizontem, vno ſcrupulo ſecutus eſt ſtellam ſub auſtrali Virginis humero, quam alij tertiam in auſtrina ala appellant.

Sequitur nunc pictura.

BOREAS.

ORIENS.



OCCIDENS.

AVSTER.

Mundi. Seleucidarum.	Ante Christum. Cyclus ☽ Cyclus ⊙	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
		L. Posthumius, A. f. A. n. Albinus. II. Cn. Fulvius, Cn. f. Cn. n. Centumalus, Coss. 524	519	—Bellum Illyricum gestum, L. Posthumio Albino, & Cn. Fuluio Consulibus. Regio & regina Illyrica à Consulibus per deditionem accepta est, & Consules triumphauerunt.
82 3740 Olym. 138.	228 2 6 G	Sp. Carvilius, Sp. f. C. n. Maximus. II. Q. Fabius, Q. f. Q. n. Maximus Verrucosus. II. Coss. 525	19. Octob. 520	—C. Fuluius Centumalus Proconsul de Illyrijs triumphauit.
83 3741	227 3 7 F	P. Valerius, M. Atilius. Coss.		

Cyclus ☽	Cyclus ☉				
Initiū 34.hebdōmadis.			M. f. M. n. Regulus. L. f. M. n. Flaccus,		—Bellum Gallicum hoc tempore gestum est, Britomarus fuit dux Gallorum.
			526	521	
84 3742	4 8 E	226	Coss. M. Valerius, Man. f. M. n. Messala. L. Apustius, L. f. C. n. Fullo.		—Pontifices Romani Gallium virum, & Gallam fœminam, cum Græca muliere, in foro Boario viuos defoderunt. Orosius lib. 4. cap. 12.
					—Seleucus Ceraunus V. Rex Syriæ & Asiæ annis 3. Hic in Syria debellare cæpit duces Ptolemæi Euergetis, sed ab eis anno tertio regni sui occisus est.
			227	522	
85 3743	5 9 DC	225	Coss. L. Æmilius, C. Atilius,		
Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mundi. / Seleucidarum.	Ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
		Cons.: Q. f. Cn. n. Papus. M. f. M. n. Regulus		—Galli primum Romanos apud Aretium vicerunt occiso consule Attilio. Post hæc secundum cum Gallis prælium gestum est, in quo quadraginta millia Gallorum trucidata sunt, & alteri consuli Æmylio triumphus decretus est. Eutrop. lib. 3. Oros. lib. 4. cap. 12.
86 3744. Olympias. 139. Sabbatum terræ.	224 6 10 B	528 Coss. T. Manlius, T. f. T. n. Torquatus, II. Q. Fulvius, M. f. Q. n. Flaccus, II	523 18. Octobr.	—Manlius Torquatus & Fuluius Flaccus Coss. contra Ligures primum trans Padum Romanas duxere Legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt viginti tria millia, quinq; millia capta sunt.
87 3745	223 7 11 A	529 Coss. C. Flaminius, C. f. L. Nepos. P. Furius, Sp. f. M. n. Philus.	524	Dira vrbem terruêre prodigia. Nam in Piceno flumine sanguis effluxit: Apud Faliscos cœlum arsit: & Arimini nocte multa clara lux effulsit: ac tres Lunæ distantibus cæli regionibus exortæ sunt: & Romæ Cn. Domitij bos locutus est dicens: Caue tibi Roma. Carnes etiam de cœlo lapsæ sunt, quarum pars ab auibus intercepta est, pars incorrupta diu iacuit. Caria & Rhodus insulæ ter quoq; terræmotu adeò concussæ sunt, vt labentibus vulgo tectis, ingens quoq; ille COLOSSVS rueret. Eutrop. lib. 2.
		530	525	—Flaminius consul Romanorum contemptis auspicijs, non procul à Mediolano trucidauit quadraginta millia Gallorum & Teutonum: Horum dux Ariouistus (quod est Ehrnvest) captus est, vt scribit Polyb. lib. 2.
88 3746	222 8 12 G	Coss. Cn. Cornelius, L. f. L. n. Scipio Caluus. M. Claudius, M. f. M. n. Marcellus.		—ANTIOCHVS MAGNVS VI. rex Seleucidarum, regnat in Syria & Asia annis 36. Euseb. —M. Claudius Marcellus Coss. Romanorum, Insubres Gallos vicit, Viridomarum, (quod est Friedmeyer custos pacis) ducem eorum interfecit, & arma auro ornata ei detraxit, Mediolanum expugnauit, triumphansq; cum collega vrbem intrauit. Eutrop. lib. 3.
89 3747	221 9 13 FE	531 Coss. P. Cornelius. M. Minutius	526	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cn. f. L. n. Scipio Asina. Rufus.

—Ptolemæus Philopator rex Ægypti annis 17. Euseb.

—Cornelius & Minutius Coss. Istros multo Romanorum sanguine subegerunt. Eutrop. lib. 3. Paulus Oros. lib. 4. cap. 12.

—Fabius Censorius, Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit. Nimia certè Seueritas, cum ne secundum leges quidem fures capitali supplicio afficerentur.

532 | 527

17. Octobr.

—Antigonus Macedoniæ rex moritur Olymp. 139. Polyb. lib. 3. Hoc de vltimo anno eius Olympiadis intelligengendum est.

90 | 3748 | 220 | 10 | 14 | D

Initiũ 35 hebdomadis.

Olym. 140.

Coss. *L. Veturius, L. f. Philo. C. Lutatius, C. f. C. n. Catulus.*

—Philippus Macedoniæ rex annis 42. Eus. Polyb. in principio libri tertij bis numerat 53. annos hinc, vsq; ad destructionem regni Macedonici.

533 | 528

Coss. *M. Liuius, M. f. M. n. Salinator. L. Æmilius, M. f. M. n. Paulus. II.*

91 | 3749 | 219 | 11 | 15 | C

—Tempore veris anno primo Olymp. 140. Hannibal Carthagine noua cum omnibus copijs profectus, Saguntum petijt. Polyb. lib. 3.

—Æmilius consul Romanorum Dimalem Illyrij ciuitatem vi cepit, cæteræ in fidem Romanorum acceptæ sunt, Demetrius Illyrij rex, fugit in Macedoniam.

—Triste prodigium antecessit euersionem Sagunti, Nam cum penè mulier enixa esset, in vterum regressus infans, ciuitatis excidiũ significauit. Eutr. lib. 3. de bello Punico.

534 | 529

Coss. *P. Cornelius, L. f. L. n. Scipio. T. Sempronius, C. f. Longus.*

—Saguntum, octauo à prima obsidione mense, capitur ab Hannibale in Hispania, in initio consulatus P. Cornelij Scipionis & T. Sempronij Longi. Liu. Dec. 3. lib. 1. Et Hannibal expugnato Sagunto exercitum Carthaginem nouam in hyberna duxit.

92 | 3750 | 218 | 12 | 16 | B

INITIVM SECVNDI BELLI PVNICI.

Ineunte æstate Hannibal copias è noua Carthagine deducit, & traiecto Ibero festinat in Italiam transire.

Quinto mense Hannibal in Italiam venit.

—*Hannibal Romanos ad Ticinum & Trebiam vicit. Adolescens Scipio postea Africanus dictus, natus annos 18. patrem consulem in prælio ad Ticinum seruauit, cum hostem, qui patrem vulnerauerat, repelleret.*

Post pugnam ad Trebiam factam, T. Sempronius consul in vrbem venit ad comitia consularia habenda, inde ad exercitum in hyberna redyt.

535 | 530

Coss. *Cn. Seruilius, C. Flaminius*

—*ORBIS SOLIS MINVI VISVS, Liuius Dec. 3. lib. 2. Hoc est ECLIPSIS SOLIS facta est in initio veris, cum Cn. Seruilius & C. Flaminius consulatum inirent. Hanc Eclipsin hoc tempore factam, Subsequens calculus probat.*

93 | 3751 | 217 | 13 | 17 | AG

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Ab Vrbe condita. | A Nabonassaro.

CALCVLVS ECLIPSIS QVÆ FACTA EST IN SOLE, ANNO

vrbis Romæ 536. Consulibus Cn. Seruilio & C. Flaminio, anno mundi 3751. ante initium annorum Christi autem anno 217. Cui inseruit

Aureus numerus 13.
Cyclus Solaris 17.
Literæ Dominicales A G.

Ab initio Nabonassari ad hanc Eclipsin, numerantur completi anni Ægyptij 530. menses 3. dies 28. horæ 3. scrup. 18. in horizonte Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Incidit ergo hæc Eclipsis apud Ægyptios in 29. diem mensis Chæac, qui cohæret cum 11. die Februarij, si annos Iulianos retro cogitemus, & incidit in diem Saturni. Tali igitur die, ad horizontem Regiomontanum Borussiæ hi colliguntur motus æquales, horis post meridiem 3. scrup. 18.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	2	30′	48″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	43	55	16	
Solis simplicis	5	14	13	46	
Solis compositi	5	16	44	36	
Anomaliæ annuæ Solis	4	14	55	24	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	58	54	13	
Anomaliæ Lunæ	3	40	38	18	
Latitudinis Lunæ	1	22	17	7	
Ergò præcessio vera æquinoctij	0	3	8	47	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	1	49	1	scrup. proport. 58′ 57″.
Anomalia Solis coæquata	4	13	6	23	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	18	10	

Ergo ☉ in ♒ 19 part. 40′ 45″

	Sex.	part.			
Lunæ longitudo á Sole duplicata	5	57	48′	26″	
Æquatio secundi Epicycli subtrahenda	0	0	36	9.	scrup. prop. 0′ 2″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	40	2	9	
Absoluta æquatio primi Epicycli addenda	0	3	23	38	

Ergo ☽ in ♒ 19 part. 40′ 24″

Caput draconis in ☊ 23 part. 59′ 39″

Cauda autem draconis in ♒ 23 part. 59′ 39″.


Abest ergo cauda draconis à Luna 4 part. 19′ 15″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 25 part. 40′ 45″.
Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 22′ 35″.
In quinto climate sub latitudine 41 graduum Parallaxis μηκοπλατῆ ☉ 2′ 49″. ☽ autem 59′ 28″. Differentia 56′ 39″.
Parallaxis ☽ à Sole secundum longitudinem 45′ 19″.
Parallaxis ☽ à Sole secundum latitudinem 31′ 9″.
Latitudo ergo Lunæ apparens australis crescens 8′ 34″.
Semidiameter Solis 16′ 31″.
Semidiameter Lunæ 17′ 24″.
Summa vtriusq; Semidiametri Solis & Lunæ 33′ 55″.
Ablata latitudine Lunæ apparente, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 25′ 21″.
Diameter Solis apparens 33′ 2″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 9. scrup. 12.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 31′ 20″. Motus horarius ☽ 33′ 48″.
Ergo dimidius defectus durauit horam fermè vnam, totus autem defectus horam vnam scrup. 50.
Latitudo Lunæ apparens in initio defectus Australis crescens 5′ 51″.
Et in fine Eclipsis itidem Australis crescens 11′ 18″.
Fuit ergo Eclipsis huiusmodi.



Videri potuit horribilis hæc Eclipsis Solis, in Asia minore, Græcia, Italia, Africa, Gallia, Hispania, & in tota Europa, vnde varij rumores de hoc defectu Solis Romam perlati sunt. Quidam orbem Solis minui visum, alij ignari Astronomiæ, pugnam Solis & Lunæ contigisse dixerunt, atq; ita horribilem hunc defectum Solis, pugnam Lunæ ac Solis appellârunt. Vtrumq; enim legitur apud Liuium Decadis tertiæ. lib. 2. Cæterum quæ mala hanc Eclipsin secuta sint, partim apud Liuium, partim etiam apud Polybium aliosq; autores legitur. Hannibal enim in Thuscia iuxta lacum Trasymenum quindecim millia Romanorum trucidauit, interfecto etiam consule Flaminio, cui suffectus est, M. Attilius Regulus II. Terra eodem hoc anno septies & quinquagies mota est. Imo in ipsa pugna factus est terræmotus, quem tamen præliantes non senserunt. Romæ duæ matres præ nimio gaudio extinctæ sunt: Vnam in ipsa porta, sospite filio repentè oblato, in conspectu eius expirasse ferunt: Altera, cui mors filij falsò nunciata erat, mæsta sedens domi, ad primum conspectum redeuntis filij, gaudio nimio exanimata est. Liu. Dec. 3. lib. 2. In Ecclesia quoq; varij tumultus suborti sunt. Ptolemæus enim Philopator Ægypti rex, victo Antiocho eodemq; fugato, insolentior ac tumidior factus, Hierosolymorum vrbem ingressus, sanctum sanctorum prophanare conatus est, vbi à Deo grauiter punitus, in Ægyptum reuersus, supra modum miseros Iudæos afflixit. Quosdam enim captos, bestijs conculcandos proiecit, quosdam alia crudelitate ad necem tradidit, de qua re vide 3. lib. Maccab. qui nunc in Biblijs Venetiæ nuper impressis inuenitur. Prædixit hanc crudelitatem angelus Domini Danielis II. Sed Antiochus reparato exercitu Syriam recepit.

Cyclus

Mundi.	Seleucidarum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	2	31	28	
Anomaliæ Lunæ	2	43	32	36	
Latitudinis Lunæ	1	39	36	45	
Ergò vera præcessio æquinoctij	0	3	34	58	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	1	18	37	scrup. proport. 59' 27''.
Anomalia Solis coæquata	5	30	32	21	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	7	53	

Ergo ☉ in ♉ 6 part. 10' 35''.

	sex.	part.			
Longitudo lunæ â Sole duplicata	0	5	2'	56''	
Æquatio secundi Epicycli addenda	0	1	23	1	scrup. prop. 6' 9''.
Anomalia Lunæ coæquata	2	44	55	37	
Absoluta æquatio primi Epicycli subtrahenda	0	1	24	3	

Ergo ☽ in ♏ 6 part. 10' 7''

Caput draconis in ♈ 27 part. 57' 25''

Cauda draconis in ♎ 27 part. 57' 25''.

Absuit ergo Luna à cauda draconis 2 part. 12' 42''.


Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 38 part. 12' 42''.
Ergo latitudo Lunæ Australis crescens 42' 47''.
Semidiameter Lunæ 17' 45''.
Semidiameter vmbræ 49' 50''.
Æquatio vmbræ auferenda 0' 3''.
Ergo Semidiameter vmbræ coæquata 49' 47''.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 67' 32''.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 24' 45''.
Diameter Lunæ apparens 35' 30''.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 8. scrup. 22.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 50′ 56″. Motus horarius Lunæ 34′ 55″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam & ſcrup. 27. Totus autem defectus horas 2. ſcrup. 55.
Latitudo Lunæ in initio Eclipſis Auſtralis 38′ 5″.
Et in fine Eclipſis itidem Auſtralis 47′ 29″.

Veri loci Solis aſcenſio recta 33 temp. 51′ 11″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 14. ſcrup. vnius horæ.
Et propter diuerſitatem meridianorum in horizonte Alexandrino addenda 55. ſcrup. vnius horæ.
Ergo iuxta calculum hunc Prutenicum Alexandriæ in Ægypto hæc Eclipſis viſa eſt, horis poſt mediam noctem duabus & ſcrup. 1. Vide Ptol. lib. 6. cap. 5. & cum eo confer hanc noſtram ſupputationem, & videbis pulcerrimam conſonantiam. Subijcio igitur picturam huius Eclipſis.



Luna ab vmbra terræ iterum diſcedens. Luna accedens ad vmbram terræ.

Hanc eclipſin ſtatim ſecuta eſt mors Seleuci Philopatoris, qui occiſus eſt ab Heliodoro familiari ſuo, quem paulò ante in templo Ieroſolymitano percuſſum & examinatum, pius ſacerdos Onias, implorata Dei ope, rurſus ſanauerat. 2. Macc. 3. Perſecutio etiam Eccleſiæ hanc Eclipſin ſecuta eſt. Simon enim proditor malè locutus eſt de Onia ſacerdote, qui furori aduerſariorum ceſſurus, ad regem Seleucum Philopatorem proficiſcitur. Sed is iam mortuus fuerat, antequam ab Onia conueniretur, & à ſucceſſore defuncti regis Antiocho Epiphane, Iaſon Oniæ frater impetrauerat muneribus ſummi ſacerdotij adminiſtrationem. Quare Onias metu fratris Iaſonis & regis Epiphanis, domum reuerti non auſus, fugit in quoddam Aſylum iuxta Daphnen Syriæ oppidū. Fuit .n. ibi ingens lucus & opacus, 40. ſtadijs diſtans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum fuit & aſylū Apollinis, teſte Strab. lib. 15. In hoc aſylo pius Onias ſacerdos Iudæorum, tanquam in exilio aliquandiu vixit, & tandem fraude ex illo loco eductus, ab Andronico regio præfecto interficitur, rogatu Menelai, qui expulſo viciſſim Iaſone ſummum ſacerdotium inuaſerat, vt dicetur infra.

 Cyclus

Mundi. / Seleucidarum.	Cyclus ☽ / Cyclus ☉ / Ante Christum	Ab Vrbe condita	A Nabonassaro	
	173 19 5 BA	L. Posthumius, A. f. A. n. Albinus. M. Popilius, P. f. P. n. Lanas. Coss. 580	575	IASON pulso fratre Onia ab Antiocho Epiphane principatum Sacerdotij emit quingentis talentis, hoc est, tribus tonnis auri, vt vulgò loquimur, & promissis insuper 48. millibus coronatorum annui tributi. Præfuit hic Iason Sacerdotio annis 3. Gymnasia Ierosolymis extruxit, & ludos ethnicos instituit. 2. Maccab. 4.
138 3796 Olympias. 152	172 1 6 G	C. Popilius, P. f. P. n. Lanas. P. Ælius, P. f. P. n. Ligus. Coss. 581	5 Octobr. 576	MELCHI filius Ianna, Attauus CHRISTI, circa hæc tempora natus est. Hoc anno cum more Græcorum quinquennalis agon, hoc est, certamen Olympicum in Tyro celebraretur, præsente rege Antiocho, Iason impius Sacerdos, trecentas argenti didrachmas, hoc est, 150. thaleros in vrbem Tyrum misit, ad Sacrificium Herculis. 2. Maccab. 4.
139 3797 Initiū. 42 hebdomadis.	171 2 7 F	P. Licinius, C. f. P. n. Crassus. C. Cassius, C. f. C. n. Longinus. Coss. 582	577	BELLVM MACEDONICVM CVM PERSEO incipit, P. Licinio Crasso & C. Cassio Longino Coss. Onuph. P. Licinius Coss. primum à Perseo victus est, sed paulò pòst aduersus Macedones iterum Victoriam obtinuit. Antiochus Epiphanes prætextu tutelæ cum exercitu in Ægyptum descendens, dolo malo regnum quærēs à primatibus Ægyptiorum non recipitur, regressus igitur est Ioppen & inde Ierosolymam. Eum cum exercitu aduenientem, Iosan pontifex Iudæorum honoris gratia obuiam progressus, magnificè suscepit, & in vrbem Ierosolymam honorificè introduxit, facibus prælatis & cum canticis continentibus encomia regis. Eo tempore Antiochus iterum abiens in Phæniciam, præsidium in arce Ierosolymitana reliquit. Hoc fuit initium seruitutis eius, quæ secuta est intollerabilis Vide lib. 2. Maccab. cap. 4.
140 3798	170 3 8 E	A. Hostilius, L. f. A. n. Mancinus. A. Atilius, C. f. C. n. Serranus. Coss. 583	578	MENELAVS eiecto Iasone, Sacerdotij principatum ab Antiocho emit ingente summa pecuniæ, tenuitq; Sacerdotium annis duodecim. Ap. Claudius ad Vscanam Victus. Estq; hæc secunda Victoria Persei aduersus Romanos, Antiochus Epiphanes in Siciliam proficiscitur aduersus seditiosos Tharsenses & Mallotas, eo absente Onias Sacerdos eductus ex asylo iuxta Daphnen, perfidiose occiditur, rogatu Menelai, ab Andronico regio præfecto, ob quod scelus rex reuersus Andronicum capitali supplicio affecit. 2. Maccab. 4.
141 3799	169 4 9 DC	Q. Martius, Cn. Seruilius, Coss.		Enni⁹ poeta obijt annos natus 70. Cicero in Catone.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Cn. s. Cn. n. Cæpio. | L. s. L. n. Philippus. II

—Antiochus Epiphanes cum exercitu in Ægyptum proficiscitur, vt Ptolemæũ Philometorem sororis suæ filium, qui à fratre regno erat pulsus, restitueret. Et primum Alexandrinos pugna nauali apud Pelusiũ superauit. Deinde extructo ponte supra Nilum, traducto exercitu, totã fermè Ægyptum subegit, & Alexandriam obsidione cinxit. Locutus quoq; est cum Ptolemæo Philometore in vrbe Memphi, sicut prædixerat Daniel propheta. cap. 11. Ad extremum relicto Memphi Ptolemæo Philometore, Antiochus præsidijs in vrbibus alijs collocato, & præcipuè Pelusij validissimis relictis copijs, ipse cum magna præda in Syriam recessit. Liu. Dec. 5. lib. 4. 1. Maccab. 1.

584 | 579

4. Octobr.

Coss. C. Licinius, C. f. P. n. Crassus. | L. Æmylius, L. f. M. n. Paulus, II.

168 | 5 | 10 | B

142 | 3800

—Ptolemæus Iunior & Soror Cleopatra missis legatis inuocant auxilium Romanorum. Liuius Dec 5. lib. 4.

—C. Popilius Lænas cum alijs legatis Alexandriam mittitur, Liu. Dec. 5. lib. 4.

—Ptolemæus Philometor fratri Alexandrinisq; reconciliatus, recipitur in regnum. Liu. Dec. 5. lib. 5.

—Imagines pugnantium in aëre visæ diebus 40. 2 Mac. 5.

—Primus dies mensis Nisan respondet 10. die Aprilis si anni Iuliani retro cogitentur.

—Ineunte vere Antiochus ex Syria secundo descendit in AEgyptum, vt aperto bello regnum AEgypti occuparet, quod antea prætextu tutelæ ad se trahere frustra conatus fuerat, eo absente Iason armata manu Ierosolymam inuasit, pulso Menelao, qui in arcem Ierosolymitanam ad præsidium Syriacum confugit. 2. Maccab. 5.

Olympias 153

✶ Cometa exarsit cui tributur nomen Hirci. Seneca lib. 7. quæst. nat.

ECLIPSIS ☽ facta est nocte illa quæ antecessit cladem PERSEI. Liuius Dec 5. lib. 4, Subijcio igitur pauló pòst huius eclipsis calculum & picturam.

—*Antiochus Epiphanes iussu C. Popilij legati Romani qui baculo quem tenebat manu Antiochum in puluere circumscripsit, coactus est decedere ex Ægypto. Metuens ergo defectionem Iudæorum, qui & paulò ante Iasonem Sacerdotem in vrbem receperant, Antiochus fremebundus ascendit Ierosolymam. Ioseph. antiq. Iud. lib. 12. cap. 6. Liu. Dec. 5. lib. 5.*

585 | 580

C. Popilius Lænas ex Ægypto reuersus est Romam, circa finem consulatus L. Æmylij & C. Licinij. Antiochus quoq; legates Romam misit, vt Romanos sibi infensos reconciliaret. Liu. Dec. 5. lib. 5.

Coss. M. Iunius, M. f. M. n. Pennus. | Q. Ælius, Q. n. Patus.

—*CAPTO PERSEO DESTRVCTIO REGNI MACEDONICI STATIM SECVTA est, & Macedonia in prouinciam redacta, anno 53. ab initio Philippi penultimi regis Macedonici. teste Polyb. in principio lib. 3.*

Sabbatum terræ.

—*25. die mensis Casleu, quem Macedones Apelleum vocant, quod tempus respondet 26. die Decembris, si annos Iulianos retro cogitemus, die Lunæ, Antiochus suspicatus Iudæos societatem eius deserturos, propter contumeliam à Romanis illatam, & quod Iasonem recepissent in vrbem, Ierosolymam vi cepit, & templum spoliauit, anno Seleucidarum siue Græcorum 143. 1. Maccab. 1. 2. Maccab. 5. Iosephus ant. lib. 6. cap. 12. & hoc addit, hæc omnia facta esse anno Seleucidarum 143. die 25. mensis Casleu, quem Macedones Apelleum vocant, Olympiade 153. Quæ omnia exactè cum nostra supputatione coincidunt.*

167 | 6 | 11 | A

143 | 3801

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST *anno vrbis Romæ 585. consulibus L. Æmylio Paulo & C. Licinio Crasso, anno mundi 3801. ante initium annorum Christi autem anno 168. Cui respondet*

Aureus numerus 5.
Cyclus Solaris 10.
Litera Dominicalis B.

A prima meridie Nabonassari vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 579. menses 8. dies 20. horæ 7. scrup. 40. si ad horizontem Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur.

Conspectus igitur est totalis hic defectus Lunæ, iuxta Ægyptiorum annorum rationem, 21. die mensis Pachon: Apud Romanos autem ea nocte, quam pridiè Nonas Septembris insecuta est dies, hoc est, quæ fuit inter 3. & 4. diem Septembris. Sed si annos nostros Iulianos retro cogitemus, incidit hæc Eclipsis in talem noctem quæ fuit inter 21. & 22. diem Iunij, die videlicet Martis, horis à meridie elapsis 7. scrup. 40. Ad quod tempus æquale, in horizonte Regiomontano Borussiæ, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	12	8	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	49	5	57	
Solis simplicis	1	22	57	13	
Solis compositi	1	26	9	22	
Anomaliæ annuæ Solis	0	23	17	47	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	55	55	16	
Anomaliæ Lunæ	5	18	32	6	
Latitudinis Lunæ	4	23	24	25	
Ergò vera præcessio æquinoctij	0	3	38	39	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	1	14	28	scrup. proport. 59′ 30″.
Anomalia Solis coæquata	0	22	3	19	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	51	42	

Ergo ☉ in ♊ part. 25 44′ 10″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo lunæ á Sole duplicata	5	51	50	32	
Æquatio secundi Epicycli subtrahenda	0	2	13	37	scrup. prop. 6′ 25″.
Anomalia Lunæ coæquata	5	16	18	29	
Absoluta æquatio primi Epicycli addenda	0	3	12	52	

Ergo ○ in ♐ part. 25 44′ 0″

Caput draconis in ♐ part. 29 6′ 43″

Abest ergo caput draconis à Luna part. 3 22′ 43″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. 4 part. 26 37′ 17″.
Ergo latitudo Lunæ Australis decrescens 17′ 40″.
Semidiameter Lunæ 15′ 19″.
Semidiameter vmbræ coæquata 41′ 12″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 56′ 31″.

Ablata

Ablata latitudine Lunæ, ſcrupula reliqua de ſumma Semidiametrorum 38′ 51″.
Diameter Lunæ apparens 30′ 38″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 15. ſcrup. 12.

Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ ſimul 54′ 0″.
Differentia ſcrupulorum vtriusq; ſemidiametri Lunæ & vmbræ 25′ 55″.
Scrupula ergo moræ dimidiatæ 18′ 40″.
Motus horarius Lunæ 27′ 29″.
Durauit ergo dimida mora Lunæ in vmbra 41. ſcrup. vnius horæ, Et dimidius defe-ctus durauit horas fermè duas.
Latitudo ☽ in initio defectus auſtralis 22′ 47″. & in fine itidem auſtralis 12′ 32″.

temp.
Veri loci Solis aſcenſio recta 85 21′ 11″.
Æquatio dierum naturalium addenda 15. ſcrup. vnius horæ.
Et propter diuerſitatem meridianorum in Macedonia addenda ſunt 8. ſcrup. vnius horæ.
Ergo maxima Eclipſis in Macedonia contigit horis à meridie elapſis 8. ſcrup. 5.

Tota igitur Luna veſperi Oriens fuit atra & obſcura, & propter luminis penuriam ac deformitatem videri non potuit, priuſquam finiretur crepuſculum veſpertinum. Secunda igitur hora noctis incipiente, luna cæpit apparere admodum obſcura ac deformis, candenti ferro ſimilis, ſtatimq; cæpit paulatim emergere ex vmbra terræ, donec tandem quarta hora poſt occaſum Solis, paulò ante 11. veſpertinam pleno iterum orbe inciperet lucere. Rectè ergo hæc noſtra ſupputatio cum Liuij annotatione conuenit, qui à ſecunda ad quartam horam noctis hanc Eclipſin conſpectam eſſe ſcribit.

Sequitur nunc pictura huius deliquij.



ATq; hæc eſt ita Eclipſis illa horribilis, quæ anteceſſit prælium illud acerrimum, quo L. AEmilius Paulus conſul Romanorum, Perſeum vltimum regem Macedoniæ vicit. Prædixit hoc deliquium Lunæ SVLPITIVS GALLVS Tribunus militum, & docuit certo ordine motuum cœleſtium obſcurari Lunam, incurrentem in vmbram terræ. Liuius Dec. 5. lib. 4. Plutarch. in vita AEmylij Pauli. Plinius lib. 2. cap. 12. Quid autem hæc Eclipſis & Cometes qui eodem tempore exarſit, cui tribuitur nomen Hirci, ſignificauerint, ſatis apparet, ſecuta eſt enim non ſolum deſtructio regni Macedonici, ſed horribilis etiam perſecutio populi Iudaici per Antiochum Epiphanem, qui tunc AEgypto excedere Romanorum ſeuero mandato per Popilium compulſus, fremebundus aſcendebat Ieroſolymam, metuens inſuper & Iudaicæ gentis defectionem, cumq; ad vrbem adducto exercitu, clauſas portas & ciues ad defenſionem paratos offendiſſet, vehementi ira percitus, hoſtili manu vrbem expugnauit, & ſine magna difficultate cepit, cum Menelaus Sacerdos cum præſidio Syriaco ex arce erumpens, intra vrbem cæſis ciuibus, hoſtium conatus adiuuaret, & portas aperiret. Capta vrbe, magna ſæuitia tridui ſpatio circiter octoginta millia hominum in vrbe Ieroſolymorum interfecta, aliquot etiam millia captiua abducta, & vendita ſunt. Ipſe Antiochus ingreſſus eſt ducente Menelao, ſanctiſsimam templi partem, & vaſa ſacrata manibus pollutis contrectata aſportari iuſsit in Syriam, vnà cum mille octingentis Talentis ex Gazophylacio, hoc eſt, noſtræ monetæ fermè vndecim Tonnis auri, quæ pecunia partim erat templo donata, partim erat illic depoſita à viduis & orphanis, vt in locum ſanctitate, & veneratione tutiorem. Cumq; Antiochus ſacerdotium ſummum Menelao reſtituiſſet, ac firmum præſidium militare in vrbe reliquiſſet, cui Philippum Phrygem præfecit hominem crudeliſsimum, Antiochiam cum ampliſsima præda reuerſus eſt. Poſt biennium deinde, idem Antiochus Epiphanes, quod auditu horribile eſt, Iouis Olympij ſtatuam in ſacratiſsima templi Ieroſolymitani ſede collocari iuſsit, & Iannum Hyrcanum Secundum vltimum ducem de tribu Dauid, tritauum Chriſti, & Attauum Mariæ Virginis occidit in finib. Arabiæ, in oppugnatione arcis, quam idem Iannus Hyrcanus trans Iordanem ex marmore conſtruxerat. Et tantum ſufficit hoc loco, de horribili hac Eclipſi Lunæ eiuſq; ſignificationibus. Vnus tantum ſcrupulus adhuc reſtat, quod Eclipſis hæc Sole Geminorum dodecatemorion perambulante facta eſt, cum tamen Liuius ad menſem Septembrem eam referat. Sed reſponſio haud eſt difficilis, ſi quis reciprocationis anomaliam conſideret, qua anni Romani ante Iulium Cæſarem à noſtrorum annorum ratione plurimum aberrauerunt. Ianuarius enim primus menſis Romanorum, qui nobis in mediam hyemem incidit, illo tempore Romanis cadebat in tempus autumni, ſicut & ſupra anno vrbis Romæ 563. monui, in deſcriptione Eclipſis Solaris. Sic September qui nobis in tempus autumni cadit, illo tempore Romanis incidit in mediam æſtatem. Vnde & Liuius ſcribit, defectum hunc Lunæ contigiſſe circa mediam æſtatem, cum dies eſſet feruentiſsima circa tempus Solſtitij æſtiui. Quod eleganter cum hac noſtra ſupputatione congruit, facta eſt enim hæc Eclipſis quatuor diebus ante Solſtitium æſtiuum, tali nocte quæ fuit inter tertium & quartum diem Septembris, prout tunc Romani annos & menſes numerabant. Sed iuxta noſtrorum annorum rationem, facta eſt hæc Eclipſis die 21. Iunij, horis à meridie elapſis 8. ſcrup. 3. Hoc eſt, 36. ſcrupulis poſt occaſum Solis, paulò pòſt octauam veſpertinam.

Cyclus

Mundi	Seleucidarum	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ cond.	Coss.	A Nabonassaro
		167	6	11 A	586	Coss. Q. Ælius, Q. f. Q. n. Pætus. M. Iunius, M. f. M. n. Pennus.	581
3802	144	166	7	12 G	587	Coss. C. Sulpitius, C. f. C. n. Gallus, qui sub consule Æmylio Paulo prædixerat Eclipsin Lunæ. M. Claudius, M. f. M. n. Marcellus.	582
3803	145	165	8	13 FE	588	Coss. T. Manlius, A. f. T. n. Torquatus. Cn. Octauius, Cn. f. Cn. n. Nepos.	583 3. Octobr.
3804	146	164	9	14 D		Coss. A. Manlius, A. f. Q. Cassius, L. f.	

L. Æmylius Paulus Macedoniæ vrbibus tributum imposuit, dimidio minus quam regibus dederant, & ex thesauris regijs iussit filijs suis libros regios attribui.

L. Æmylius Paulus triduo triumphauit de bello Macedonico & liberata Græcia. Tertio die triumphi, secundo Decembr. post importatas & ostentatas immensas opes regni Macedonici, ante currum triumphalem L. Æmylij Pauli in eodem triumpho, paruuli liberi Regis PERSEI, duo masculi Philippus & Alexander, & vna puellula, captiui, habitu seruili in vrbem Romam introducti sunt, & post ipsos pater eorum PERSEVS rex Macedonum potentissimus, vinctus incessit, pulla veste amictus, vbi perductus in Capitolium, & inde in fœdũ carcerem detrusus, mortuus est paulò pòst ipse, & filia, & Philippus filius. Sed alter filiorũ Alexander postea literas Romanorũ discens, scriba publicus factus est Romæ.

—Eumenes Asiæ rex Romam venit, inde lex data, ne cuiquam regi Romam venire liceret. Florus 46.

—Primus dies mensis Nisan cohæret hoc anno cum 19. die Aprilis, si annos Iulianos retro cógitemus.

—TERENTII ANDRIA ACTA EST.

—Claudius Marcellus consul Romanorum Alpinos Gallos, & alter consul Sulpitius Gallus Ligures subegit. Florus 46.

—IANNVS HYRCANVS SECVNDVS, Tritauus Christi & attauus Mariæ Virginis, vltimus dux populi Iudaici de tribu Dauid, circa hæc tempora occisus est in defensione arcis marmoreæ trans Iordanem.

—Antiochus ducem Apollonium misit Ierosolymam, qui die Sabbati impetu in vrbem facto, omnia cædibus impleuit. 2. Macc. 5.

—Atheneus dux alius Antiochi Ierosolymam mittitur, qui interdixit Iudæis circumcisionem & omnes alios ritus lege Dei mandatos.

Primus dies mensis Casleu respondet 11. die Decembris.

—XV. die mensis Casleu, qui cohæret cum 25. die Decembris, si annos Iulianos retro cogitemus, die Martis Antiochus abominandum idolum desolationis collocari iussit super altare Dei, anno Seleucidarum siue Græcorum 145. 1. Maccab. 1.

XXV. die mensis Casleu, hoc est, 4. Ianuarij, die ♀ sacrificabant impij secundum mandatum Antiochi. 1. Mac. 1.

MATATHIAS sacerdos de vice Ioarib, pater Iudæ Maccabæi, primus se opposuit impijs mandatis Antiochi Epiphanis. Nam cum vidisset quendam Iudæum immolare super altari ethnico, iusto & pio Zelo inflammatus, hunc impium Iudæum & astantem simul regium præfectum in templo trucidauit. 1. Macc. 2.

TERENTII HECYRA ACTA EST, Cn. Octauio & T. Manlio coss.

IVDAS MACCABEVS successit patri Matathiæ anno Seleucidarum siue regni Græcorum 146. 1. Macc. 2. Præfuit populo Iudaico annis 6. Et mox post patris mortem profligauit exercitum ducis Apollonij, cuius à se occisi gladio post hac semper in prælijs vsus est. Fudit & Seronis Syriaci præfecti copias, parua manu trucidatis cum duce Serone octo millib. hominum. Hæ victoriæ primo anno principatus partæ, clarum vbiq; fecerunt Maccabæi nomen. 1. Maccab. 3.

Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
Initiũ 43. hebdomadis. Olym. 154					T. n. Torquatus. Q. n. Longinus.		—Antiochus in Persidem expeditionem suscipiens, præficit regno Syriæ Lysiam, addens mandata de delendis Iudæis. Lysias igitur quadraginta millia peditum & septem millia equitum in Palestinam mittit, quibus præficit Ptolemæum Nicanorem, & Gorgiam duces. Hunc exercitum Iudas Maccabæus ad Emaus vicum in fugam vertit, cæsis tribus millibus hostium, 1. Maccab, 4. Ioseph. lib. 12. cap. 10.
					589 Coss.	584	
3805	147	163	10	15 C	T. Sempronius, P. f. Ti. n. Gracchus II. Man. Iuuentius, T. f. T. n. Thalna.		—HEAVTONTIMORVMENOS TERENTII ACTA EST, T. Sempronio, & M. Iuuentio Coss. —Primus dies mensis Nisan respondet 15. Aprilis, si annos Iulianos retro cogitemus. —Hoc anno 148. regni Græcorum Lysias cum sexaginta millibus lectissimorum peditum, & quinq; millibus equitum in Iudæam irruit. Huic Iudas Maccabæus cũ decem millibus ad Bethsuram occurrit, & prælium cum hostibus committit. Ceciderunt in illo prælio de exercitu Lysiæ decẽ millia 1. Maccab 4. Et Lysias pacem Iudæis concessit 24. die mensis Dioscori, quod tempus respondet 7. die Iunij, si annos Iulianos retro cogitemus. Dioscorum enim mensem Macedones alio nomine Desiũ vocant, cuius initium cohæret cum
					590 Coss.	585	Iiar secundo mense Hebræorum. De literis 24. die mensis Dioscori datis vide 2. Maccab. 11.
3806	148	162	11	16 B	P. Cornelius, P. f. Cn. n. Scipio Nasica. C. Marius, C. f. Q. n. Figulus.		Antiochus Epiphanes ab obsidione Elymaidis siue Persepolis repulsus, cum exercitum per Babylonem reduceret, grauissimo morbo correptus est. 1. Macc. 6. *Iudas Maccabæus repurgat templum, & legitimas victimas offert Domino, anno Græcorum 148, 25. die mensis Casleu, die veneris, vltimo Decembris si anni Iuliani retro cogitentur. 1, Maccab. 4. 2, Maccab. 10.* *Hoc tempore Iudas Maccabæus ædificauit arcem Zion, & Bethsuram muniuit, vt esset propugnaculum aduersus Idumæos, 1. Maccab. 4.* *Die 15. mensis Xanthici, quod tempus respondet 20. die Martij, circa finem anni Seleucidarum siue Græcorum 148. Rex Antiochus literas ad Iudæos de pace misit. 2. Maccab. 11.*
					591 Coss.	586	*Antiochus Epiphanes in Babylone moritur anno Seleucidarum 149. 1. Maccab. 6.*
3807	149	161	12	17 AG	M. Valerius, M. f. C. Fannius, C. f.		*ANTIOCHVS EVPATOR IX. Rex Seleucidarum, annis ?. vt patet 1. Maccab. 14.* *Hac anno Iudas Maccabæus assiduè in armis fuit, bello petitus à vicinis Idumæis, Ammonitis & alijs, conantibus crescentem potentiam gentis Iudaicæ premere, quos fortiter represserunt fratres Maccabæi diuiso exercitu, in diuersis locis eodem tempore feliciter præliati, & victoria satis dubiter vsi. 1. Maccab. 5. 2. Maccab. 10.*

Mundi	Seleucidarum	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ cond.	A Nabon.
					M. n. Messala. C. n. Strabo.	
3808	150 Sabbatum terræ. Olym. 155.	160	13	18 F	592 Coss. L. Anicius, L. f. L. n. Gallus. M. Cornelius, C. f. C. n. Cethegus.	587 2 Octobr.
3809	151	159	14	19 E	593 Coss. Cn. Cornelius, Cn. f. Cn. n. Dolobella. M. Fuluius, M. f. M. n. Nobilior.	588
3810	152	158	15	20 D	594 Coss. M. Æmylius, Man. f. C. Popilius, P. f.	589

—EVNVCHVS ET PHORMIO TERENTII ACTÆ, M. Valerio, & Cn. Fannio Coss.

—Anno Seleucidarum siue Græcorum 150. Iudas Maccabæus cæpit obsidere arcem Sion in Ierusalem, cum ex ea præsidiarij milites excurrerent, & occiderent Sacrificaturos in templo. Sed rogatus Antiochus Eupator à Menelao pontifice, auxilium ferre suis in arce obsessis, centum millia peditum, equitum 20. millia in Iudæam cum Lysia ducit, & Bethsuram diu obsidet.

Tempore autumni, Iudas Maccabæus omissa obsidione arcis, obuiam progressus hostibus, occidit aliquot milites de exercitu regis Antiochi Eupatoris. Hæc facta esse tempore autumni mense Thisri vel circiter, colligitur ex sanguine vuæ, quo aspersi sunt elephanti. 1. Maccab. 6. Ibidem legimus, obsessos in Bethsura, fame coactos propter annum Sabbatarium, se regi tradidisse.

Iudas quoque Maccabæus, templi munitionibus inclusus, cũ diu difficilem obsidionem sustinuisset, tandem consumptis per assidua bella omnibus alimentis, & propter præsentem annum Sabbatarium omni spe de nouis alimentis colligendis sublata, libenter conditiones pacis á rege oblatas accepit. Pulchrè hæc cum nostra supputatione consentiunt, incidũt enim vt vides in annum Sabbatarium. Vide 1. Maccab. 6. Antiochus discedens ex Iudæa, pontificem Menelaum captiuũ abduxit. 2 Maccab. 13.

—*TERENTII ADELPHI ACTA. L. Anitio & M. Cornelio Coss.*

—*ALCIMVS SVMMVS PONTIFEX IVDÆORVM annis tribus.*

—*Antiochus Eupator reuersus Antiochiam, eiecto Philippo recuperauit ciuitatem. 1. Maccab. 6.*

DEMETRIVS SOTER filius Seleuci Philopatoris occiso Antiocho Eupatore, factus est rex Syriæ & Asiæ anno 151. regni Græcorum & præfuit regno annis 10. Ad hunc profectus est Alcimus summus Pontifex Iudæorum, & gentem suam totam, in primis autem Iudam Maccabæum vehementer accusauit, missus igitur est à rege Bacchides, vt Alcimum armato manu restitueret, qui cum multos innocentes ciues fraude circumuentos occidisset, tandem relinquens Alcimo præsidium militare in Syriam regreditur. Paulò pòst & Nicanor mittitur, quem Iudas Maccabæus ad Bethsuram acerrimo prælio vicit & occidit, 13. die mensis Adar, quod tempus respondet 13. die Februarij, si annos Iulianos retro cogitemus & incidit in diem Iouis. De his rebus gestis lege lib. 1. Maccab. cap. 7.

—*Anno Seleucidarum 152. mense Nisan qui respondet nostro Aprilis, Iudas Maccabæus aduersus exercitum Bacchidis fortiter dimicans in acie cum suis omnibus occumbit. 1. Maccab. 9.*

—IONATHAS successit fratri Iudæ Maccabæo, & præfuit populo Iudaico annis 18. Ioseph. lib. 13. antiq.

—Iohannes frater Iudæ Maccabæi, ab Ammoreis ex insidijs oppressus & spoliatus interficitur, eius sanguinem fratres Ionathas & Simon Paulò pòst vindicârunt, cum filios Iambri in nuptiali pompa vicissim opprimerent. 1. Maccab. 9.

—Ionathas cum Bacchide fortiter præliatus ægrè euasit. 1. Maccab. 9.

Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ cond.	A Nabonassaro.	Coss.	
							Man. n. Lepidus. P. n. Lænas. II.	—Hoc anno 153. regni Græcorum siuæ Seleucidarum, secundo mense, qui nostro Maio respondet, Alcimus mandauit dirui muros interioris domus templi, antiqua monumenta Sacerdotum, & vix inchoata demolitione, paralysi correptus, cum aliquandiu mutus iacuisset extinguitur. Illo defuncto Bacchides reuersus est ad regem. 1. Maccab. 9.
3811 Initiũ. 44 hebdomadis.	153	157	16	21 CB	595	590	Coss. Sex. Iulius, Sex. f. L. n. Cæsar. L. Aurelius, L. f. L. n. Orestes.	—Hos consules Plinius ponit Septem annis ante tertium bellum Punicum, ita enim scribit lib. 33. cap. 3. Septem anni integri sunt post hos consules vsq; ad initium eorum, sub quibus tertium bellum Punicum inchoatum est. —Post discessum Bacchidis terra Iuda quieuit annis duobus 1. Maccab. 9. Atq; ita biennio aliquam leuationem à bellis Iudæi habuerunt. Scilicet anno 154. & anno 155. regni Seleucidarum. —SACERDOTIVM POST MORTEM ALCIMI ad septimum vsq; annum cessauit.
3812 Olympias. 156	154	156	17	22 A	596	591 1. Octobr.	Coss. L. Cornelius, Cn. f. L. n. Lentulus, Lupus. C. Martius, C. f. Q. n. Figulus. II.	—Bellum cum Dalmatis, C. Martius consul aduersus Dalmatas parũ prospere primum, postea fœliciter pugnauit, cum quibus bello confligendi causa fuit, quod Illyricos populi Romani Socios vastauerant. L. Flor. lib. 47.
3813	155	155	18	23 G	597	592	Coss. P. Cornelius, P. f. Cn. n. M. Claudius, M. f. M. n.	

Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Romæ conditæ.		A Nabonassaro.	
						598	Scipio Nasica. Marcellus II.	593	Anno 156. regni Græcorum rurfus à Iudæis transfugis incitatus Bacchides, reuerfus eft cum exercitu in Iudæam, & obfedit Ionatan cum Simone in Bethbeffen. Sed cum oppidum munitifsimum effe animaduerteret, & Iudæos ad defenfionem paratifsimos, facta pace cum Ionatha, & redditis vtrinq; captiuis, rediit in Syriam, atq; ita aliquandiu tranquillitas fuit in Iudæa. 1. Maccab. 9.
3814	156	154	19	24	F	599	Q. Opimius, Q. f. Q. Nepos. L. Poſthumius. Sp. f. L. n. Albinus. Coſſ.	594	Q. Oppinius Conful Tranfalpinos Ligures, qui Mafsilienfium oppidum Antipolin & Niceam vaftabant, fubegit. L. Flor. lib. 47.
3815 Sabbatum terræ.	157	153	1	25	E D	600	Q. Fuluius, M. f. M. n. Nobilior. T. Annius, T. f. Luſcus. Coſſ.	595	Ionathas frater Iudæ Maccabæi his temporibus habitauit in Machmas, & iudicauit populum Iudaicum, extirpans impios ex Ifrael. 1. Maccab. 9.
3816	158	152	2	26	C	601	M. Claudius, M. f. M. n. Marcellus. III. L. Valerius, L. f. P. n. Flaccus. Coſſ.	596 30. Septemb	
Olymp. 157									
3817	159	151	3	27	B	620	L. Licinius Lucullus. A. Poſthumius, A. f. An. Albinus. Coſſ.	597	L. Licinio & A. Pofthumio confulibus, cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuafiffet, & ex omnibus nemo effet, qui ire in Hifpaniam vel miles vel legatus auderet, Scipio Æmylianus vltrò fefe militaturum in Hifpaniam obtulit, itaq; profectus in Hifpaniam magnas ibi ftrages gentium dedit. Eutrop. lib. 4.
3818	160	150	4	28	A		L. Quinctius, M. Acilius, Coſſ.		ALEXANDER EPIPHANES filius Antiochi Epiphanis, anno 160. regni Græcorum occupat Ptolemaidem, & regnat in Syria annis 5. 1. Maccab. 10. Iofeph. Ant. lib. 13. cap 7. IONATHAS frater Iudæ Maccabæi Scenopegiorum folenni die tempore autumni, anno Seleucidarum 160. ftolam fanctam induit, donatus fummo Sacerdotio ab Alexandro Epiphane rege. 1. Maccab. 10. præfuit autem Sacerdotio annis decem.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiū 45 hebdomadis.

T. f. T. n. Flaminius. P. f. K. n. Balbus.

603 — 598

149 — 5 — 1 — GF

161 — 3819

Coss. L. Marius, C. f. C. n. Censorinus. M. Manilius, P. f. P. Nepos.

604 — 599 — 29. Septemb

148 — 6 — 2 — E

162 — 3820

Coss. Sp. Posthumius, Sp. f. A. n. Albinus Magnus. L. Calphurnius, C. f. C. n. Piso Cæsonianus.

Olympias 158

605 — 600

147 — 7 — 3 — D

163 — 3821

Coss. P. Cornelius, P. f. C. Liuius, M. Æmy-

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Romæ conditæ. A Nabonassaro.

Cato hoc anno de senectute disputasse fingitur. vide Ciceronem in Catone.

✳ Post mortem Demetrij Syriæ regis, qui in acie interfectus regnum cum vita amisit, cometes horrendæ magnitudinis exarsit, quem claritate luminis ignei & rutilantis, noctis tenebras dispulisse, & magnitudine Solem æquasse scribunt. Post hoc prodigium statim secutum est tertium bellum Punicum. Vide Camerarium in libro secundo de ostentis.

INITIVM TERTII BELLI PVNICI.

Hoc anno ab vrbe condita 604. (teste Solino) Manilio Censorinoq; Coss. cæptum est bellum Punicum tertium, cum iam primæ ficus maturuissent. Plin. lib. 15. cap. 18.

Hoc anno 162. Seleucidarum IONATHAS summus pontifex Iudæorum, inuitatus ad nuptias, quas Alexander Syriæ rex cum Cleopatra Ptolemæi Philometoris filia in vrbe Ptolemaide celebraturus erat, cum magnificis donis ad nuptias regias proficiscitur, vbi honorificentissimè à duobus regibus Syriaco & Ægyptio exceptus remittitur domum confirmato & Sacerdotio & principatu Iudææ. 1. Macc. 10.

Virtute Scipionis Æmyliani, qui tunc tribunus militum erat bis magna cum gloria seruati sunt Romani exercitus. L. Flor. abbreuiat. lib. 49.

Andriscus quidam infima sortis homo, Persei regis se filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, cum ab vrbe Roma, quo illum Demetrius Syria rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam eius famam velut ad veram euntibus, contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupauit. Flor. abbreuiat. lib. 49.

Cato Censorius obijt anno vrbis Romæ 605. ætatis 85. Plin. lib 29. cap. 1. Autor fuit tertij belli Punici, cuius ipse in principio mortuus est. Plut in Catone Censorio. Obijt post. inchoatum tertium bellum Punicum, anno sequente. Plin. lib. 15. Vides quam pulchrè hæc cum nostra supputatione consentiant.

Mansinissa rex Numidarum, per annos sexaginta ferè amicus populi Romani, anno vitæ 97. moritur, quadraginta quatuor filijs relictis, Scipionem Æmylianum inter filios suos diuisorem esse voluit, qui fratribus regnum paternum diuisit. Flor. abbreuiat. lib. 50. & Eutrop. lib. 4.

Pseudophilippus in Macedonia P. Iuuentium prætorem Romanorum ad internecionem vicit, sed paulò pòst à Q. Cecilio Metello Romanorum duce victus & captus, Macedoniam iterum amisit. Eutrop. lib. 4. Flor. abbreuiat lib. 50.

P. Cornelius Scipio Æmylianus, qui natus erat patre Paulo Æmylio, sed adoptatus à Scipione Africani filio, iuuenis adhuc ante consularem ætatem creatus consul, ad delendam Carthaginem emittitur. Eutrop. lib. 4. L. Flor. abbreuiat. lib. 50.

Mundi	Seleucidarum	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ cond.	A Nabonassaro
Sabbatum terræ. Iubileus VIII. post captiuitatem Babylonicam.					P. n. Scipio Africanus Æmylianus.	
					Liuius. M. n. Drusus.	
					606	601
3822	164	146	8	4 C	Coss. Cn. Cornelius, Cn. f. L. n. Lentulus. L. Mummius, L. f. L. n. Achaicus.	
					607	602
3823	165	145	9	5 BA	Coss. Q. Fab. Maximus Æmylianus. L. Hostilius Mancinus.	

P. Cornelius Scipio Æmylianus consul Romanorum missus in Africam, alio consilio vsus est, quam priores duces. Totam enim vrbem circumuallauit, ne frumentum inuehi posset. Id opus difficile, & magna arte & magno labore perfectum est. Fuit .n. ambitus vrbis sex milliarium Germanicorum. Diameter igitur fuit circiter duorum milliarium, Interea sæpè dimicatum est acerrimis prælijs, præsertim naualibus.

Æquinoctiū autumnale ab Hipparcho obseruatū, tertia intercalarium die, media nocte, anno 32. tertiæ Periodi Calippi, anno ab Alexandri morte 177. Ptolem. lib. 3 c. 2. Hoc æquinoctium hoc anno & tempore factum, ipso calculo paulò pòst demonstrabimus.

Cn. Cornelio Lentulo & L. Mummio consulibus, CARTHAGO DELETA EST, duce Scipione Æmyliano superioris anni consule, cùm stetisset annos 667. teste Velleio Paterculo. Vide annum mundi 3155.

Æquinoctium vernum ab Hipparcho obseruatum, anno 32. tertiæ Periodi Calippi, anno ab Alexandri morte 178. die 27. mensis Mechir, tempore matutino. Ptolem. lib 3. cap. 2. Et huius æquinoctij calculum paulò pòst subijcio.

DEMETRIVS NICANOR, Demetrij ab Alexandro occisi filius, è Creta redijt in patriam suam anno Seleucidarum 165.

Viriatus Lusitanus C. Vetilium prætorem Rom. vicit, & totum fermè exercitum deleuit. Eut. lib. 4.

L. Mummius consul Romanorum, Corinthum Achaiæ vrbem, funditus eruit, post annos 952. quàm à Belethe (ab Alethe legendum est.) Hipponis filio condita erat, teste Velleio Paterculo. Vide annum mundi 2871.

Anno ab vrbe condita 607. Scipio deleta Carthagine triumphauit. Macrob. in somnio Scipionis lib. 2. Viriatus Lusitanus C. Vetilium prætorem Romanorum fudit. Eutrop. lib. 4.

IONATHAS summus Sacerdos Iudæorum, Appollonium ducem Demetrij summa virtute celeriter vicit, & aliquot vrbes in ea expeditione cepit. Templum Dagon Philistæorum Dei, quod erat in Azoto, vnà cum vrbe incendit, hostium ad 8000. cæde & incendio perierunt, 1. Maccab. 10.

CALCVLVS ÆQVINOCTII AVTVMNALIS QVOD FACTVM EST

anno mundi 3822. Ab Alexandri morte anno 177, tertia intercalarium die, anno 32. tertiæ Periodi Calippi. Ptolem. lib. 3. cap. 2.

A prima meridie Nabonassari ad hoc æquinoctium, numerantur completi anni Ægyptij 600. dies 362. & horæ 11. in horizonte Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Factum est igitur hoc æquinoctium iuxta Ægyptiorum annorum rationem, tertio intercalarium die, qui respondet 26. die Septembris, si annos Iulianos retro cogitemus, horis à meridie elapsis 11. si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	29′	56″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	51	19	49	
Solis simplicis	2	58	19	34	
Solis compositi	3	1	48	30	
Anomaliæ annuæ Solis	1	58	30	5	
Ergò vera præcessio æquinoctij	0	3	51	12	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	0	59	9	scrup. proport. 59′ 41″.
Anomalia Solis coæquata	1	57	30	56	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	9	23	

Ergo ☉ in ♎ part. 0 0′ 23″.

Huius veri loci Solis ascensio recta temp. 180 0′ 25″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale adijcienda sunt 18. scrup. vnius horæ. Et propter 23. scrupula secunda in motu Solis abundantia iterum auferenda sunt scrupula 9. vnius horæ.

Ergo iuxta meridianum inclytæ vrbis Borussiæ Montis Regij, hoc æquinoctium autumnale factum est scrupulis 9. post vndecimam vespertinam.

Si propter diuersitatem meridianorum in horizonte Atheniensi 24. scrupula vnius horæ, & in horizonte Alexandrino 55. scrupula adieceris. Contigit hoc æquinoctium apud Athenienses 33. scrup. post vndecimam vespertinam, Alexandriæ autem in Ægypto scrupulis quatuor post mediam noctem, quod exactè cum Ptolemæi annotatione congruit, qui hoc æquinoctium autumnale ab Hipparcho obseruatum esse scribit media nocte.

CALCV-

CALCVLVS ÆQVINOCTII VERNALIS QVOD FACTVM EST

in principio anni mundi 3823. Ab Alexandri morte anno 178, die 27. mensis Mechir, anno 32. tertiæ Periodi Calippi. Ptolem. lib. 3. cap. 2.

A prima meridie Nabonassari ad hoc æquinoctium Vernale numerantur completi anni Ægyptij 691. dies 175. & horæ 17. si ad meridianum inclytæ vrbis Borussiæ Montis regij calculus dirigatur.

Factum est igitur est hoc æquinoctium iuxta Ægyptiorum annorum rationem, 7. horis ante meridiem, quo 27. dies mensis Mechir incipiebat, qui cohæret cum 24. die Martij, si annos nostros Iulianos retro cogitemus. Tali igitur die, paulò ante exortum Solis, hora quinta matutina factum est æquinoctium Vernale apparens. Atq; ad tempus illud æquale, hi colliguntur motus æquales, in horizonte Regiomontano Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	30′	20″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	51	22	53	
Solis simplicis	5	53	59	38	
Solis compositi	5	57	30	1	
Anomaliæ annuæ Solis	4	54	10	58	
Ergò vera præcessio æquinoctij	0	3	51	28	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	0	58	48	scrup. proport. 59′ 41″.
Anomalia Solis coæquata	4	53	12	10	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	9	24	

Ergo ☉ in ♈ 0 part. 0′ 30″.

Huius veri loci Solis ascensio recta 0 part. 0′ 27″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium, & 30. illa scrupula secunda, quæ in motu Solis abundant, subtrahenda sunt à tempore æquali 14. scrup. vnius horæ. Ergo in horizonte Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ hoc æquinoctium Vernale contigit 14. scrupulis ante quintam matutinam.

Si propter diuersitatem meridianorum in horizonte Atheniensi adieceris 24. scrup. Alexandriæ autem in Ægypto 55. scrupula vnius horæ, Æquinoctium hoc Vernale factum est Athenis 10. scrupulis post 5. matutinam, & Alexandriæ 41. scrupulis post 5. matutinam. Rectè ergo cum Ptolemæi annotatione hæc supputatio congruit, qui æquinoctium hoc Vernum ab Hipparcho obseruatum esse scribit tempore matutino.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. Q. Fabius, Q. f. Q. n. Maximus Æmylianus. L. Hostilius, A. f. L. n. Mancinus

—Viriatus Lusitanus, C. Plautium prætorem Roman. in fugam coniecit. Eutrop. lib. 4.

—Ptolemæus Philometor Alexandro genero ereptum & regnum Syriæ & Cleopatram filiam tradit Demetrio Nicanori, Demetrij filio. Alexander acerrimo prælio victus fugit in Arabiam, vbi à Zabdiole occisus est, & caput eius missum ad Ptolemæum, qui illo accepto post triduum mortuus est. 1. Maccab. 11.

608 | 603

—L. Mummius Achaicus anno vrbis 608. Procos. de Acheis & Corinthijs triumphauit. Plin. lib. 34. cap. 11.

28. Septemb.

144 | 10 6 G | 166 | 3824 | Olym. 159

Coss. Ser. Sulpitius, Ser. f. P. n. Galba. L. Aurelius Cotta

—PTOLEMÆVS EVERGETES II. PHISCON cognominatus ab deformitatem corporis, hic successit fratri in regno Ægypti, & regnauit annos 29. Fuit immanis & crudelis bestia, ita vt contra omnem naturæ legem canino more, cum Sorore, & ex eadem concepta filia, corpus miscuerit, ac filios proprios, à quo facinore etiam crudelissima quæq; bestiarum abhorret, suis ipsius manibus immanissimè trucidârit, dissecuerit, atq; vxori epulandos proposuerit.

DEMETRIVS NICANOR hoc anno regni Græcorum 167 solus regnauit. 1. Maccab. 11.

Viriatus Lusitanus Claudium Vnimanum ducem Romanorum vicit. Eutrop. lib 4.

609 | 604

IONATHAS obsedit arcem Sion, sed à Demetrio Ptolemaidem vocatus eundem preciosis muneribus ita demeruit, vt per eum bonam partem Iudææ recuperaret, & apud suos magnam potentiam & autoritatem consequeretur. 1. Maccab. 11.

Demetrius cùm in circuitu regni sui nullum bellum timeret, exercitum domesticum omnem dimisit, qua de caussa omnes eũ milites odio habere cæperunt. 1. Mac. 11.

Coss. Ap. Claudius, Ap. f. Ap. n. Pulcher. Q. Cæcilius, Q. f. L. n. Metellus Macedonicus

143 | 11 7 F | 167 | 3825 | Initiũ 46 hebdomadis

—Ap. Claudius Coss. Rom. prima congressione à Salassis Gallis victus est, sequenti pugna quinq; millia hostium occidit. Eutrop. lib. 4.

—ANTIOCHVS THEOS sub tutela Triphonis regnat in Syria annis 3. fuit hic filius Alexandri. 1. Maccab. 11.

—IONATHAS Sacerdos summus Iudæorum expugnat Gazam, & exercitum Demetrij in fugam conijcit cæsis tribus millibus hostium. 1. Maccab. 11. Postea cum Romanis & Spartiatis amicitias & fœdera renouauit. Deinde cum Demetrij ducibus ad Eleutherum fluuium congredi paratus fuit, qui timore perculsi noctu recesserunt. Mane facto Ionathas cum hostes fugisse intelligeret, bellum in Arabiam transtulit, Zabadæos vicit, & omnem inde regionem vsq; ad Damascum peruastauit. 1. Maccab. 12.

610 | 605

Coss. L. Cæcilius, Q. f. Q. Fabius, Q. f.

142 | 12 8 E | 168 | 3826

—*Claudius infami ambitione vsus, priuato sumptu triumphat. Eutrop. lib. 4.*

—*Consul Lucius Metellus sine dubio Iudæis rescripsit, & cum huius Lucij literis fortassis confunduntur illæ literæ quæ post triennium à Romanis ad Iudæos missæ sunt à Lucio consule. 1. Maccab. 15.*

—*Simon Asmoneus frater Ionathæ Ascalonem & Ioppen, oppida valde munita occupauit. 1. Maccab. 12.*

—*Androgynus Romæ visus, iussu Haruspicum in mare mersus est, sed nihil*

impia

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

impiæ expiationis procuratio profecit, horribilis enim pestilentia statim secuta est. Eutrop. lib. 4. Oros. lib. 5

Lu. Metellus Caluus / *Q. n. Maximus Seruilianus*

Ionathas summus Sacerdos Iudæorum muros Hierosolymæ reædificare, aliaqꝫ Iudææ loca munire cæpit. 1. Maccab. 12.

Fabius consul Romanorum Lusitanos vicit, & fracta fide, quingentis principibus, quos societate inuitatus deditionis iure susceperat, manus præcidit. Paulus Oros. lib. 5. Q. Cæcilius Metellus proconsul interim Celtiberos superauit. Flor. abbreuiat. lib. 53.

611 606

Coss. *Cn. Seruilius Cepio.* / *Q. Pompeius Rufus.*

Secundus liber Maccabæorum scriptus, anno Seleucidarum 169. 2. Maccab. 1.

IONATHAS SVmmus Sacerdos & dux Iudæorum insidijs Tryphonis in vrbe Ptolemaide circumuentus capitur. 1 Maccab. 12.

Tēpore hyemis IONATHAS cum duobus filijs ad oppidum Baschama in terra Galaad, iussu Triphonis perfidiose occiditur. 1. Maccab. 12.

ECLIPSIS ☽ facta est, anno 57. tertiæ (secundum Calippum) Periodi, qui est annus 607. à Nabonassaro Tybi die secundo, defecit ☽ ab austro digitis tribus, ante mediam noctem hora vna scrup. 50. Alexandriæ in Ægypto. Ptol. lib. 6. cap. 5. Sequitur ergo Calculus & pictura huius deliquij.

141
13 9
D C

169
3827

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Romæ cond. A Nabonassaro.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO *mundi 3827. trigesimo septimo anno tertiæ Periodi Calippi, anno ante initium annorum Christi 141. Cui respondet*

Aureus numerus 13.
Cyclus Solaris 9.
Literæ Dominicales D & C.

A prima meridie Nabonassari ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 606. dies 121. horæ 9. & scrup. 21. si ad meridianum Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur.

Ergo hæc Eclipsis facta est secundo die mensis Tybi, qui respondet 27. die Ianuarij, si anni Iuliani retro cogitentur, & incidit in diem Martis. Tali igitur die teste Ptolemæo Luna defecit tribus digitis ab austro, horis à meridie elapsis 9. scrup. 21. si ad meridianum inclytæ vrbis Borussiæ montis regij calculus accommodetur, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	34′	23″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	51	53	29	
Solis Simplicis	4	59	11	32	
Solis Compositi	5	2	45	57	
Anomaliæ annuæ Solis	3	59	20	46	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	2	4	50	
Anomaliæ Lunæ	2	58	49	46	
Latitudinis Lunæ	4	40	41	43	
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	3	54	19	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	0	55	21	scrup. proport. 59′ 43″.
Anomalia Solis coæquata	3	58	25	25	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	4	38	

Ergo ☉ in ♒ part. 5 10′ 29″.

	sex.	part.			
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	4	9′	40″	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	8	29	scrup. proport. 0 6″.
Anomaliæ Lunæ coæquata	2	59	58	15	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	0	0	10	

Ergo ☾ in ♌ part. 5 10′ 31″.

Latitudinis Lunæ motus coæquatus sex. 4 part. 40 41′ 33″.

Caput draconis in ♋ part. 16 40′ 20″.

Absuit ergo Luna à capite draconis part. 18 30′ 11″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens 55′ 34″.
Semidiameter Lunæ 17′ 49″.
Semidiameter vmbræ 50′ 5″.
Variatio vmbræ auferenda 0′ 41″.
Semidiameter igitur vmbræ coæquata 49′ 24″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 67′ 13″.

Ablata


Ablata latitudine Lunæ, ſcrupula reliqua de ſumma Semidiametrorum 11′ 39″.
Diameter Lunæ apparens 35′ 38″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 10 ſcrup. 55.

Scrupula incidentiæ 37
Motus horarius Lunæ à Sole 35′ 7″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam ſcrup. 3. Totus autem defectus, horas duas ſcrup. 6.
Latitudo ☽ in initio Eclipſis Borealis creſcens 52′ 14″. & in fine eclipſis itidem Borealis creſcens 58′ 55″.

Aſcenſio recta veri loci Solis 307 temp. 32′ 6″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium auferenda 6. ſcrup. vnius horæ.
Et propter diuerſitatem meridianorum Alexandriæ iterum addenda ſunt 55. ſcrup. vnius horæ.
Facta igitur eſt hæc Eclipſis Alexandriæ in Ægypto, ſecundo die menſis Tybi, horis à meridie elapſis 10. ſcrup 10. hoc eſt, ante mediam noctem hora 1. ſcrup. 50. quod exactè cum Ptolemæi deſcriptione congruit.

Subijcio nunc picturam huius Eclipſis.



Hanc Eclipſin ſecutum eſt bellum Numantium, & Mors Viriati Luſitanorum ducis, qui cùm annis aliquot ſuperioribus, Romanos duces profligaſſet, tandem per inſidias à proprijs militibus occiſus eſt. Romani percuſſores eius indignos præmio iudicauerunt, dicentes, Romanis nunquam placuiſſe à ſuis militibus interfici imperatores. Eutrop. lib. 4. Mors quoq; Ionathæ ſummi Sacerdotis Iudæorum, fratris Iudæ Maccabæi in hæc tempora incidit, quem Triphon perfidioſè cum duobus filijs occidit, paulò ante vel poſt hanc Eclipſin.

Cyclus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. Cn. Seruilius, Cn. f. Cn. n. Cæpio. Q. Pompeius, A. f. Rufus.

—SIMON SVMMVS SACERDOS Iudæorum, successit fratri Ionathæ anno Seleucidarum siue regni Græcorum 170. 1. Macc. 13. præfuit Sacerdotio annis 8.

—Q. Pompeius consul Romanorum Thermestinos subegit, & à Numantijs superatus ignobilem pacem fecit. Flor. lib. 54. abbreuiat, Eutrop. lib. 4.

—Q. Fabius proconsul rebus in Hispania prosperè gestis labem imposuit, pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus paulò pòst à suis Lusitanis interficitur consilio Seruili Cæpionis. Flor. abbreuiat. lib. 54.

—SIMON summus Sacerdos Iudæorum cum Demetrio rege amicitiam & pacem fecit, & castellis aliquot munitis Gazam expugnauit, eandemq; ab Idolis purgauit. 1. Maccab. 13.

—De C. Lælio huius anni consule, liber Ciceronis de amicitia nomen accepit.

612 Coss. C. Lælius, C. f. C. n. Q. Seruilius, Cn. f.

607 27. Septemb

Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Ab Vrbe condita.	A Nabonassaro.
3828	170	14 / 140 / 10 B	612	607

Mundi	Seleucidarum	Ante Christum	Cyclus ☽	Cyclus ☉		Romæ cond.	Coss.	A° Nabon.
Olympias. 160 Sabbatum terræ.							Sapiens. Cn. n. Cæpio.	
3829	171	139	15	11	A	613	Calphurnius Piso. M. Popilius, M. f. P. n. Lænas.	608
3830	172	138	16	12	G	614	P. Cornelius, P. f. P. n. Nasica Serapio. D. Iunius, M. f. M. n. Brutus.	609
3831	173	137	17	13	FE	615	M. Æmylius, M. f. M. n. Lepidus Porcina. C. Hostilius, A. f. L. n. Mancinus.	610
3832	174	136	18	14	D	616	P. Furius Philus. Sex. Atilius.	611 26 Sep

—Primus dies mensis Nisan respondet primo die Aprilis si annos Iulianos retro cogitemus.

—Vigesimo tertio die secundi mensis, hoc est 23. die Maij, die Lunæ, SIMON Asmoneus summus Sacerdos Iudæorum recepit arcem Ierosolymitamam, quam hactenus præsidium Syriacum tenuerat, & ingressus est in eam cũ ramis palmarum, cymbalis, hymnis & canticis. Facta hæc sunt anno Seleucidarũ siue regni Græcorũ 171. 1. Mac. 13.

—*Pro L. Calphurnio, catalogus consulum Romanorum, Cn. Calphurnium Pisonem habet. Sed Lucij consulis in Sacris biblijs fit mentio 1. Maccab. 15. nisi fortassis textus ibi, scribarum incuria est deprauatus, potius enim integrum senatum, quam vnum consulem Iudæis rescripsisse crediderim. Vide quæ anno vrbis Romæ 611. de Lucio Metello annotauimus.*

—*THEODOTVS TRIPHON occiso Antiocho regnat in Syria annis 3. Ioseph ant. lib. 13. cap. 10. & 11.*

—*Primus dies mensis Nisan respondet 21. die Martij, si anni Iuliani retro cogitentur.*

—*Demetrius rex Syriæ collecto exercitu in Mediam proficiscitur ad contrahenda auxilia contra Triphonem, anno Seleucidarum 172. 1. Maccab. 14.*

—SIMON Asmoneus Numenio Romam misso, fœdus cum Romanis renouat. 1. Maccab. 14. consul Lucius Calphurnius Piso, rescripsit Iudæis. 1. Macc. 14.

—Anno tertio Simonis Sacerdotis, 18. die mensis Elul, hoc est, 26. die Augusti, si annos Iulianos retro cogitemus, die Sabbati, in magno conuentu Sacerdotum, principum & totius populi, decretum est, vt SIMONI Sacerdoti poneretur publicum testimonium vindicatæ libertatis Iudæorum, in tabula ærea incisum. 1. Maccab. 14. Recte hic dies iuxta nostram supputationem astronomicam in diem Sabbati incidit, tali enim die Sacerdotes & principes cum vniuerso populi conuenire solebant.

—Demetrius Syriæ rex cum Persarum, Elimæorũ, Bactrianorumq; auxilijs iuuaretur, multis prælijs Parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, captus & in custodiam missus est. 1. Maccab. 14. Iustin. lib. 36. Cleopatra vero Ptolemæi Philometoris Ægyptij regis filia huius Demetrij coniunx, cum in Seleucia esset & Triphonis crudelitatem, quam in subditos exercebat, audiret, accersiuit Demetrij mariti fratrem Antiochum, qui dictus est Sedetes, eumq; in matrimoniũ acceptum regem constituit, hic priusquam regnum occuparet, arma sumturus aduersus Triphonem, literas ad Simonem & Iudæos de pace misit. 1. Macbab. 15.

Mancinus consul contra Numantinos bellum acturus, Lauinijq; sacrificaturus cum esset, emisit cauea pullarius pullos, qui in Syluam euolauerunt, nec reperti sunt diu multumq; quæsiti. Nauigaturus deinde è portu Herculis vocem audiuit, Mancine mane: cumq; Scapham conscendisset, immensum anguem illic videns exhorruit. Tribus prodigijs nunciata sunt infelicia tria, pugna, fœdus, deditio. Eutrop. lib. 4.

ANTIOCHVS SEDETES regnat in Syria & Asia annis 9. teste Eusebio. Hic anno Græcorum 174. reuersus ex insulis maris regnum paternum sibi vendicat, & pulso Triphone, quædam etiam oppida in Iudæa, & arcem Ierosolymitanam, cum ingenti pecunia à Simone restitui regno Syriæ postulat minitans bellum, nisi imperata fiant. Sed Simon iniquæ postulationi obtemperare noluit, sed contra Cendebæum ducem Antiochi emisit filios Iohannem & Iudam, qui exercitum Cendebæi profligarunt deiectis etiam munitionibus, quas extruxerant hostes. 1. Maccab. 16.

Triphon post longam obsidionem ex Dora castello Phœniciæ ad ciuitatem Apamæam fugiens, in angustia quadam conclusus, ad sui internetionem compulsus est.

Mundi	Seleucidarum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Romæ cond.	Coss.	A Nabon.
Initiũ 47 hebdomadis. Olym. 161						…ius. Serranus.	
3833	175	19	15 C	135	617	Q. Calphurnius Piso. Ser. Fuluius Flaccus.	612
3834	176	1	16 B	134	618	C. Fuluius Flaccus. P. Cornelius, P. f. P. n. Scipio Africanus Æmylianus II.	613
3835	177	2	17 AG	133	619	L. Calphurnius Piso Frugi. P. Mucius, P. f. Q. n. Scæuola.	614
3836 Sabbatarum terræ.	178	3	18 F	132	620	P. Rupilius, P. f. P. Popilius, C. f. P. n.	615 25. Septemb.

Romani soluto fœdere, Mancinum prioris anni consulem, nudato corpore & manibus post tergum reuinctis ante portas Numantinorum exposuerunt, qui in noctem vsq; ibi manens, à suis desertus, & ab hostibus non susceptus lacrymabile vtrisq; spectaculum fuit. Interea Brutus in interiore Hispania Gallecios, qui Lusitanis auxilio venerat asperrimo bello & difficili oppressit. Lepidus eodem tempore Vacceos innoxiam gentẽ & supplicem expugnare tentauit, sed mox accepta clade, improbæ pertinaciæ pœnas dedit. Eutrop. lib. 4. Paulus Orosius lib. 5. Flor. abbreuiat. lib. 56.

Q. Calphurnio Pisone & Ser. Flacco Coss. Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem. Et in Sicilia mons AEtna vastos ignes eructauit. Eutrop. lib 4. Orol. lib 5.

Ser. Flaccus consul Romanorum Vardeos in Illyrico subegit. In Sicilia eodem hoc anno septuaginta millia seruorum coniurârunt aduersus Romanos, & atrox bellum suscitârunt. Eutrop. lib. 4. Flor. lib. 56.

M. Cæsonius prætor in Thracia cum Scordiscis prosperè pugnauit.

☉ *Sol nocturnus visus est Scipione Æmyliano & C. Fuluio Consulibus.*

Bellum Seruile in Sicilia C. Fuluio consuli mandatum est. Flor. Abbreuiat. lib. 56.

Alter consul P. Cornelius Scipio Africanus, Æmylianus dictus, quod Pauli Æmylij filius esset à P. Cornelio Scipionis Africani filio adoptatus, aduersus Numantinos emittitur, vrbem Numantiam in Celtiberia sitam obsidione cingit, corruptum licentia luxuriaq; exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit, duo millia scortorum à castris eijciens. Flor abbreuiat. lib. 57. Incidit autem destructio vrbis Numantiæ in annum proximè sequentem, qui est annus, vrbis Romæ 620. quo tempore P. Mucius Scæuola & L. Calphurnius Piso consulatum gesserunt, tandem autẽ prælijs aliquot victi Numantini, & à procos. P. Corne. Scipione Æmyliano obsessi, cum diutius obsidionem tolerare non possent, fame coacti, ipsi se per vices trucidauerunt, captam vrbem Scipio deleuit, & de eodem anno proximè sequenti triumphauit, consulibus L. Calphurnio Pisone & P. Mutio Scæuola, quartodecimo anno post Carthaginem deletam, quo tempore Tiberius Gracchus quoq; propter seditionem à senatu Romano in capitolio occisus est. Flor. abbreuiat. lib. 58. & 59. Valer. Max. lib 3. cap. 2. Eutrop. lib. 4.

Anno Seleucidarum siue regni Græcorum 177. Vndecimo mense quem Hebræi Sebat appellant, SIMON Sacerdos & princeps Iudæorum, à genero suo Ptolemæo in conuiuio perfidiosè occiditur, in Castello Doch. 1 Maccab. 16. Euseb. demonstr. lib. 8. cap. 2. à primo anno Cyri ad extremum historiæ Maccabæorum finem, Simonisq; mortem annos colligit 425. quod à primo regni Cyri initio rectissimè conuenit. Cæpit enim Cyrus regnare anno mundi 3411.

IOHANNES HYRCANVS summus sacerdos & princeps Iudæorum statim successit patri Simoni, & præfuit Sacerdotio annis 31. Ioseph antiq. lib. 13 cap. 17. Hic cum patris necem vindicaturus oppidum, in quo erat parricida Ptolemæus, hostiliter oppugnaret, partim pietate motus, cum acerbissimis modis excruciarentur mater & fratres, quoties oppugnaret vrbem, partim etiam propter instantem septimum annum Sabbatarium, exercitum abduxit. Rectè ergo iuxta hanc nostram supputationem, hoc anno tempore autumni incepit annus Sabbatarius. Vide Egesippum lib. 1. cap. 1. & Iosephum antiq. lib. 13. cap. 15.

Pro Rupilio consule nonnulli Q. Sulpitium Galbam ponunt, is fortassis Rupilio suffectus est.

Mundi. / Olym.	Seleucidarum.	Cyclus ☽	Ante Christum. / Cyclus ☉	Romæ conditæ. / Coss.	A Nabonassaro.
Olym. 162				Lanat. P. n. vel vt alij volunt. Q. Sulpitius Galba. 621	615
179 3837	4	131	19 E	P. Licinius, P. f. P. n. Crassus Mucianus. Coss. L. Valerius, L. f. L. n. Flaccus, Flam. Mart. 622	617
180 3838	5	130	20 D	M. Perpenna. Coss. C. Claudius, C. f. Ap. n. Pulcher. 623	618
181 3839 Initiũ 48 hebdomadis.	6	129	21 CB	C. Sempronius, C. f. C. n. Tuditanus. Coss. M. Aquilius, M. f. M. n. Nepos. 624	619 24. Septemb
182 3840	7	128	22 A	Cn. Octauius, Coss. T. Annius,	

—Antiochus Sedetes Syriæ rex, cuius auxilium parricida Ptolemæus Abobi filius, per literas implorauerat 1 Maccab. 16. collecto exercitu Iudæam ingressus est, Iohannem Hyrcanum in vrbem Ierosolymam inclusit, eamq; septem locis obsidione cinxit.

—Rupilium consulem Eutropius & Orosius Rutilium vocant, Florus autem Attilium eundemq; in Sicilia cum fugitiuis pugnasse scribunt. Eutrop. lib. 4 Oros. lib 5. Flor. in Liu. lib. 59.

—Festo tabernaculorum Antiochus obsessis Iudæis septẽ dierum inducias dat, & magnificentissimum Sacrificium ipse mittit, vnde pij appellationem meruit in hac obsidione, & Iohannes Hyrcanus hac eius pietate motus est, vt absq; omni deliberatione sese pecunia ab eo liberaret. Aperto enim Dauidis sepulchro ingentes inuenit thesauros videlicet tria millia Talentorum, hoc est, 18. tonnas auri, de qua summa Antiocho dedit trecenta talenta, hoc est, centum & Octoginta millia coronatorum vt obsidionem relinqueret, atq; ita pace cum Antiocho facta, iuncta amicitia eundem cum exercitu in vrbem recepit. Ioseph. ant. lib. 13. cap 15.

—Anno vrbis Romæ 622. P. Licinius Crassus consul cum exercitu aduersus Aristonicum in Asiam mittitur, sed post plurimam cædem cum exercitu in fugam actus, ipse consul P. Licinius Crassus cum eodem tempore Pontifex maximus esset, capitur tandem, cumq; magis mori eligeret, quam à barbaro abduci, virgam qua equum agitabat, in oculum tenentis se barbari impegit. Barbarus igitur cum ira & dolore exarsisset, latus Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis, effugit cum dedecore seruitutem. Eutrop. lib. 4.

—M. Perpenna consul Romanorum, Aristonicum recenti victoria feriatum, improuiso bello adortus, in fugam conuertit, eundemq; in vrbe Stratoniæ ad deditionem coegit. Perpenna consul priusquam Romam reuerteretur, in itinere apud Pergamum morbo correptus diem suum extremum clausit. Aristonicus igitur cum de eo triumphari non posset, iussu senatus in carcere strangulatus est. Eutr. lib. 4.

—C. Sempronio Tuditano & M. Aquilio consulibus, anno vrbis sexcentesimo vigesimoquarto, cum Carbo Tribunus plebis & C. Gracchus certamina de agrorum diuisione reuocarent, & adderent insuper alias turbulentas leges, SCIPIO AEMILIANVS se ipsis opposuit, & seditiosas leges acerrimè dissuasit, dicens, Tiberium Gracchum ante quadriennium iure interfectum esse, eò quod autor fuisset seditiosarum actionum. post hanc contentionem mane Scipio inuentus est in cubiculo suo mortuus, cum pridie rectè valuisset, fuitq; suspicio ab aduersarijs veneno necatũ esse. Hic fuit exitus præstantissimi ducis, anno ætatis ipsius quinquagesimo sexto. Nonnulli eũ vxoris suæ Sempro. Gracchorũ sororis dolo, necatũ esse scribunt. L. Flor. abbreuiat lib. 59. Eutr. lib. 4 Oros. lib. 5.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olympias 163

Cn. f. Cn. Nepos. *T. f. T. n. Lu(s)cus.*

—Anno 51. tertiæ Periodi Calippi, die 16. Ægyptij mensis Epephi, ante meridiem eiusdem horis 6. scrup. 6. Hipparchus obseruauit ☽ in ♉ 12. 2. teste Ptol. lib. 5. cap. 3. Obseruationem hanc astronomicam hoc tempore factam esse, paulò pòst probabimus calculo Prutenico.

625 — 620

Coss. L. Cassius, Q. f. L. n. Longinus Rauilla. L. Cornelius, L. f. Cinna.

127 — 8 — 23 — G

—Iohannes Hyrcanus Sacerdos & princeps Iudæorum cum Antiocho Sedete Syriæ rege, ad bellum in Parthiam proficiscitur.

183 — 3841

—Septimo die Aprilis incepit Primus dies Nisan si annos Iulianos retro cogitemus.

—Antiochus virtute Iohannis Hyrcani trucidauit partem exercitus regis Parthorum.

—Hoc anno 197. à morte Alexandri 10. die Pharmuthi, ante meridiem eiusdem horis 5. Hipparchus obseruauit Solis & Lunæ situm, Sol erat in ♉ 7. 45. & Luna in ♓ 21, 28. Hanc quoq; obseruationem Hipparchi hoc tempore contigisse calculo astronomico paulò pòst demonstrabimus, Vide Ptol. lib. 5. cap. 5.

—Antiochus Sedetes filius Demetrij Soteris, die Pentecostes cum rege Parthorum confligens, occiditur cum bona parte copiarum, cum præfuisset regno Syriæ annis 9. teste Eusebio. Incidit autem hoc anno dies pentecostes in 9. diem Iunij si annos Iulianos retro cogitemus, & præcisè in diem Sabbati. Tali igitur die teste Iosepho, Iohannes Hyrcanus cum exercitu Iudaico Antiocho suppetias ferre non potuit, religio enim Iudæos iter facere & pugnare vetuit. Vide Ioseph. lib. 13. cap 16: Successit in regno Syriæ extincto fratri DEMETRIVS NICANOR, ab Arsace Parthorum rege à quo ante decennium captus erat, è vinculis dimissus. In ipsa captiuitate multos honores à Barbaris acceperat, filiamq; regis Parthorum loco vxoris habuerat. Præfuit hic Demetrius Nicanor regno Syriæ iterum annis 4.

626 — 621

Coss. L. Aurelius Orestes. Mam. Æmylius Lepid.

126 — 9 — 24 — F

184 — 3842

Mundi. Seleucidarum. — Ante Christum. — Ab Vrbe condita. — A Nabonassaro.

HIPPARCHVS part. OBSERVAVIT LVNAM IN ♉ 12 2', ANNO 51. TERtia Periodi Calippi, anno mundi 3841. Ante initium annorum CHRISTI anno 128. Cui respondet

Aureus numerus 7.
Cyclus Solaris 22.
Litera Dominicalis A.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem Astronomicam Hipparchi, numerantur completi anni Ægyptij 619. dies 314. horæ 17. scrup. 6. si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur.

Facta igitur est hæc obseruatio Mathematica ab Hipparcho, horis sex ante meridiem decimi sexti diei Ægyptij mensis Epephi, quod tempus respondet 5. die Augusti si annos Iulianos retro cogitemus. Tali igitur die scrupulis 6. post quintam matutinam, hi colliguntur motus æquales in horizonte Regimontano.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	45'	43"	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	53	18	30	
Solis Simplicis	2	6	26	37	
Solis Compositi	2	10	12	20	
Anomaliæ annuæ Solis	1	6	30	6	
Longitudinis Lunæ à Sole	4	23	55	46	
Anomaliæ Lunæ	4	17	56	10	
Latitudinis Lunæ	1	31	29	46	
Præcessio vera æquinoctij	0	4	2	14	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	0	45	43	scrup. proport. 59' 48".
Anomalia Solis coæquata	1	5	44	23	
Absoluta æquatio orbis subtrhenda	0	2	8	18	

Ergo ☉ in ♌ part. 8 20' 33".

	sex.	part.			
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	2	47	51'	32"	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	2	8	41	scrup. proport. 59' 26".
Anomaliæ Lunæ coæquata	4	20	4	51	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	7	38	4	

Ergo ☽ in ♉ part. 12 2' 41". Sicut & Ptolemæus habet lib. 5. cap. 3.

Veri loci Solis ascensio recta temp. 130 46' 12".

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda sunt 6. scrup. vnius horæ. Et propter diuersitatem meridianorum Alexandriæ addenda sunt 55. scrup. vnius horæ.

Ergo hæc obseruatio Hipparchi iuxta hunc nostrum calculum, facta est Alexandriæ in Ægypto, scrupulis septem post sextam matutinam, sex ferme horis ante meridiem 16. die mensis Epephi. Quod tempus cum Ptolemæi descriptione pulchrè coincidit. Subijcio nunc calculum obseruationis Astronomicæ, quæ ab eodem Hipparcho facta est anno proximo sequente.

HIPPARCHVS DENVO OBSERVAVIT SITVM SOLIS ET LVNÆ.

Anno à morte Alexandri 197. Anno mundi 3842. Ante initium annorum Christi autem anno 127.

Cui respondet

Aureus numerus 8.
Cyclus Solaris 23.
Litera Dominicalis G.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem Mathematicam, numerantur completi anni Ægyptij 620. dies 218. horæ 17. scrup. 33. in Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ horizonte.

Facta igitur est hæc obseruatio per Hipparchum, quinq; horis ante meridiem decimi diei Ægyptij mensis Pharmuthi, quod tempus incidit iuxta Iulianorum annorum rationem in secundum diem Maij, post quintam horam matutinam scrup. 33. si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	3	46′	20″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	5	53	23	10	
Solis Simplicis	0	32	34	34	
Solis Compositi	0	36	20	55	
Anomaliæ annuæ Solis	5	32	37	44	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	15	39	35	
Anomaliæ Lunæ	3	5	43	36	
Latitudinis Lunæ	1	3	40	7	
Præcessio ergo vera æquinoctij	0	4	2	39	
Æquatio centri Solis subtrahenda	0	0	45	11	scrup. proport. 59′49″.
Anomalia Solis coæquata	5	31	52	33	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	5	7	

Ergo ☉ in ♉ 7 part. 42′ 20″. Si adieceris parallaxin duorum scrupulorum, Sol præcise erit in ♉ 7 part. 45′. Sicut & Ptolemeus habet.

	sex.	part.			
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	4	31	19′	10″	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	12	13	15	scrup. proport. 32′20″.
Anomalia Lunæ coæquata	2	53	30	21	
Absoluta æquatio 1. epicycli subtrah:	0	0	49	7	

Ergo ☽ in ♓ 21 part. 27′ 41″. Sicut & Ptolemæus habet. Si parallaxin 13. scrupulorum adieceris colliges in ♓ 21 part. 40′. Quemadmodum & Ptolemæus annotauit.

Veri loci Solis ascensio recta 35 temp. 20′ 27″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda sunt 15. scrup. vnius horæ. Et propter diuersitatem meridianorum Alexandriæ addenda sunt 55. scrup. vnius horæ.

Ergo sicut hic calculus Prutenicus demonstrat, obseruatio hæc Hipparchi facta est secunda hora post exortum Solis in horizonte Alexandrino, horis 5. & scrup. 17. ante meridiem decimi diei Ægyptij mensis Pharmuthi. Quod tempus quàm proximè accedit ad tempus à Ptolemæo annotatum. Librariorum tamen incuria Ptolemæus pro decimo die habet vndecimum diem mensis Pharmuthi. Sed decimo eiusdem mensis die, hanc Mathematicam obseruationem factam esse, calculus astronomicus satis probat.

Cyclus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mam. Æmylius, M. f. M. n. Lepidus. L. Aure. L. f. L. n. Orestes. Coss. 627 — 622

—L. Aurelius Orestes consul Romanorum Sardos subegit. Flor. in Liu. lib. 60.

—IOHANNES HYRCANVS ex Asia copias suas reducens, multa oppida regno Syriæ ademit, quæ ad Iudæam olim pertinuerant, & templum Garizin Samariæ, à Cuttheo Sanaballath ædificatum, destruxit, annis amplius ducentis postquam ædificatum erat. Idumæos quoq; domitos coëgit circumcisionem & alios ritus Iudaicos amplecti. Ioseph.

Sabbatum terræ, 185 5843 — 125, 10 25 ED

M. Plautius Hypsæus, M. Fuluius, M. f. Q. n. Flaccus. Coss. 628 — 623, 23 Sep.

—Fuluius Flaccus Coss. transalpinos Ligures domuit.

—Pestilentia in Africa ex locustarum multitudine orta. Oros. lib. 5.

186 3844 — 124, 11 26 C

Olympias. 164

C. Cassius, C. f. C. n. Longinus. C. Sextius Domitius Caluinus. Coss. 629 — 624

187 3845 — 123, 12 27 B

Q. Cæcilius, Q. f. Q. n. Metellus. T. Quinctius, T. f. T. n. Flamininus. Coss.

—Annis 22. postquam à Scipione euersa fuit, reparata est Carthago, & Romanorum colonia facta, L. Cæcilio Metello, & T. Quinctio Flaminio Coss. Eutrop. lib. 4.

Cn. Domitius, C. Fannius, Coss. 630 — 625

—Fannius consul 8. Idus Februarij Romæ legationem excepit Hyrcani ducis & populi Iudaici, pro confirmanda & renouanda amicitia. Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 16.

188 3846 — 122, 13 28 A

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Romæ conditæ. A Nabonassaro.

Mundi / Seleucidarum	Cyclus ☽ Cyclus ☉ / Ante Christum	Romæ conditæ	A Nabonassaro	
Initiū. 29 hebdomadis		Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. C. f. Cn. n. Strabo. 631	626	—ALEXANDER à Phiscone Ægyptiorum rege, Syriæ rex constitutus, regnat 2. annis. Euseb. —Tres Lunæ visæ sunt. Plin. lib 2. cap. 32.
189 3847	121 14 1 G F	L. Opimius, Q. f. A. Nepos. Q. Fabius, A. f. Q. n. Maxim. Æmy. Coss. 632	627	—Cn. Domitius Procoss. Allobroges vicit. Flor. in Liu. —C. Gracchus Tribunitiam potestatem vi continuare volens, à L. Opimio cousule, ex senatus consulto, in Auentino monte occisus est, & cum eo Fuluius Flaccus socius eiusdem Flor. in Liu. lib. 61. —Q. Fabius Maximus consul, aduersus Allobroges & Bituitum Auernorum regem feliciter pugnauit. Flor. ibidem.
190 3848 Olym. 165	120 15 2 E	P. Manilius, Man. f. P. Nepos. C. Papyrius, C. f. Carbo. Coss. 633	22 Septemb 628	—ANTIOCHVS GRYPHVS Demetrij filius, occiso Alexandro regnauit in Syria annis duodecim. Euseb. Ea autem lege à matre Cleopatra regnum ei datum est, vt filius nomen, mater autem ius omne imperij retineret.
191 3849	119 16 3 D	L. Cæcilius, L. f. Q. n. Metellus Caluus. L. Aurelius, L. f. Cotta. Coss. 634	629	
Sabbatum terræ 192 3850	118 17 4 C	M. Portius M. f. Q. Martius Coss.		—Tres Soles visi sunt Q. Martio & M. Portio Coss. Plin. lib. 2. cap. 31.

Mundi. Seleucidarum. Ante Christum. Romæ conditæ. A Nabonassaro.

Mundi.	Seleucidarum.	Ante Christum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ conditæ.		A Nabonassaro.	
						M. f. Cato. Rex.		Q. Martius Coss. Samios gentem Alpinam expugnauit Eutrop. lib. 4.
3851	193	117	18	5 AB	635	Coss. L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus, Q. Mucius, Q. f. Q. n. Scæuola	630	Mycipsa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hyempsali & Iugurthæ fratris filio, quem in filium adoptauerat.
3852 Olym. 166	194	116	19	6 G	636	Coss. C. Licinius Geta, Q. Fabius, Q. f. Q. n. Maxi. Eburnus	631 21. Septemb	Ptolemæus Physcon Ægypti rex regno expulsus est. PTOLEMAEVS LATHYRVS cognomento Soter AEgypti rex annis 15. Epiphan.
3853 Initiū 50 hebdomadis.	195	115	1	7 F	637	Coss. M. Cæcilius, Q. f. Q. n. Metellus, M. Æmylius, Scaurus.	632	
3854	196	114	2	8 E	638	Coss. M. Acilius, M. f. C. Portius, M. f.	633	C. PORTIVS CATO Coss. in Thracia male aduer-

fus

Mundi	Seleucidarum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Romæ cond.	A Nabonassaro	
					L. n. Balbus. M. n. Cato. 639	634	sus Sardiscos pugnauit.
3855	197	3	9 DC	113	C. Cæcilius, Q. f. Q. n. Metellus, Caprarius. Cn. Papyrius, C. f. Carbo Coss. 640	635 20 Septemb.	Lumen de cœlo noctu visum est, C. Cæcilio & Cn. Papirio Coss. Plin. lib. 2. cap. 33. Bellum Cimbricum & Teutonicum cæptum, C. Cæcilio Metello, & Cn. Papyrio Carbone Coss. Duo Metelli fratres eodem die vnum ex Thracia, alterum ex Sardinia triumphum egerunt. Eutrop. lib. 4.
3856	198 Olym. 167	4	10 B	112	M. Liuius, C. f. M. n. Æmylian. Drusus L. Calphurnius. L. f. C. n. Piso Cæsonianus, Coss. 641	636	Liuius Drusus consul, aduersus Sardiscos gentem à Gallis oriundam in Thracia fœliciter pugnauit, magnumq; honorem tulit. Flor. in Liu. lib. 63.
3857	199	5	11 A	111	P. Cornelius P. f. P. n. Scipio Nasica. L. Calphurnius Bestia. Coss. 642	637	Bellum Iugurthinum cæptum est, P. Cornelio Scipione Nasica & L. Calphurnio Bestia Coss. Iugurtha consulem L. Calphurnium Bestiam aduersus se missum pecunia corrupit. Deinde Romam ingressus omnibus quoq; senatoribus pecunia corruptis aut attentatis, iterum egrediens Romam dixisse fertur: O VRBEM VENALEM, & maturè perituram, si emtorem inuenerit. Eutrop. lib. 4.
3858	200	6	12 G	110	M. Minutius, Sp. Posthumius Coss.		

Sabbatum terræ

Mundi	Seleucidarum	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Ab Vrbe condita	Coss.	A Nabonassaro	
					643	Q. f. Rufus. Sp. f. Sp. n. Albinus.	638	—Iugurtha Numidiæ rex A. Posthumium Albinum, consulis Sp. Posthumij fratrem cum exercitu oppressit, & ad ignominiosam pacem coëgit. Flor. in Liu. lib. 64. & Eutrop. lib. 4. —HANNA Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, circa hæc tempora nata est. Luc. 2. M. Iunius Syllanus consul Romanorum aduersus Cimbros infeliciter pugnauit. Flor. lib. 65.
3859	201	7	13 FE	109	644	Q. Cæcilius Metellus L. f. Q. n. Numidicus. M. Iunius Syllanus.	639 19 Sep.	—Q. Cæcilius Metellus consul Romanorum, Iugurtham duobus prælijs vicit. —ANTIOCHVS CYZICENVS filius Antiochi Sedetis, rex Syriæ annis 18. Euseb. —Iohannes Hyrcanus Sacerdos & dux Iudæorum his temporibus Samariam quæ à Iudæis defecerat, post annuam obsidionem solo æquauit.
3860 Initiū 51. hebdomadis. Olympias. 168	202	8	14 D	108	645	Ser. Sulpitius, Ser. f. Ser. Galba, M. Aurelius Scaurus, Hortensis.	640	L. Cassius Longinus Coss. à Tigurinis Gallis cum exercitu deletus est. C. Marius alter consul Rom. aduersus Iugurtham & Bochum Maurum feliciter pugnauit. Bochus Maurorum rex Iugurthā Romanis prodidit eundemq; captum Syllæ Marij Legato tradidit. M. TVLLIVS CICERO nascitur 3. Ianuarij quo anno Cimbri ingressi fines imperij Romani, Aurelium Scaurum cæso exercitu captum interfecerunt. Gell, lib. 15. cap. 28. Cicero ipse lib. 7. Epist. 5. ad Atticum, Natus autem est Cicero Q. Seruilio Cæpione, & C. Attilio Sarrano consulibus. Sunt tamen qui pro Sarrano Manlium hoc anno consulatum gessisse scribunt. Eodē quoq; hoc anno, Pridie Calendas Octobris, hoc est, 30. Septembris natus est Cn. POMPEIVS MAGNVS, teste Plinio lib. 37. cap. 2. Quod autem eodem anno quo Cicero natus sit, ex Plutarcho facile colligi potest.
3861	203	9	15 C	107	646	L. Cassius L. f. Q. n. Longinus. C. Marius, C. f.	641	
3862	204	10	16 B	106		Q. Seruilius, Q. f. C. Atilius Serran.		

Cyclus ☽ · Cyclus ☉ · Mundi · Seleucidarum · Ante Christum · Ab Vrbe condita · A Nabonassaro

Mundi.	Seleucidarum.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum.	Romæ cond.	A Nabonassaro.	Coss.	
							Cn. n. Capio. ...mus.	
3863	205	11	17 AG	105	647	642	P. Rutilius, M. f. Rufus, C. Manlius, M. f. P. Nepos Mari. Coss.	Sexto die Octobris C. Manlius consul, & Q. Cæpio Proconsul à Cymbris victi, castrisq; exuti sunt.
3864	206	12	18 F	104	648	643 18. Septemb	C. Marius, C. f. II. C. Flauius Fimbria. Coss.	C. Marius designatus iterum consul, à bello Iugurthino Romam reuersus Cal. Ianuarij triumphauit. Ante currum triumphalem Iugurtha ductus est, catenis vinctus cum duob. filijs. Et paulò pòst idem Iugurtha iussu consulis in carcere strangulatus est, Vell. Paterc. poste. volumi. Et Eutrop. lib. 4. C. Marius consul aduersus Cymbros Teutonesq; cum exercitu mittitur. Cimbri autem fuerunt Dani, nam & hodie adhuc Dani & Holsatij in Cimbrica Chersoneso habitant. Teutones fuerunt Germani, Die Teutschen. Ambrones habitauerunt ad Rhenum, quasi dicas, Ambrones, am Rhein. Fortasis inde est vrbs Embrica. Et non procul ab aquis Sextijs, vbi Marius vicit exercitum Teutorum & Ambronum, in Gallia sita est vrbs Ambrona. Tigurini per se noti sunt, nam eorum metropolis hodie adhuc sita est in Heluetia, videlicet, Tigurum, Zürich. Hi populi omnes aduersus Romanos hoc tempore conspirarunt.
Olym. 169								
3865	207	13	19 E	103	649	644	C. Marius, C. f. III. L. Aurelius, L. f. L. n. Orestes. Coss.	Arma cœlestia hoc anno spectata sunt ab ortu occasuq; inter se concurrentia, pulsis quæ ab occasu erant. Plin. lib. 2. cap. 59.
3866	208	14	20 D	102	650	645	C. Marius, C. f. IIII. Q. Lutatius, Coss.	

Sabbatum terræ.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Q. f. Catulus. | lius. IIII.

—ARISTOBVLVS filius Iohannis Hyrcani Rex Iudæorum anno 1. Hic fratrem Antigonum interfecit, alterum fratrem Alexandrum Iamneum in vincula coniecit. Matrem quoq; carcere diuturno & fame necauit.

651 | 646

Coss. C. Marius, C. f. V. M. Aquilius, M. f. M. Nepos.

101
15 21
CB

209
3867

Initiũ 52 hebdomadis.

—C. Marius quarto anno sui consulatus viriliter cum Teutonibus & Ambronibus ad aquas Sextias in Callia Narbonensi dimicauit, ducenta millia hostium cum duce eorum Teutobocho interfecit. Nonaginta millia capta sunt. Mulieres hostium paruulis suis ad saxa collisis, cunctæ sese ferro ac suspendio peremerunt. Eutrop. lib. 5.

—ALEXANDER IAMNEVS frater Aristobuli rex Iudæorum annis 27.

—Tertio Calendas Augusti hoc est 30. die Iulij, Marius quinto consul in campo ad Athesin flumen centum quadraginta millia Cimbrorum trucidauit. Plutarch.

652 | 647

17. Septemb

—Ptolemæus Lathyrus à matre Cleopatra expellitur.

Coss. C. Marius, C. f. VI. Valerius, L. f. L. n. Flaccus.

—PTOLEMÆVS ALEXANDER cum matre Cleopatra regnat in Ægypto annis 10. Eus.

100
16 22
A

210
3868

—Clypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit. Plin. lib. 2. cap. 34.

—C. Marius consul, & Q. Luctatius proconsul, de Cimbris Teutonibusq; triumphârunt.

—C. IVLIVS CÆSAR nascitur duodecimo Iulij. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12.

Olympias. 170

—Q. Metellus Numidicus in exilium sponte cedit, Saturnino Trib. pl. legem Agrariam ferenti. Optimates in foro à Mario trucidati sunt. Oro. lib. 5. Eodem hoc anno P. Malleolus matre interfecta, primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est.

653 | 648

Coss. M. Antonius aun. A. Postumius, A. f.

99
17 23
G

211
3869

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Triumuiri Orator: A. n. Albinus.

654 — 649

Coss. Q. Cæcilius, Q. f. Q. Nepos Metellus. T. Didius T. f. Sex. Nepos, Viuius.

98 — 18 24 F

212 — 3870

—Metellus Numidicus consensu totius populi ab exilio reuocatur Flor. lib. 69.

—Alexander Iamneus rex Iudæorum circa hæc tempora Ptolemaidem obsidione cingit, cuius ciues Ptolemæum Lathyrum à matre Cleopatra expulsum ex Cypro accersunt.

—M. Aquilius qui in consulatu suo bellum seruile in Sicilia concitatum confecerat, cùm de pecunijs repetundis causam diceret, M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius discidit, vt honestas cicatrices ostenderet, quibus conspectis indubitanter absolutus est. Flor. lib. 69.

655 — 650

Coss. Cn. Cornelius Lentulus. P. Licinius, M. f. P. n. Crassus pater Crassi oratoris.

97 — 19 25 ED

Sabbatum terræ, Iubileus IX. post capt Babyl.

213 — 3871

—Alexander Iamneus rex Iudæorum copias suas à Ptolemaide domum reducit, metuens Ptolemæum Lathyrum aduenientem cum 30. millibus.

—Didius proconsul aduersus Celtiberos fœliciter pugnauit. Flor. in Liu. lib. 70.

—Hoc anno Romæ senatus consultum factum est, ne homo immolaretur, quod antea fieri religiosissimum erat Plin. lib. 30.

656 — 651 16. Septemb

Coss. Cn. Domitius, Cn. f. C. Cassius, L. f. Q. n.

96 — 1 26 C

214 — 3872

—Alexander Iamneus rex Iudæorum à Ptolemæo Lathyro in fugam conuertitur, & 30. millia Iudæorum amisit. Ptolemæus Lathyrus Iudæam crudeliter vastat, quidquid puerorum & mulierum in pagis reperit, mactari & concidi in frusta, & coqui militibus suis iussit, vt eò terribiliores Iudæis essent.

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Mundi. / Seleucidarum.	Ante Christum. / Cyclus ☽ / Cyclus ☉	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
		Cn. n. Ahenobarbus. Longinus.		—Cleopatra Ægyptiorum regina, filium Ptolemæum Lathyrum ex Iudæa eiecit. Ad eam obsidentem Ptolemaidem Alexander Iamneus Iudæorum rex cum magnis muneribus profectus, benignè suscipitur, & facto fœdere cum Cleopatra domum redit.
Olym. 171				
		657	652	
215 / 3873	95 / 2 / 27 / B	Coss. L. Licinius, P. f. P. n. Crassus Orator. Q. Mutius, P. f. Pat. Scæuola. Iurisperitissimus.		—Consul Q. Mutius Scæuola est is, qui totum ius ciuile certa methodo in lib. 18. redegit. Huius ὅρων seu definitionum liber in ff. citatur.
				—Alexander Iamneus rex Iudæorum Gadara vrbem munitam decem mensibus obsessam cepit.
		658	653	
216 / 3874 / Initiū 53 hebdomadis.	94 / 3 / 28 / A	Coss. C. Cæcilius Caldus. L. Domitius, Cn. f. Cn. n. Ænobarbus.		—Alexander Iamneus rex Iudæorum circa hæc tempora expugnauit Amathuntem Raphiam & Anthedonem. Ioseph.
		659	654	
217 / 3875	93 / 4 / 1 / GF	Coss. C. Valerius Flaccus. M. Herennius.		—Totus hic annus domi forisq; tranquillus fuit.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mundi / Seleucidarum	Ante Christum	Romæ conditæ	A Nabonassaro	
		660 Coss. C. Claudius, C. f. C. n. Pulcher. M. Perpenna, M. f.	655 15 Sep.	Alexander Iamneus rex Iudæorum Gazam diu obsessam, multis ibi suorum amissis, tandem proditione Lysimachi accepit, & crudeliter omnibus ciuibus trucidatis solo æquauit. Postea, incertum tamen quo anno, inuisus populo, in festo tabernaculorum tanquam indignus Sacerdotio, idem Alexander Iamneus sacrificans propemodum extinctus est, à circumstante multitudine, ramos in ipsum conijciente, quos pro ritu festiuitatis Iudæi gestabant.
	92 5 2 E			P. Rutilius vir summæ innocentiæ, inuisus equestri ordini, repetundarum damnatus in exilium missus est.
218 3876				L. Crassus Censor cum Cn. Domitio.
Olym. 172				
		661 Coss. L. Martius, Q. f. Q. n. Philippus. Sex. Iulius, C. f. Sex. n. Cæsar.	656	BELLVM SOCIALE cæpit Sex. Iulio Cæsare & L. Martio Philippo consulibus.
	91 6 3 D			HANNA PROPHETISSA filia Phanuel, elocata est viro, & vixit in matrimonio de virginitate sua annis septem. Lucæ 2.
219 3877				Prodigia Romanos terrent. Nam sub ortu Solis globus igneus à regione septentrionali, cum maximo fragore cœli emicuit. Apud Aretinos cum panes in conuiuio frangerentur, cruor è medijs panibus quasi è vulneribus corporum fluxit. vide Eutrop. lib. 5.
				Liuius Drusus autor belli Socialis, inuisus senatui, domi suæ incerto quidem autore interfectus est.
		662 Coss. L. Iulius, L. f. S. n. P. Rutilius, L. f.	657	PTOLEMÆVS Lathyrus rex Ægypti annis 8. Eus.
Sabbatum terræ.	90 7 4 C			Omnium generum animalia qui manus hominum blandè perpeti atq; inter homines viuere solita erant, relictis stabulis pascuisq; cum balatu, hinnitu, mugituq; miserabili, ad syluas montesq; fugerunt. Canes quoq; lacrymosis vlulatibus vagi luporum ritu oberrarunt. Eutrop. & Oros. lib. 5
				Circulus rubri coloris in cælo visus est. Plin. lib. 2. cap. 30
220 3878				

Mundi. Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A. Nabonassaro.

Seleucidarum & Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Consules	Romæ conditæ	a Nabonassaro	
				Cæsar. L. n. Lupus.			SELEVCVS filius Antiochi Gryphi, occiso Antiocho Cyziceno patruo suo, regnum Syriæ occupat. Quam diu regnârit non inuenio.
221 3879	8	5 BA	89	Cn. Pompeius, Sex. f. Cn. Strabo. fuit hic Magni Pompeij pater. L. Portius, M. f. M. n. Cato. Coss.	663	658	Rutilius consul Romanorum à Marsis occiditur. Alter consul L. Cæsar initio malè, postea feliciter contra Samnites pugnauit. C. Marius prælio Marsos fudit C. Cæcilius in Gallia Transalpina Saluios rebellantes fudit. Flor. in Liu. lib. 73. Cn. Pompeius consul, Magni Pompeij pater Marsos acie vicit. L. Cornelius Sylla legatus Samnites vicit, & bina eorum castra expugnauit, etc.
222 3880 Olym. 173	9	6 G	88	L. Cornelius L. f. P. n. Sylla. Q. Pompeius, Q. f. Rufus. Coss.	664	659 14 Sep.	L Portius consul, rebus prosperè gestis, fusisq; aliquoties Marsis, dum castra eorum oppugnat, in prælio cadit. Flor in Liu. lib. 74. BELLVM MITHRIDATICVM cæpit L. Cornelio Sylla & Q. Pompeio Rufo consulibus. ANTIOCHVS EVSEBIVS, filius Antiochi Cyziceni occiso Seleuco, regnauit in Syria, incertū est quam diu Contentio orta est inter Marium & Syllam de bello Mithridatico. Sylla consul Marium ex vrbe eiecit. BELLVM CIVILE INTER MARIVM ET SYLLAM.
223 3881 Initiū 54 hebdomadis.	10	7 F	87	Cn. Octauius, Cn. f. Cn. n. L. Cornelius, L. f. L. n. Cinna. Coss.	665	660	Cicero hoc tempore Romæ Philonem Academicum in Philosophia audiuit, qui metuens exercitum Mithridatis cum Atheniensium optimatibus Romam profugerat. L. Cornelius Sylla proconsul, Græciam & alias prouincias à Mithridate occupatas, bello aggreditur. CICERO Moloni Rhodio operam dat. L. Cornelius Cinna à collega Octauio propter perniciosas leges vrbe pulsus, accersiuit Marium ex Africa & collecto exercitu Romam obsedit, eaq; dedita, primates Romanorum interfecit.
224 3882	11	8 E	86	C. Marius, C. f. L. Cornelius, L. f. Coss.	666	661	C. Marius septimo consul, Idibus Ianuarij moritur Flor. lib. 80. suffectus est illi Valerius Flaccus. Obijt autem Marius cum esset annorum 70. Calendis Martij, quæ cum Anthesterione sexto mense Atheniensium cohærebant, SYLLA Athenas expugnauit, & eiecto præsidio Mithridatico, vrbi libertatem restituit. Plutarch. Incidit autem illo tempore Romanis mensis Martius in mediam hyemem.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Vl. huic suffectus est Valerius Flaccus. *L. n. Cinna. II.*

Romæ cond. 667 — A Nabon. 662

—ANTIOCHVS frater Seleuci, Antiochi Gryphi filius, occiso fratre, partem regni occupat.

—DEMETRIVS & Philippus fratres, filij Antiochi Cyzeni simul regnant, quibus Antiochus Antiochi Gryphi filius resistens citius occiditur. Ioseph. ant. lib. 13. cap. 19

—Sylla exercitum Mithridatis in Thessalia vicit, cæsis hostium centum millibus. Flor. lib. 82.

—L. Valerius Flaccus consul Romanorum collega Cinnæ qui emissus erat vt Syllæ succederet, propter auaritiam inuisus exercitui suo à C. Fimbria Legato vltimæ audaciæ homine occiditur.

Seleucidarum 225 — Mundi 3883 — Ante Christum 85 — Cyclus ☽ 12 — Cyclus ☉ 9 — DC

L. Cornelius, L. f. L. n. Cinna. III. Coss. Cn. Papyrius, Cn. f. C. n. Carbo.

—C. Fimbria vrbem Ilion, quæ se potestati Syllæ reseruabat expugnauit. Flor. lib. 83.

—C. Iulius Cæsar, pater Dictatoris, repentina morte Pisis obijt. Sueton.

—M. Brutus cui tot libros Cicero inscripsit, natus est.

Romæ cond. 668 — A Nabon. 663, 13. Sep.

—Alexander Iamneus rex Iudæorum circa hæc tempora à Demetrio Syriæ rege ingenti strage victus, omnem peregrinum militem in prælio amisit, & ipse vix fuga elapsus est.

Seleucidarum 226 — Mundi 3884 — Ante Christum 84 — Cyclus ☽ 13 — Cyclus ☉ 10 — B

Cn. Papyrius, Cn. f. C. n. Carbo. II. Coss. L. Cornelius, L. f. L. n. Cinna. III.

—HANNÆ Prophetissæ maritus moritur, illa piè vixit in viduitate annis. 84. Luce. 2.

—C. Iulius Cæsar, Cinnæ filiam Corneliam vxorem ducit.

Olym. 174

—Cinna ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere, & aduersus Syllam proficisci occiditur.

Romæ cond. 669 — A Nabon. 664

Sabbatum terræ.

—Fimbria desertus ab exercitu, qui ad Syllam transierat seipsum percussit, impetrauitq; à seruo præbens ceruicem, vt eum omnino interficeret. Flor. in Liu. lib. 83.

—PHILIPPVS victo fratre Demetrio in Syria regnat solus 2. annis. Euseb. Ioseph. ant. lib. 13. cap. 20.

Seleucidarum 227 — Mundi 3885 — Ante Christum 83 — Cyclus ☽ 14 — Cyclus ☉ 11 — A

L. Cornelius, L. f. L. n. Scipio Asiaticus. Coss. C. Norbanus Flaccus.

Cn. POMPEIVS, primò ducis partes agens cum tribus legionibus ad Syllam concessit.

SYLLA facta pace cum Mithridate redit in Italiam, Norbani consulis exercitum acie vicit. L. Scipionis alterius consulis exercitus, vltro ad Syllam transijt.

PTOLEMÆVS AVLETES qui & Dionysius vocatur, pater vltimæ Cleopatræ, regnat in Ægypto annis 30. Euseb.

Romæ cond. 670 — A Nabon. 665

C. Marius Iunior consul à Sylla acie victus, cũ in oppidũ Præneste fugisset, & circumsessus non posset effugere, sibi mortem consciuit.

Cum fratres Philippus & Demetrius Syriæ reges de imperio certarent, Syri pertæsi discordia fratrum accersunt Tigranem Armeniæ regem.

Seleucidarum 228 — Mundi 3886 — Ante Christum 82 — Cyclus ☽ 15 — Cyclus ☉ 12 — G

C. Marius, C. f. C. n. Coss. C. Papyrius, Cn.

Mundi. | Seleucidarum. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Mundi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
				C. n. Gratidianus. / ...ſ. C. n. Carbo. III. — 671	666	—TIGRANES Armeniæ rex regnat in Syria annis 8. —Cn. POMPEIVS, Siciliam recepit, Carbonem conſulem, à fuga retractum interfecit, Africam ſubegit, occiſoq; Hiarba Muro, Magni nomen accepit.
3887	16	13 FE	81	Coſſ. M. Tullius, M. f. A. n. Decula. / Cn. Cornelius Dolabella. — 672	667	—SYLLA Romam ingreſſus, vrbem & vniuerſam Italiam cædibus repleuit. Poſthæc de Mithridate ingenti gloria triumphauit. Cn. quoq; POMPEIVS MAGNVS vrbem ingreſſus eſt triumpho annos natus 24. Eutrop. lib. 5. SYLLA DICTATOR electus, regio more ſupra conſules ſedens leges neceſſarias tulit. —CICERO anno ætatis 26. cauſſam pro Quinctio dixit. M. Tullio & Cn. Dolobella Coſs. Gell. lib. 15. cap. 28
3888 Initiũ 55. hebdomadis. Olym. 175	17	14 D	80	Coſſ. L. Cornelius, L. f. P. n. Sylla Felix II. / Q. Cæcilius, Q. f. L. n. Metellus Pius. — 673	12 Sep. 668	—SYLLA DICTATOR Leges & Iudicia Romæ reſtituit. Retinentur & hodie in Pandectis leges Corneliæ de Sicarijs, & de falſarijs ab eodem Sylla latæ.
3889	18	15 C	79	Coſſ. P. Seruilius, C. f. M. n. Vatia Iſauricus. / Ap. Claudius, Ap. f. C. n. Pulcher. — 674	669	—Sex ROSCIVS à CICERONE defenditur. Gell. lib. 15. cap. 28. —CICERO ATHENIS primum ſex menſibus, apud Antiochum Academicum operam dat Philoſophiæ, deinde totam Aſiam peragrat.
3890	19	16 B	78	Coſſ. M. Æmylius, Q. f. / Q. Lutatius, Q. f.		—SYLLA depoſito magiſtratu priuatus vixit, commentarios ſcripſit, Luculloq; dedicauit. Plutarch. —SERTORIANVM BELLVM geſtum eſt, M. Æmylio Lepido & Q. Catulo Coſs. Eutrop. lib. 6.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—SYLLA mortuus est, & honorifico funere in campo Martio sepultus.

M. n. Lepidus. Q. n. Catulus.

—CICERO tota Asia minore & Rhodo peragrata Romam rediјt.

675 | 670

Coss. *D. Iunius, D. f. M. n. Brutus. Mã. Æmy. Mã. f. M. n. Lepid. Liuianus.*

77
1 17 A G

3891

—P. Seruilius Ciliciam subegit, primusq; omnium Romanorum per montem Taurum duxit exercitum, & Isauros domuit. Romam deinde reuersus, triumphans Isaurici nomen meruit. Oros. lib. 5. Eutrop. lib. 4. Flor lib. 93.

676 | 671
11 Sep.

Coss. *Cn. Octauius, Cn. f. Cn. n. C. Scribonius, C. f. Curio.*

76
2 18 F

Sabbatum terræ.

3892

Olym. 176

—Cn. Pompeius Magnus in Hispaniam missus, Metello iungitur. Sertorius victo Pompeio, illum Romanorum ducem à se victum gloriatus est, quem magna præditum fiducia, ad hoc bellum non pro consule, sed pro consulibus Roma misisset. Eutrop. lib. 6. Sed Pompeius collectis viribus, paulò pòst Belgidam Celtiberiæ vrbem cepit, & cum Sertorio iterum æquo Marte pugnauit.

677 | 672

Coss. *L. Octauius, Cn. f. Cn. Nepos. C. Aurelius. M. f. Cotta, Orator.*

75
3 19 E

—CICERO QVÆSTOR. Hortensius Ædilis Curulis.
—C. Scribonius Curio proconsul, Dardanos vicit, & ad Danubium vsq; primus Romanorum penetrauit, triumphum meruit. Oros. lib. 5. Eutrop. lib. 6.

3893

678 | 673

Coss. *L. Licinius, L. f. M. Aurelius, M. f.*

—CICERO PRÆTOR SICILIÆ. Verres Prætor vrbis.

74
4 20 D

3894

Mundi.	Ante Christum.	Romæ cond.	A Nabon.

Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Romæ conditæ	Consules	A Nabonassaro	
					L. n. Lucullus. Cotta.		ALEXANDRA vidua Alexandri Iamnei regnat in Iudæa annis 9. Hyrcano seniore filio creato Pontifice. Ioseph ant. lib. 20. cap. 18.
3895 Initiū 56 hebdomadis.	5	21 CB	73	679	Coss. M. Teren. M. f. Varro. Lucullus. C. Cassius, L. f. Varus.	674	L. Licinius Lucullus consul Romanorum, Mithridatem memorabili victoria, nauali & terrestri prælio vicit. Plutarch. in Lucullo. Sertorius eodem tempore in Hispania à proprijs militibus occisus est. ARIOVISTVS Germanorum Rex Galliam inuadit. Milites eius Germani annis 14. tectum non subeunt, donec à Cæsare victi sunt. Cæsar de bello Gallico lib. 1.
3896 Olym. 177	6	22 A	72	680	Coss. L. Gellius, L. f. Publicola. Cn. Cornelius, Cn. f. Lentulus Clodianus.	675 10 Sep.	Bellum cum gladiatoribus gestum est, quorum dux fuit Spartacus, qui ambos consules in fugam coniecit.
3897	7	23 G	71	681	Coss. Cn. Aufidius, Cn. f. Orestes. P. Corne. P. f. P. n. Lentul. Sura.	676	M. CRASSVS prætor, auxiliator Spartaci Gallos Germanosq́; superauit. Spartacum deinde ipsum, cum quadraginta millibus fugitiuorum occidit. Flor. in Liu. lib. 97. Cn. POMPEIVS MAGNVS Perpennam Sertorij commilitonem prostrauit, Hispanias recepit, cumq́; Belli Spartaci reliquias confecisset ante consulatum suum denuo triumphauit.
3898	8	24 F	70	682	Coss. Cn. Pompeius. M. Licinius.	677	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mundi	Ante Christum	Romæ cond.		A Nabonassaro	
Sabbatum terræ.		P. f. Mn. CRASSVS.	P. f. Sex. n. Magnus.		—M. Lucullus Macedoniam subegit, ad Danubium vsq; penetrauit, L. Lucullus Tigranem vicit.
		683		678	—P. VIRGILIVS MARO nascitur Mantuæ, Idibus Octobris, POMPEIO ET CRASSO Consulibus, cum Cicero ageret annum ætatis 37.
3899	69 · 9 · 25 · ED	Coss. Q. Cæcilius, L. f. Q. n. Metellus	Q. Hortensius, L. f. Orator.		—CICERO Ædilis Curulis.
					—Pridie Non. Octobris L. Lucullus Tigranem Armeniæ regem memorabili pugna superauit. Plutarch.
		684		679 · 9 Sep.	
3900 · Olym. 178	68 · 10 · 26 · C	Coss. Q. Marius, Q. f. Vaia Rex.	L. Cæcilius, L. f. Q. n. Metellus.		—Q. Cæcilius Metellus, Cretam insulam triennio subegit, & de illa gloriose triumphans Creticus dictus est. Eutrop. & Flor. lib. 3. cap. 7.
		685		680	
3901	67 · 11 · 27 · B	Coss. M. Acilius, M. f. M. n. Glabrio.	C. Calphurnius, Piso.		—CICERO Prætor Vrbanus, orationem pro L. MANILIA habuit. —Cn. POMPEIVS MAGNVS bellum Pyraticum intra paucos menses ingenti felicitate & mira celeritate confecit. Postea imperator designatus est contra Mithridatem. Plutarch.
		686		681	
3902	66 · 12 · 28 · A	Coss. L. Iunius Volca-	M. Æmylius, Le-		—Alexandra Iudæorum regina ægrotans, HYRCANVM filium natu maiorem, regni hæredem constituit. Egesip. lib. 2. capite 13. qui tribus tantum mensibus præfuit. Iosep. Hebræus lib. 5. cap. 14.

Mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Ante Christum	Romæ conditæ	Coss.	A Nabonassaro
Initiū 57 hebdomadis.					tius Tullus. Pidus.	
				687		682
3903	13	1 GF	65		Coss. P. Cornelius Ser. f. P. n. Sylla. P. Antronius Pætus.	
				688		683 8 Sep.
3904 Olym. 179	14	2 E	64		Coss. L. Iulius, L. f. L. n. Cæsar cōsobrinus Dictatoris in 3. gradu. C. Marcius, C. f. C. n. Figulus.	
				689		684
3905	15	3 D	63		Coss. M. TVLLIVS, M. f. M. n. CICERO. C. Antonius, M. f. Hybrida Triumuiri patruus.	
				690		685
3906 Sabbatum terræ.	16	4 C	62		Coss. D. Iunius, M. f. L. Licinius L. f.	

—ARISTOBVLVS SECVNDVS Rex Iudæorum, viuente adhuc matre, ægritudinis tamen eius occasione, insulas regias induit, & in remotis ac munitioribus locis regem agere cæpit, teste Egesippo lib. 1. cap. 13.

Alexandra Regina Iudæorum, mater Aristobuli, obijt anno regni sui nono, ætatis 73. Aristobulus fratrem Hyrcanum prælio victum, & in munitione templi Ierosolymitani aliqnandiu obsessum, coëgit & regnum & Sacerdotium deponere, atq; ita pulso fratre solus regnum & Sacerdotium obtinuit annis tribus. Eges.

—Cn. Pompeius Magnus Mithridatem Ponti Regem nocturno prælio vicit. Dion. lib. 37.

—Aretas Arabiæ Rex accersitus ab Hyrcano & Antipatro, Aristobulum regem Iudæorum acie victum, capta vrbe Ierosolyma templo inclusum aliquandiu obsedit, donec Scauri iussu, qui Pompeij Legatus Syriæ præerat, copias suas in Arabiam reducere coactus est. Ioseph. & Egesip.

Consules huius anni P. Cornelius Sylla & P. Antronius Pætus, lege Calphurnia de ambitu, à C. Pisone Coss. paulò ante lata, damnati sunt circa finem anni, eisq; statim suffecti L. Aurelius Cotta & L. Manlius Torquatus.

His consulibus HORATIVS POETA natus est 8. die Decembris. Euseb. & Horat. Epod. Ode. 3. & lib. 3. carmin Oda. 21.

Aristobulus Iudæorum Rex, vlciscendi se causâ Arabibus bellū inferens, vno prælio sex millia occidit.

TVLIA CICERONIS FILIA, Cn. Pisoni desponsata.

Mithridates Ponti Rex, à Pharnace filio obsessus, venenum sumpsit, cūq; id sæpius frustra bibisset, quod aduersus venenum multis medicaminibus corpus firmauerat, immissum percussorem Gallum autoritate vultus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiuuit.

Tigranes Armeniæ & Siryæ rex, paulò ante Saturnalia, decimo sexto milliario ab Artaxata in castra Pompeij venit, & procumbens ad genua Pompeij, diadema suum in manus eius deponit, quod Pompeius ei in caput reposuit, magnificeq; eum habitum, regni tamen parte mulctauit & grandi pecunia. Syria tunc Romanorum prouincia facta est. Plut in Pompeio, Dion & Xiphil.

CICERO in Bruto se consulem fuisse scribit sexto anno post Hortensium, C. IVLIVS CÆSAR hoc anno fuit Prætor. CICERO consul, coniurationem Catilinæ repressit.

IOACHIM qui & Elyh. auus Christi, pater Mariæ virginis hoc anno natus est. Hieron

—*Cum Pompeius pacato oriente venisset Damascum, ineunte vere audita controuersia, inter Aristobulum regem Iudæorum fratremq; eius Hyrcanum, æquior factus Hyrcano, dimisit Aristobulum in Patriam, ea conditione, vt fratri regnum restitueret.*

IEROSOLIMA à Pompeio capta est, tertio mense obsidionis, die Ieiunij, hoc est. 17. die mensis Thamus, tunc enim Ieiunium seruant Iudæi, ob fractas in Sinai tabulas. Respondet hic dies, si annos Iulianos retro cogitemus, 4. die Iulij, & incidit in diem Sabbati. Tali igitur die Cn. Pompeius Magnus Ierosolymam vi expugnatam cepit, 22. millia Iudæorum interfecit, ingressus etiam adytum templi, perlustrauit ea, quæ solis summis Sacerdotibus aspicere licebat, Hircano summum Sacerdotium absq; regno restituit, & totam Iudæam tributariam Romanis fecit, regemq; Iudæorum Aristobulum cum duobus filijs ad triumphum secum abduxit Ioseph. Egesip. & Xiphil in Pompeio die Sabbati vrbem captam esse scribit.

C. OCTAVIVS CÆSAR AVGVSTVS natus est, 23. die Septembris paulò ante Solis ortum. Sueton & GEL. lib. 15, cap. 7. Cicero hoc tempore orationem habuit pro L. Murena in sequentem annum consule designato.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Sylanus. Murena.

- Catonis Vticensis Tribunatus, de quo Plutarch.
- Alexander Aristobuli regis Iudæorum filius, cum patre à Pompeio captus, in itinere antequam Romam perduceretur, jn Cilicia deceptis custodibus effugit.
- Metellus de Creta triumphauit. Eutrop. lib. 6. Carol. Sigon.

691 | 686

M. Pupius, M.f. Calphurnius Piso. M. Valer. M.f. M.n. Messala Niger. Coss.

61 | 17 | 5 | BA | 3907

- Q. Cicero, M. Tullij Ciceronis frater, Asiæ Prætor triennium.
- Orgetorix Heluetijs persuasit, vt de finibus suis exirent, M. Messala & L. Pisone consulibus. Cæsar de bello Gallico lib. 1.
- P. Clodius in festo Bonæ Deæ domi Cæsaris deprehensus.
- CICERO orationem habuit pro L. Flacco.
- Pridie Calendas Octob. hoc est, 30. Septé., M. Pisone & M. Messala consulibus, die natali suo, CN. POMPEIVS MAGNVS, inchoans annum ætatis 46. triumphum egit, cùm de alijs nationibus victis, tùm etiam de Iudæis subactis & expugnatis IEROSOLYMIS, & duxit secum in triumpho, filios Mithridatis Ponti regis, Tigranem Armeniæ regis filium, & ARISTOBVLVM regem Iudæorum, eiusq; filium ANTIGONVM, & populo monstrauit integras arbusculas balsami. Plin. lib. 7. cap. 27. triumphauit autem Pompeius biduum, 29. & 30. Septembris.

692 | 687 | 7. Sep.

Q. Cæcilius, M.f. M.n. Metellus Celer. L. Afranius, A.f. Coss.

60 | 18 | 6 | G | 3908

- CICERO reconciliat CRASSVM & POMPEIVM. Vide epist. 13. ad Atticum.
- CÆSAR Prætor creatus, Hispaniam ad Oceanum vsq; subegit.
- T. LIVIVS Patauinus historicus nascitur.

Olym. 180

693 | 688

C. IVLIVS, C.f. C.n. CÆSAR. M. Calphurnius Bibulus. Coss.

59 | 19 | 7 | F | 3909

Initiũ 72 hebdomadis.

- C. IVLIO CÆSARI Coss. Illyricum & Gallia cisalpina in quinquennium decernuntur.
- Orgetorix moritur, neq; abest suspicio, quin ipse sibi mortem consciuerit. Post eius mortem, nihilominus Heluetij, id quod constituerant, facere conantur, vt è finibus suis exeant. Cæsar de bello Gallico lib. 1.
- IVLIA Cæsaris filia, Pompeio nubit.
- ARIOVISTVS Germanorum Dux, Rex atq; amicus à senatu Romano appellatus est. Cæsar de bello Gallico lib. 1. C. Octauius AVGVSTI pater Nolæ obijt.
- Alexander Aristobuli filius, qui pompeij manus euaserat, contracto exercitu Iudæam inuasit, patruum Hyrcanum Ierosolymis expulit, munitiones dirutas instaurauit, & præsidijs firmauit. Ioseph. ant. lib 14. cap. 10

694 | 689

L. Calphurnius, L.f. A. Gabinius, A.f. Coss.

58 | 1 | 8 | E | 3910

- P. CLODIVS Ciceroni diem dixit, quod nobilissimos ciuitatis necasset indicta causa. CICERO ante Idus Aprilis in exilium abijt, pulsus à Clodio Trib. pleb.
- BELLVM GALLICVM A CÆSARE INCHOATVM EST L. PISONE ET A. GABINIO CONSVLIBVS.
- Q. Cicero ex Asia rediit.

Mundi. | Ante Christum | Romæ cond. | A. Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. IVLIVS Cæsar Heluetios Tigurinos ad flumen Ararim trucidauit. lib. 1. de bello Gall.

CICERO absens damnatus est à Clodio Trib. pleb. vt bonis eius publicatis, quadringentis millibus passuum ab Italia igni & aqua illi interdiceretur, qui vero hospitio suscepisset, exul esset, & sua omnia amitteret. Clodius Ciceronis villas diripuit & incendit, domum eius in Palatio à fundamentis demolitus est, & in area templum libertatis constituit. Fortunas omnes hastæ subiecit. Cicero interim in Macedoniam aufugit, vbi à Planco benignè exceptus est.

Cæsar Heluetios acerrimo prœlio vicit, & in fines suos, vnde erant profecti reuerti iussit. lib. 1. de bello Gallico.

GABINIVS consul Syriæ præses, Alexandrum Aristobuli filium, vno prælio victum, & diu postea obsessum in oppido Alexandrio, ad deditionem adegit, & traditas munitiones præcipuas destruxit.

Cæsar Vesontionem occupat, & præsidio ibi collocato, aduersus Ariouistum siue Ernestum regem Germanorum exercitum ducit. Hic habuit sub suo imperio Marcomannos, hoc est, Morauienses, Suevos die Schwaben Tribotes hodie Argentinenses, Nemetes nunc Spirenses, ac Vangiones qui VVormacienses appellantur. etc. Hos populos omnes Cæsar vno tempore acerrimo prælio vicit, Rex eorum Ariouistus quod idem ferè sonat ac Ernvest, siue Ernestus, in fuga nactus nauiculam ad ripam Rheni alligatam ea profugit. Duæ eius vxores in fuga perieruut, ex filiabus altera capta, altera occisa est. lib. 1. de. bello. Gall.

Cæsar. vna æstate duobus maximis bellis confectis, maturius paulò quam tempus anni postulabat, in hyberna in Sequanos exercitum ducit, quorum Metropolis fuit Vesontium, vulgo Bisantz, quæ ciuitas hodie in Burgundiæ comitatu sita est. Cumq; T. Labienum hybernis præfecisset, Cæsar ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus est. lib. 1. de bello. Gall.

Cum esset Cæsar in citeriore Gallia in hybernis, crebri ad eum rumores afferebantur, literisq; item Labieni certior fiebat, omnes Belgas contra populum Romanum coniurare obsidesq; inter se dare. Iis nuncijs literisq; motus Cæsar, duas nouas legiones in citeriore Gallia conscripsit, & ineunte æstate in vlteriorem Galliam qui duceret, Q. Pedium legatum misit. lib. 2. de bello Gall.

P. CORNELIVS Lentul⁹ Consul, CICERONEM ab EXILIO REVOCAVIT. Nam cum Clodius Pompeium quoq; in publica concione contumelijs proscinderet. Pompeius fretus autoritate consulis Lentuli, qui Ciceroni amicissimus erat, autor fuit T. Annio tribuno pleb. vt rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando. Quæ res repugnante Clodio ingentes turbas in vrbe concitauit, multi enim interfecti sunt, adeò vt Q. Cicero Marci frater, inter cadauera latitans sit seruatus. Postremo Pompeius armis Clodium foro expulit, Ciceroq; totus populi consensu est reuocatus.

L. n. Cæsonianus, Sacer Cæsaris.

[Gabi]nius Præses in Iudæam mittitur.

695 | 690

Coss. P. Cornelius, P. f. Lentulus Spinther, & Q. Cæcilius, Q. f. Q. n.

57

2 D 9 C

3911

Mundi. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

A Nabonassaro.	Romæ conditæ.	Ante Christum.	Seleucidarum.	Mundi.
691 6. Sep.	606 Metellus Nepos. Coss. Cn. Cornelius, P. f. P. n. Lentulus Marcellinus. & Q. Marcius, L. f.	56 3 10 B		3912

—Bibrax Rhemorum oppidum à Belgis oppugnatur. lib. 2. de bello Gallico.

—Pridie nonas Sextiles, hoc est, quarto die Augusti, Cicero Dyrrachio profectus est Brundusium ipso illo die, quo lex de ipso lata fuerat à Clodio ante annum. Epist 1. lib. 4. ad Atticum.

—Rhemi populi Parisijs vicini Cæsarem commeatu adiuuarunt. lib. 2. comment. de bello. Gallico.

—Pridie Nonas Septembris, hoc est, quarto die Septembris CICERO ab exilio reuocatus, vrbem Romam ingressus est, & mirificio studio omnium ætatum atq; ordinum, & plausu maximo congratulantium ciuium, in Capitolium atq; inde domum suam deductus est. Epistola prima lib. 4. ad Atticum. Senatus enim decreuit vt domus & villæ eius publico instaurarentur sumptu.

—Cæsar Belgarum populos bellicosissimos, vnde & Belgæ, hoc est, **die Balger** dicti sunt, acriter cum eis pugnans profligauit. lib. 2. de bello. Gall.

—ARISTOBVLVS rex Iudæorum, Roma ex custodia elapsus, cum filio Antigono, in Iudæam reuersus est, & collecto exercitu, Alexandrium à Gabinio paulò ante dirutum, denuo muniuit, sed paulò pòst à Gabinio Syriæ præside acerrimo prælio victus, in Macherunte capitur, & cum duobus filijs, Alexandro & Antigono, denuo vinctus Romam mittitur, petente tamen Gabinio, vt filij ad matrem in Iudæam statim remitterentur, qua in re Romani Gabinio sunt gratificati.

—Cæsar singulas Belgarū gentes bello aggreditur, Suessiones cum oppido Nouioduno, haud procul à Parisijs, vbi hodie est sedes Episcopalis, se cæsari dediderunt. Idem fecerunt Belloraci vbi hodie est ciuitas episcopalis in prouincia Rhemensi ac Francorū regno sita, hodie vocantur **die Beauuoisin**. Sic & Ambiani habitantes in Amiens, à Cæsare in gratiam recipiuntur. Horum vicini Neruij nunc Tornacenses dicti, & Atrebates hodie Artesienses in Picardia habitantes, omnium belgarum fortissimi, à Cæsare difficillimo bello superati, ad internecionem penè deleti sunt. Cæsar postea Aduaticos populos in Britannia habitantes expugnauit, & eius Legatus P. Crassus maritimas ciuitates in Gallia subegit, vbi nunc ducatus Britanniæ citerioris in Francia situs est. Vide lib. 2. de bello. Gall.

—*Cæsaris exercitus hyemauit in Andibus, Turonibus & Carnutibus, qui populi hodie vocantur Andegauienses, Turonenses, & Carnutum ciuitas episcopalis in Francia sita, hodie adhuc nomen retinet. lib. 2. com. Cæs.*

—Ser. Galba autem Legatus Cæsaris cum in vico Octodoro ad Rhodanum fluuium hybernaret, qui vicus S. Mauricij hodie vocatur, ægrè aduersus vicinos Veragros Sedunos & Antuates crastra defendere potuit. Tandem tamen hoste fugato, legionem suam in Allobroges duxit, ibiq; hyemauit, qui populi hodie Sabaudiæ duci subiecti sunt. Vide lib. 3. comment Cæsaris de bello Gallico.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Q. n. Philippus, Augusti Vitricus, Socer Catonis, qui vxorem Martiam cedit Hortensio.

Coss. Cn. POMPEIVS, Cn. f. Sex. n. MAGNVS, II. & M. Licinius,

—Cæsar Venetos Galliæ populos, ad Ligerim fluuium, Mare Britannicum & Oceanum occidentalem habitantes, vbi nunc Britannia citerior, ducatus Franciæ situs est, bello aggreditur, & compluribus expugnatis oppidis, vbi intellexit frustra tantum laborem sumi, eò quod hostes quoties suis fortunis desperare cæperant, magno numero nauium appulsò, sua omnia deportarent seq; in proxima oppida reciperent, Cæsar classem expectandam statuit cui Decium Brutum adolescentem præfecerat lib. 3. comment.

—Decius Brutus Venetos eorumq; socios nauali prælio superat, qui cùm non haberent quo se reciperent, neque quemadmodum oppida defenderent, se suaque omnia Cæsari dediderunt. In quos eò grauius vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus à Barbaris ius legatorum conseruaretur. Itaq; omni senatu necato, reliquos sub Corona vendidit. Dum hæc in Venetijs geruntur, Viridouix oppugnans castra Romanorum, quibus Q. Titurius Sabinus præerat, cum magna copia Vnellorum opprimitur. P. Crassus quoq; alius Legatus Cæsaris eodem ferè tempore, Sonniates Aquitaniæ populos acerrimo prælio vicit, oppidum eorum Sontiatum expugnauit, & paulò post Vocontiorum castra singulari industria cepit, totamq; Aquitaniam subegit. Vide Cæsarem lib. 3. comment. de bello Gall.

Olym. 181

697

692

—Cæsar in Morinos, hoc est, Flandrenses, & Menapios eorum finitimos (hoc est in Brabantinos & Geldrenses, sicut hodie vocantur) expeditionem facit. Hi continentes Syluas ac paludes habebant, eò se suaq; omnia contulerunt. Cæsar cum propter aduersas tempestates & continuationem imbrium nihil eis nocere posset, vastatis omnibus eorum agris, vicis ædificijsq; incensis exercitum reduxit, & in Aulercis Lexouijsq;, reliquis item ciuitatibus, haud procul à Lutecia Parisiorum hybernis collocauit. Vide Cæsarem commentariorum lib. 3. in fine.

—Ea quæ secuta est hyeme, Vsipetes Germani & item Tenchteri, magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt. Cæs. lib. 4. de bello Gallico. Hos Vsipetes & Tenchteros eam partem Germaniæ tenuisse, quæ est à fluuio Mœno vbi Francofordia sita est, ad ducatum vsq; Montensem & Iuliacensem, colligitur inde, quod hi populi à Sueuis sedibus eiecti, Rhenum transierunt per fines Menapiorum, non longè à mari vbi Rhenus influit.

Sabbatum terræ.

55

4 11 A

3913

Mundi. | Ante Christum | Romæ cond. | A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

P. f. M. n. CRASSVS, omnium Romanorum ditissimus.

—TVLLIA CICERONIS filia Crassipedi nupta. CICERO tres libros de Oratore scripsit.

—C. Iulius Cæsar trucidatis quadringentis ac triginta millibus Germanorum, Rehnum ponte transijt haud procul à confluentia vbi Mosella in Rhenum influit, & diebus octodecim in Germania consumptis, in Galliam se recepit, pontemq; rescidit. De bello Gall. lib. 4.

—PTOLEMÆVS Auletes à Sorore regno pulsos, per Gabinium in Ægyptum reducitur. Interim ALEXANDER Aristobuli captiui regis Iudæorum filius, instructus exercitu triginta millium rursus IVDÆAM subigere conatus est. Sed Gabinius ex Ægypto reuersus eum difficili prælio superatum, Iudæa expulit, occisus decem millibus Iudæorum.

—Cn. Pompeio secundo consuli creato Hispania Prouincia ad quinquennium assignatur, & Marco Licinio Crasso consuli Syria Prouincia in quinquennium committitur. Dion. lib. 39. Iidem hi consules Pompeius & Crassus Cæsari Galliæ imperium in aliud quinquennium prorogant. Plutar. in Cæsare.

698 | 693

Exigua parte æstatis reliqua, Cæsar in Britanniam nauigaturus, Morinos, hoc est, Flandros in gratiam recepit, & cum octoginta nauibus onerarijs in Britanniam, quæ nunc Anglia vocatur traiecit, Britannosq; victos & fugatos coegit pacem petere, obsides promittere, & se ciuitatesq; suas Cæsari commendare. Sed paulò post idem Cæsar aduersa tempestate correptus, & acerba pugna fatigatus, coactus est in Galliam redire, vbi in Belgis omnium legionum hyberna constituit. Vide Cæsarem lib. 4. de bello Gallico.

Coss. L. Domitius, Cn. f. Cn. n. Ænobarbus, & Ap. Claudius, Ap. f.

—Lucio Domitio & Appio Claudio consulibus, discedens ab hybernis Cæsar in Italiam, legatis imperat, vti quam plurimas possent hyeme naues ædificandas, veteresque reficiendas curarent. Lib. 5. de bell. Gall.

—Cæsar motus Illyricorum & Treuirorum compescuit, & seditiosum Dumnorigem Heduum interfici iubet. Lib. 5. de bello Gallico.

54
5 12 G

—Cæsar congregatis omnibus nauibus, quas hyeme illa fabricari iusserat, in porto Ictio qui hodie vocatur Cales cum militibus naues ingressus, denuo in Britanniam traiecit octingentis nauibus. lib. 5. de bello Gallico.

3914

Mundi. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabon.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. n. Pulcher.

—M. LICINIVS CRAſſus hac æſtate aliquot ciuitates in Meſopotamia cepit & in Syriam regreſſus ſequenti hyeme templum Ieroſolymitanum ſpoliauit, abſtulit enim plus quam Myriadem talentorum, hoc eſt, ſexaginta Tonnas auri, præter auream trabem, quæ pendebat trecentas minas, ſeu vt Ioſephus exponit, libras Romanas 750. quæ æquant pondus quinq; noſtratium centenariorum & amplius dimidio. Hanc auream perticam Eleazarus cuſtos templi ſponte Craſſo dederat, promittenti, idq; iureiurando confirmanti, ſe reliquas templi opes intactas ibi relicturum, vt Pompeius antea fecerat. Sic ſenſim appropinquante Chriſto, Iudæorum res ſunt imminutæ.

—Cæſar Britannis aliquot prælijs fuſis, Caſsiuellauni ducis firmiſsimum omnibuſq; rebus confertiſsimum oppidum, Syluis paludibuſq; munitum, magno labore expugnauit, totamq; Britanniam Romanis tributariam fecit. Vide lib. 5. de bello Gallico. Caſsiuellaunus ille communi conſenſu Britannorum, dux belli aduerſus Cæſarem creatus erat, habuitq; ſedes ad Thameſim fluuium, non tamen in Trinouanto, quæ fuit firmiſsima ciuitas inſulæ, & ad Cæſarem legatos de pace miſit, datiſq; quadraginta obſidibus, petijt vt Mandrubatiũ qui erat princeps eius ciuitatis ab iniuria Caſsiuellauni defenderet. Hanc ciuitatem hodiè incolæ Londinum vocant.

694

699

Coſſ. Cn. Domitius, M. f. M. n. Caluinus & Marcus Valerius.

—Cæſar in Galliam reuerſus, quod eo anno frumentum in Gallia propter ſiccitates anguſtius prouenerat, coactus eſt aliter ac ſuperioribus annis, exercitum in hybernis collocare, legioneſq; in plures ciuitates diſtribuere.

—CLEOPATRA regina Ægyptiorum annis 22. cum ea frater Ptolemæus regnauit.

—Ambiorix princeps Eburonum, hoc eſt, Leodicenſium, Sabinum & Cottam Legatos Cæſaris inſidijs circumuentos, cum tota legione interfecit. Caſtra quoq; Quinti Ciceronis acriter oppugnauit, ſed ab aduentante Cæſare cum ſexaginta millibus victus fugatuſq; ægrè tandem euaſit. Nomen Ambiorix idem ferè ſignificat quod Heimrich ſiue Heinrich.

53

6 11 FE

—*Inducimarus Treuirorum princeps, cum caſtra Romanorum, quibus T. Labienus Legatus Cæſaris praerat, oppugnaret, Singulari ſtrategemate circumuentus, à Romanis militibus occiditur, vide lib. 5. de bello Gall.*

—*Cæſar in Neruios hodie Tornacenſes expeditionem fecit, vaſtatiſq; agris in deditionem eos venire & obſides ſibi dare coëgit. In principio lib. 6. de bello Gall.*

—*Die 9. Iunij CRASSVS à Parthis cæſus eſt ad Charras Meſopotamiæ Ciuitatem*

3915

Mundi. | Ante Chriſtum. | Romæ cond. | A Nabonaſſaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Messala.

uitatem trucidata sunt in illa pugna triginta millia Romanorum, & inter alios etiam occisus est Publius filius Crassi præstantissimus iuuenis. Pater autem M. CRASSVS tam infeliciter rem gerens, amisso filio, à Surina Parthorum regis præfecto tandem capitur, qui eum interfecit, auro in os eius infuso. Eutrop. lib. 6. Ita Crassus Sacrilegij pœnas dedit, quod templum Ierosolymitanum spoliasset. vide & Ouid. 6. Fast.

Crassus ad Euphratem aquilas natumq́ suosq́,
Perdidit, & letho est vltimus ipse datus.

—IVLIA Cæsaris filia Pompeij vxor, concordiæ pignus decessit, & in campo Martio sepulta est, filius paruus Pompeij ex illa natus, intra breue spacium matrem secutus est. L. Flor. abbreuiat. lib. 106. Vell. volum. poster.

—Cæsar hac æstate Menapios, hoc est, Geldrenses subegit, Labienus Treuiros vicit, Cæsar in finibus Treuirorum haud procul à Confluentia denuò Rhenum ponte transijt, & cum Sueui se in Syluas absconderent, exercitum reduxit in Galliam. Ambiorix in Syluam Arduennam aufugit, quæ hodie vocatur Sylua Leodicensis. Germani de improuiso Quinti Ciceronis castra adorti ægrè repelluntur, tandem desperatis rebus, trans Rhenum in Germaniam se recipiunt. vide lib. 6. de bello Gall.

700 | 695

5. Sep.

Cn. POMPEIVS, Cn. f. Sex. n. MAGNVS III. & Solus. Tandem illi

—Cæsar Ambiorigis subditos Eburones hodie Leodicenses, ferro & igni vastat.

—P. CLODIVS Ciceronis & bonorum omnium inimicus, post multa tetra flagitia. V. Cal. Feb. à Tito Annio Milone occisus est, in via Appia prope sacellum Bonæ Deæ, cuius sacra stupro polluerat.

—Legiones Cæsaris in hyberna collocantur, duæ in finibus Treuirorum, duæ in Lingonibus, Galli sua lingua vocant *Langers*. Sex reliquæ legiones in Senonum finibus Agẽdici haud procul à Parisijs hyemabant. Com. lib. 6.

—Quieta Gallia Cæsar vt constituerat, in Italiam ad conuẽtus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de P. Clodij cæde. Vide lib. 7. de bello Gallico.

52

7 | 14 D

—MILO ob interfectum Clodium damnatus die 8. Aprilis.

—*Principes Galliæ cum Cæsarẽ vrbano motu retineri, neq; in tantis dissensiobus quæ Romæ ob Clodij cædem erant, ad exercitum venire posse arbitrarẽtur indictis consilijs, denuo ad recuperandam libertatem aduersus Romanos coniurant, & inter alios Romanos C. Fusium Cottum quoq; equitem Romanum qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat interficiunt Genabi, quæ ciuitas hodie Aurelia vocatur, & totius belli ducem ac regem Galli ferè omnes, Vercingetorigem creant, crudelissimum hominem. Vide Cæsarem com. lib. 7.*

—*Cæsar cum iam Virtute Cn. Pompeij vrbanas res commodiorem in statum peruenisse intelligeret, in Transalpinam Galliam profectus est, vt singulari industria celeriter exercitum collegit, expugnatoq; Vellaunoduno Senonum oppido, Genabum, hoc est, Aureliam quoq; cepit ac incendit.*

—*Vercingetorigis consilio, vno die amplius viginti vrbes Biturigum incenduntur eo consilio, vt sublato commeatu Romani non haberent vnde viuerent. Cæsar vrbem Auaricum, hodie Gallica lingua* viaron *appellatum, oppidum maximum munitißimumq; cepit. Milites Romani vrbe capta omnia cadibus repleuerunt, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Hæc hyeme prope confecta sunt per acta.*

3916

Mundi. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiũ 59. hebdomadis.

adiunctus est, Q. Cæcilius, Q. f. Q. n. Metellus, Pius Scipio mensis 5.

—Casſius Quæſtor Craſsi pòſt interitum Imperatoris & cladem Parthicam, collegit ex fuga diſperſos milites, & profectus in Syriam, Parthos primum ex Syria eiecit. Poſtea Iudæam quoq; ingreſſus, Pitholaum potentem quendam Iudæum de amicis captiui Ariſtobuli, acie victum cepit.

—Cæſar oppugnans Gergouiam, quæ hodie Claremont appellatur, temeritate & audacia militum qui ſigno recipiendi dato conſiſtere nolebant, amiſit ſeptingentos milites & 46. centuriones. lib. 7.

—Labienus legatus Cæſaris aduerſus Pariſios feliciter pugnat. Cæſar virtute Germanorum Vercingetorigis equitatum fudit.

—Vercingetorix à Cæſare obſidetur in vrbe Alexia, quæ nunc Aleſia dicitur, & in ducatu Burgundiæ Borbonenſiumq; ſita eſt finibus.

Olym. 182

—*Principes Galliæ collegerunt exercitum ducentorum & quadraginta nouem millium, vt Vercingetorigem Alexiæ obſeſſũ liberarent, hæc tanta tamen multitudo à Cæſare partim cæſa, partim fugata eſt. Ciuitas Alexia deſperatis rebus, tradito Vercingetorige Cæſari ſe dedidit. Vide com. de bello Gallico lib. 7. Vercingetorix* verſinnreich oder ſehr ſinnreich *Germanicum nomen eſſe videtur, à Romanis deprauatam.*

—*Cæſar Heduos nunc Burgundos qui defecerant iterum ſubegit, & Bibracte hyemare conſtituit, quæ ciuitas hodie adhuc antiquum nomen retinet in ducatu Burgundiæ.*

701 | 696

—*Cum Galli iterum conſpirarent ad defectionem, Cæſar pridie Calendarum Ianuarij M. Antonio Quæſtore in hybernis relicto, celeriter ad legionem duodecimam in fines Biturigum proficiſcitur, & quadraginta dierum ſpacio tumultuantes Bituriges iterum ſubegit. Comment. de bello Gall. lib. 8.*

Coſſ. Ser. Sulpitius, Q. f. Rufus, iuriſperitus. & M. Claudius, M. f.

—Cæſar quadrageſimo die Bibractam reuertitur. Ibi cum ius diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petentes contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. lib. 8. com.

—Cum non amplius decem & octo dies, in hybernis eſſet commoratus, die 24. Februarij Cæſar cum duabus legionibus ad perſequendos Carnutes proficiſcitur, qui cum diſperſi profugerent, Cæſar in oppido eorum Genabo caſtra ponit. Hæc ciuitas nunc Aurelia vocatur.

—Cæſar pulſis Carnutibus, contra Bellouacos exercitum ducit, eorum ducem Corbeum Romani cum magna parte exercitus trucidauerunt. Comment. lib. 8.

51 | 8 | 15 | C

—Cæſar T. Labienum cum duodecima legione, quæ cum eo fuerat in hybernis, in togatam Galliam mittit, ad colonias ciuium Romanorum tuendas ab incurſione Barbarorum.

—CICERO menſe Iunio in prouinciam Ciliciam profectus eſt.

—Cæſar Ambiorigis ſubditos Eburones, qui hodie Leodicenſes dicuntur, ferro & igni vaſtat. Vide lib. 8 de bello Gallico.

3917

Mundi. | Ante Christum. | Romæ cond. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

M. n. Marcellus.

—M. TVLLIVS CICERO pridie Calendas Sextilis in prouinciam venit. Epist. famil. lib. 15. epistola 2. & 4.
—Labienus Legatus Cæsaris in Treuiros mittitur. Com de bello Gallico lib. 8.
—VII. Calend. Septembris CICERO in Lycaonia apud Iconium in castra venit & paulò pòst Calendis Septemb. legati à Rege Commageno ad CICERONEM missi, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt, Epist. fam. lib. 15. epistola 4.
Dumnacus frustra castra Romanorum quibus Caninius legatus Cæsaris præerat oppugnauit, & paulò pòst à C. Fabio victus est & fugatus. lib. 8. de bello Gall.
CICERO in monte Amano aliquot vrbes & castella cepit, habuitq; castra quatriduum in radicibus Amani apud aras Alexandri. Epist. fam. lib. 15. epistola 4.
Caninius Legatus Cæsaris Drapem & Lucterium duces Gallorum ad Vxellodunum vicit. Ipse Cæsar oppidum Vxellodunũ obsidione cinxit, cumq; aqua hostes prohiberet, & obsessi sitim diutius ferre non possent, coacti sunt se Cæsari tradere, qui eis manus præcidit, vitamq; concessit, quo testatior esset pæna improborum. Drapes dux Gallorum in vinculis sese cibo abstinuit atq; ita interijt. Labienus interim Treuiros & Germanos equestri prælio vicit, & principes eorum viuos in suam redegit potestatem. Vide lib. 8. de bello. Gallico.

702 | 697

Cæsar in Aquitaniam expeditionem fecit in fine æstatis, Aquitaniæ Ciuitates legatos ad eum miserunt, obsidesq; dederunt. His rebus gestis, Cæsar cum equitum præsidio Narbonem profectus est, exercitum per legatos in hyberna deduxit. Quatuor legiones in Belgio collocauit, duas in Heduos misit, duas in Turones ad fines Carnutũ, & reliquas duas in Lemouicum fines castra figere iussit.
—M. Antonius Quæstor Cæsaris in Belgio hybernans, emittit C. Volusebum aduersus Commium Atrebatem, qui se suosq; latrocinijs alebat, infestisq; itineribus commeatus complures qui comportabantur in hyberna Romanorum intercipiebat. Hunc C, Volusenus pertinacius cum paucis equitibus insecutus est, ideoq; grauiter vulneratus cum fugasset equitatum hostium reuersus est in castra,
Cæsar hybernauit Nemetocernæ in Belgio. Vide lib. 8. comment. de bello Gallico.

Coss. L. Æmylius, M. f. Paulus, & C. Claudius, C. f. M. n. Mar.

50 | 9 | 16 | B

—Cum in Belgio Cæsar hyemaret, vnum illud propositum habebat, continere in amicitia ciuitates, nulli spem aut causam dare armorum, nihil enim minus volebat, quam sub discessu suo necessitatem sibi aliquam imponi belli gerendi, ne cum exercitum deducturus esset, bellum aliquod relinqueretur. Itaq; honorificè ciuitates appellãdo, principes maximis præmijs afficiendo, nulla onera noua imponendo, defessam tot aduersis prælijs Galliam, facile in pace continuit.
—Hortensius Orator moritur.

3918

Hic

Mundi. | Ante Christum. | Ab Vrbe condita. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽	Cyclus ☉
10	17 AG

Mundi: 3919 · Ante Christum: 49 · Romæ conditæ: 703 · A Nabonassaro: 698

cellus.

Coss. C. Claudius, M. f. M. n. Marcellus. & L. Cornelius P. f. Lentulus.

—Hic annus L. Æmylio Paulo & C. Marcello coss. nullas habet Gallia magnopere res gestas. Vide lib. 8. com. de bello Gallico.

—In initio veris peractis hybernis, Cæsar profectus est in Italiam, vt municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonij quæstoris sui commendaret Sacerdotij petitionem.

—TVLLIA CICERONIS filia Dolobellæ nupta.

—C. Curio Trib. Pleb. primo pro Pompeij partibus, id est, vt tunc habebatur pro Repub. mox simulatione contra Pompeium & Cæsarem, sed animo pro Cæsare restitit. Velleius poster. volum.

—Exceptus est Cæsaris aduentus in Italia ab omnibus municipijs & colonis, incredibili honore atque amore. Tum primum enim veniebat ab vniuersæ Galliæ bello: nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, locorumque omnium qua Cæsar iturus erat excogitari posset, cum liberis omnis multitudo obuiam procedebat, &c. lib. 8. de bello. In hoc itinere Cæsar ex municipijs & colonis cognouit, Antonium ante suum aduentum Augurem esse factum, colonorum etiam suffragijs in sequentem annum consules esse creatos L. Lentulum & C. Marcellum.

Cæsar cum omnes regiones Galliæ Togatæ percurrisset, Nemetocernam ad exercitum redijt, legionibusque omnibus ad fines Treuirorum euocatis, exercitum ibi lustrauit.

Cæsari duæ legiones ad bellum Parthicum detrahuntur, quæ statim Pompeio sunt traditæ.

Quatuor legiones Cæsaris in Belgio & aliæ quatuor in Heduis hybernarunt, lib. 8. de bello Gallico.

INITIVM BELLI CIVILIS INTER POMPEIVM ET CÆSAREM.

—*Statim in initio huius anni, aliquot diebus in Senatu contentio & disputatio facta est de dignitate & imperio Cæsaris. Quinto die Ianuarij CICERO reuersus est ex Cilicia, qui æquas pacis conditiones proponebat, vt & Cæsar & Pompeius exercitus dimitterent, & dignitatis Cæsaris haberetur ratio. Septimo autem die Ianuarij, proscriptum & promulgatum est Senatusconsultum illud extremum:* DENT OPERAM COS. PRÆTORES, TRIB. PLEB. QVIBVS PROCOSS. SVNT AD VRBEM, NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPIAT. *Vide comment. Cæsaris de bello ciuili. lib. 1.*

—*Consules cum Pompeio proficiscuntur Capuam, Cæsar ex vrbe Rauenna Ariminium proficiscitur, ibique tribunos Pl. qui ad eum confugerant conuenit, reliquas legiones ex hybernis euocat, & subsequi iubet. L. Cæsarem adolescentem & L. Roscium prætorem, qui Pompeij mandata ad eum detulerant, cum certis mandatis iterum Capuam ad Pompeium mittit, &c.*

—*Cum L. Cæsar adolescens & Roscius prætor iniquas conditiones pacis ad Cæsarem referrent, Cæsar M. Antonium Augurem cum cohortibus quinque Aretiū mittit, ipse Arimini cum duab. legionib. subsistit, ibique delectū habere instituit. Pisaurū, Fanum & Anconā singulis cohortib. occupauit, & paulò post Curionem cum tribus cohortibus emisit, qui fugato Thermo, oppidum Tignium recepit. Capti sunt etiam à Cæsarianis Actius Varus & L. Poppius.*

—*Pompeius cum consulibus Romam reuersus est, sed statim iterum discessit. Consules aperto ærario ad pecuniam Pompeio ex Senatusconsulto proferendam, falso rumore aduentantis Cæsaris perterriti, fugientes ex vrbe Roma statim secuti sunt Pompeium, qui iter ad legiones habebat quas à Cæsare acceptas, in Apulia hybernorum causa disposuerat.*

Pompeius à Cæsare qui paulò ante Corfinium expugnauerat Brundusij obsessus, ægre in Græciam aufugit.

Cæsar Romam proficiscitur & coacto Senatu inimicorum iniurias commemorat, & paulò post cum exercitu in Hispaniam proficiscitur, aduersos legatos Pompeij.

Cæsar cum ad Ilerdam in Hispania cum Afranio & Petreio Legatis Pompeij aliquot diebus æquo Marte pugnasset, tempestas Cæsarem omni commeatu intercluso propemodum obruisset, vicit tamen patientia Cæsaris & militum. D. Brutus qui præerat classi Cæsaris, Massilienses nauali prælio vicit.

Cyclus ☽	Cyclus ☉			
				—*Cæsar Afranium & Petreium legatos Pompeij in hispania cum vniuerso exercitu cepit, omnesq; incolumes dimisit. Comment. Cæsaris de bello ciuili lib. 1.*
				—*M. Varro tertius legatus Pompeij in Hispania se Cæsari dedidit, & Cæsar vniuersam Hispaniam in suam redegit potestatem. Vide lib. 2. de bello ciuili.*
		Crusellius, Marialis.		—*C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR dictus à M. Lepido Prætore, reuersus est ex Hispania. In hac prima sua Dictatura, Cæsar non habuit Magistrum equitum.*
				—*Massilienses bis nauali prælio victi, crebris eruptionibus fusi, & ad summam rei frumentariæ inopiam adducti, Cæsari se dediderunt. Cæsar duas ibi legiones præsidio reliquit, cæteras in Italiã misit, ipse Romã profectus est.*
				—*ARISTOBVLVS captiuus rex Iudæorum à Cæsare vinculis solutus, & cum duabus legionibus in orientem præmissus, vt Syriam & Iudæam subigeret, in itinere à Pompeianis veneno extinguitur.*
				—*C. Curio legatus erat Cæsaris, is Africam ingressus, hostes aliquot prælijs superauit, & Vticam oppugnare conatus est, sed à Iuba Maurorum rege qui erat amicus Pompeij, oppressus est cum toto propè exercitu.*
				—*ALEXANDER filius Aristobuli captiui regis Iudæorum, cum audiret patrem eductum ex carcere cum duabus legionibus aduentare, ipse quoq; in Syria milites conquirere cæpit, sed in primo conatu captus, mandato Pompeij, à Scipione tunc Syriam obtinente securi percussus est, paucis mensibus post extinctum patrem Aristobulum.*
				—DICTATORE CÆSARE comitia habente consules creantur Iulius Cæsar & P. Seruilius, is enim erat annus quo per leges ei consulem fieri liceret, hoc est, vndecimus post primũ consulatum. Paulò pòst Cæsar DICTATVRA se abdicat, & ab vrbe proficiscitur, Brundusiumq; peruenit. Comment. de bello ciuili lib. 3
Sabbatum terræ. Iubileus X. post captiuitatem Babylonicam.	48 / 11 18 F	704 — *Coss. IVLIVS CÆSAR, C. f. C. n. II. & P. Seruilius, P. f. C. n. Vatia. Isauri.*	699 / 4. Sep	—*III. Nonas Ianuarij Cæsar Brundusij cum legionibus ingressus naues traiecit in Græciam, & postride ad eum locum qui appellatur Pharsalia omnibus nauibus ad vnam incolumnibus, milites exposuit. Naues eadem nocte Brundusium à Cæsare remittuntur. Bibulus autem qui Pompeianæ Classi præerat, Corcyræ de aduentu Cæsaris certior factus, inanibus nauibus Cæsaris occurrit, & nactus circiter 30. omnes incendit, eodemq; igne nautas dominosq; nauium interfecit.*
				—*Pompeius cum certior fieret de aduentu Cæsaris erat in Candauia, iterq; ex Macedonia in hyberna Apolloniam Dyrrachiumq; habebat, sed re noua perturbatus Apolloniam petere cæpit. Cæsar interim Oricum Apolloniam & alias ciuitates maritimas occupat. Eodem hoc tempore M. Octauius Salonas oppugnare conatus, omnes ferme copias quas duxit amisit, & propter appropinquantem hyemem desperata oppugnatione oppidi, Dyrrachium sese ad Pompeium recepit. Cæsar haud procul ab Apollonia ad flumen Apsum ponit castra, ibi sub pellibus hyemare constituit.*
				Multi iam menses transierant & hyems præcipitauerat, neq; Brundusio naues legionesq; ad Cæsarem veniebant. Sed cum Cæsar seuerius ad suos Brundusium scriberet, nacti idoneũ ventũ fæliciter in Græciam traiecerũt.
				—*HIC INCIPIVNT ANNI ANTIOCHENI, quorum apud Euagrium, Eusebium, Cedrenum & Nicephorum fit mentio. Marianus Scotus.*
				—*Scipio Socer Pompeij hoc tempore cum legionibus & equitibus ex Syria adductis, Pergami & in locupletissimis vrbibus Asiæ hybernauit.*
				—*Cæsar Pompeium apud Dyrrachium obsidione cinxit. Vide lib. 3. de bello ciuili.*
				—Consumtis omnibus frumentis summa erat inopia in castris Cæsaris, ita vt milites etiam radicibus viuerent dicerentq; se prius cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium è manibus dimissuros.
3920				
Mundi.	Ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. IVLIVS CÆSAR vna die duobus prælijs ad Dyrrachium victus, amisit 960. milites, 400. equites, Tribunos militum 40. & centuriones 30. signaq; sunt militaria amissa 32. Decessit igitur à Pompeio, vt sauciatos milites recrearet, & abduxit exercitum in Thessaliam, vbi aliquot vrbes expugnauit.

C. IVLIVS CÆSAR consul Romanorum, ingenti pugna vicit CN. POMPEIVM MAGNVM in campis Pharsalicis, atq; ita solus Romanorum Imperium obtinuit. Cæsar in eò prælio non amplius quam ducentos milites desiderauit, sed centuriones 30. amisit. Ex Pompeiano exercitu ceciderunt quindecim millia, & 24. millia capta sunt, signaq; militaria ad Cæsarem sunt relata 180. & aquilæ 59. CICERO hoc tempore Dyrrachij fuit. Antiochia die illo quo hæc pugna facta est, bis tantus armorum strepitus in aëre est auditus, ut cives quasi aduentu hostium in muros concurrerent. Multa alia quoq; prodigia hoc tempore facta sunt, de quibus vide Cæsarem lib. 3. de bello Ciuili.

Calendis Octobris, CN. POMPEIVS MAGNVS inchoans annum ætatis 59. ad littus Ægypti obtruncatur, in conspectu coniugis Corneliæ, iussu Ptolomæi Iunioris regis Ægyptiorum. Plut. in vita Pompeij & Camilli.

Olym. 183

BELLVM ALEXANDRINVM INCIPIT.

C. IVLIVS CÆSAR Pompeium sequitur in Ægyptum, venitq; Alexandriam, ibiq; totos nouem menses cunctatur. Quod autem tempore media æstatis Alexandriam venerit, ex ventis Etesijs colligitur, quibus se paulò post suum aduentum Alexandriæ impeditum fuisse, ipse Cæsar testatur, lib. 3. de bello ciuili.

Ptolemæus Ægypti Rex, puer adhuc cum sorore Cleopatra bellum gerens, à Cæsare ad dicendam causam euocatur, id ægrè ferentes consiliarij & principes regis, totum exercitum regium aduersus Cæsarem ducunt. Dux totius exercitus fuit Achillas, qui imbutus semel Pompeij sanguine, Cæsaris quoq; necem meditabatur. Hunc Cæsar commisso prælio vicit, regiamq; classem ad terram subductam incendit. Ea flamma cum partem quoq; vrbis inuasisset, in Bibliotheca Alexandrina quadringenta millia librorum, proximus fortè ædibus condita exussit.

705 | 700

CÆSAR DICTATOR creatus absens, in Ægypto mansit, vsq; ad mensem Quintilem.

Pharnax Ponti Rex, Mithridatis filius, Cn. Domitium Caluinum (cui Cæsar Asiam finitimasq; prouincias administrandas tradiderat) ingenti prælio vicit. Vide com. Cæsaris de bello ciuili. lib. 4. M. ANTONIVS Magister equitum.

Cæsar ab Alexandrinis quos pauló ante nauali prælio superauerat, ex peninsula Pharo iterum eiectus, scapham ascendit, quæ mox pondere subsequentium grauata & mersa est. Id cum Cæsar præuideret, ex nauigio se eiecit, & per ducentos passus, vna manu eleuata, qua chartas tenebat, ad eas quæ longius constiterant naues adnatauit. lib. 4. de bello Alexand. & Eutrop. lib. 6.

Coss. Q. Fusius, Q. f. C. n. Calenus, & P. Vatinius, P. f. Hi duo fu[...]

47

12 19 E

Gabinius Legatus Cæsaris in Illyricum venit, hyberno tempore anni ac difficili, cumq; in expugnatione vrbium crebra incommoda acciperet, tandem à Barbaris acie victus 2000. militum amisit, & paulò pòst morbo correptus è vita migrauit. lib. 4. de bello Alexandrino.

Cæsar Ptolemæum Ægypti Regem fratrem Cleopatræ, victum ex castris eiecit, viginti millia hominum in eo bello cæsa referuntur, duodecim millia capta sunt, cum 70. longis nauibus. Rex ipse adolescens scapha exceptus vt fugeret, multis insilientibus mersus est, & corpus eius ad littus deuolutum cognitum est indicio aureæ loricæ. Cæsar Cleopatræ, cum qua stupri consuetudinem habuerat, fratriq; eius minori regnum restituit.

M. Octauius qui Pompeianæ classi præerat, à Vatinio nauali prælio victus ægrè euasit. Vide comment. de bello ciuili lib. 4.

3921

Mundi. | Ante Christum. | Ab Vrbe condita. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

—Cæsar discedens ex Ægypto, Sosigenem in signem Mathematicum ex Alexandria Romam adduxit, vt eius opera vteretur in emendatione Calendarij Romani.

—*ANTIPATER PATER HERODIS à Cæsare qui ex Ægypto per Syriam in Armeniam exercitum ducebat, Tutor totius Iudææ constituitur, & Romana ciuitate ac immunitate donatur, eò quod Mithridatem Pergamenum in Ægypto pro Cæsare militantem egregiè iuuisset, Ioseph. antiq. lib. 14. cap. 16. & 19*

—CICERO Brundusij reditum Cæsaris expectat. lib. 11. epist. ad Atticum.

—*Cæsar Pharnacem Ponti Regem, Mithridatis filium, vno non toto prælio (vt sic dixerim) more fulminis, quod vno eodem momento venit, percussit & obtriuit.*

—*Cæsar rediit in Italiam celerius omnium opinione, & SOSIGENEM Mathematicum Alexandrinum Romam adduxit, qui singulari diligentia, cum ipso Iulio Cæsare emendationem calendarij aggressus est, Cæsar enim ad quatuor fermè menses Romæ mansit.*

—*ANTIPATER Idumæus Ἐπίτροπος Iudææ his temporibus filios euehere capit, ex quibus Phaselum natu maiorem Ierosolymorum ciuitati & adiacentibus locis præfecit, cum Hyrcanum summum Sacerdotem in gubernatione negligentem videret: HERODEM vero proximum ætate, sed iuuenem adhuc, Galilææ præsidem fecit. Vide Iosephum & Egesippum*

…rum Legati Cæsaris in Græcia, cum Pompeium vinceret

706 | 701

BELLVM AFRICANVM INCIPIT.

14. Cal. Ianuarij Cæsar Lilybæum quod est Siciliæ promontorium peruenit, & 6. Cal. Ianuarij nauem ascendens, traiecit in Africam, celeriq. nauigio vectus post diem quartum, hoc est, vltimo die Decembris cum paucis nauibus in conspectum Africæ venit, & Calendis Ianuarij castra posuit ad oppidum Raspinam. Quarto deinde die Ianuarij, Labienum & Petreium acerrimo prælio vicit.

—*6. Cal. Februarij Cæsar hostilem exercitum Labieni & Scipionis denuo repellit. Vide lib. 5. comment. de bello Africo.*

—*C. IVLIVS CÆSAR III. DICTATOR. M. Æmylius Lepidus Magister equitum. Dion. lib. 43. Suet. in Iulio Cæsare. Hirtius lib. 5. de bello. Africo. Dion autem adijcit, Cæsarem consulem non nisi extremo hoc anno cum M. Lepido esse creatum.*

Coss. C. IVLIVS, C. f. C. n. CÆSAR III. & M. Æmylius, M. f. Q.

—*12. Cal. Aprilis Cæsar aduersus Labienum in acie constituit, sed cum hostes subsidere pugnæ animaduerteret, reduxit copias.*

—Pridie Nonas Aprilis, tertia vigilia, Cæsar ab Agar egressus, sedecim millia passuum ea nocte progressus est ad Thapsum, oppidumq; eo die circummunire cæpit: eum Scipio cõfestim consequutus, millia passuum octo, hoc est, duobus milliaribus Germanicis à Thapso binis castris consedit. Sed Cæsar signa in hostem ferre iussit, trinisq; castris expugnatis, non solum hunc Publium Cornelium Scipionem, Corneliæ patrem, Magni Pompeij socerum, sed & Iubam Mauritaniæ regem, memorabili pugna superauit. Elephantes 64. cum turribus ornamentisq; cepit. M. CATO Vticæ sibi mortem consciuit, perlecto prius Platonis de animæ immortalitate dialogo. Iuba Rex Mauritaniæ, cum prius Petreium mori volentem interfecisset, seruo suo iugulum præbuit, atq; ita ipse quoq; occisus est à proprio ministro. SCIPIO Socer magni Pompeij, naui in Hispaniam ab hostibus circumuentus, desperatis rebus, seipsum gladio

46

13 | 20

D

3922

Mundi.	Ante Christum.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

n. Lepidus. Estq; hic vltimus annus confusionis, ad cuius finem quadrans anni est adiectus.

gladio traiecit. FAVSTVM Syllæ quondam Dictatoris filium, Pompei magni generum, & Afranium, Cæsar iussit occidi. Pompeiæ autem cum liberis Fausti, incolumitatem, suaq; omnia concessit. Cæsar bello Africo confecto, sexto Calendas Sextilis, ex Africa & Sardinia Romam rediit. Vide comment. lib. 5. de bello Africo.

— TVLLIA Ciceronis filia hoc anno mortua est.

— C. IVLIVS CÆSAR ex Africa Romam reuersus vrbem quatuor triumphis ingressus est. Triumphauit .n. de Gallia, de Ægypto, de Ponto & Africa. Gallici triumphi apparatus ex Citro constitit. Est autem Citrus arbor lauri folio perpetuo virens, quæ Citrium malum gignit. In Alexandrino triumpho Arsinoë soror Cleopatræ, currum triumphalem captiua antecessit. Pontici triumphi apparatus constabat ex Acantho arbore semper frondente, & vt Suetonius scribit, ante currum Cæsaris tria hæc verba sunt prælata: VENI, VIDI, VICI, quod cum primum ingressus esset Pontum, hostem vix vidisset, statim eum tanquam fulmen, vno eodemq; momento percussit. In Africano triumpho multi Elephantes ducti sunt, & currum triumphalem captiuus antecessit, IVBA regis Mauritaniæ filius excellens Mathematicus. Vide Dionem, Appianum, Plutarchum & Suetonium.

Dion Cassius Nicæus lib. 43. & Plutarchus in C. Cæsare scribunt, Iubam Mauritani regis filium, qui currum triumphalem Cæsaris captiuus antecesserat, inter doctissimos scriptores connumeratum, & finito triumpho circa tempus Solstitij æstiui, conuocatis Philosophis & Mathematicis, de anni emendatione disseruisse. Recte igitur vltimus annus confusionis & Calendarij correctio, in hunc septingentesimum septimum annum ab vrbe condita incidunt, inchoante anno tertio 183 Olympiadis. Vide Censorinum cap. 17. Dionem lib. 43. & Macrobium Saturnal. lib. 1. cap. 14.

702

— M. TVLLIVS CICERO, Orationem pro M. Marcello recitauit, & cæpit scribere librum de claris Oratoribus, & alios Philosophicos libros, Tusculanas quæstiones, de natura Deorum. Vide Epist. ad Atticum lib. 13. & exordium lib. 2. de diuinatione.

707

— PRIMVS ANNVS IVLIANVS INCIPIT.

45

14 | 21 | CB

C. IVLIVS, C.f.C.n. CÆSAR IIII.

Coss.

Q. Fabius Maximus.

— C. IVLIVS CÆSAR QVARTO DESIGNATVS DICTATOR ET CONSVL, continuò in Hispaniam contra Pompeios, Magni Pompeij filios profectus est, & 17. quam egressus ab vrbe fuerat die, Saguntum venit in Hispaniam, statimq; aduersus Pompeios duos, multa bella varia sorte gessit. Eutrop. lib. 6.

— 17. die Martij C. IVLIVS CÆSAR acerrimo prælio vicit Pompeij Magni filios ad Mundam in Hispania. A. Hirtius lib. 6. comment. de bello ciuili, & Eutrop. lib. 6. QVO-

3923

Mundi. | Ante Christum. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

QVOMODO CORRECTIO ANNI *FACTA SIT, ANNO AB VRBE CONDITA* 707.

DE intercalatione dierum autores plurimum variant. Dion. lib. 43. ſcribit Cæſarem annum reſtituiſſe, intercalatis diebus 7. & 60. Macrobius autem lib. 1. Saturnaliorum cap. 14. dicit annum confuſionis vltimum in 443. dies protenſum fuiſſe, quod eleganter cum Suetonij deſcriptione congruit, qui vltimum annum confuſionis dicit fuiſſe quindecim menſium cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Intelligit autem menſes Lunares, & 15. lunationes conſtituunt dies 443. quæ annum Solarem ſuperant diebus 78. Tot ergo dierum intercalationem, ante initium Ianuarij in fine vltimi anni confuſionis inſertam eſſe, ipſa annorum ac menſium ſeries demonſtrat. Si quis ad menſes 13. Lunares, connumerato videlicet intercalari, hoc eſt, ad 384. dies, adiecerit 67. iuxta Dionis Caſsij ſententiam, colliget dies 451. quæ ſumma octo dierum ſpacio à Macrobio & Suetonio diſcrepat, atq; ita vltimus annus confuſionis, integro fermè quadrante anni alios annos ſuperaſſet, deſunt enim 4. tantum dies, vt non ſit integer quadrans anni. Vides ergo initium annorum Romanorum, propter anomaliæ diuerſitatem, ab initio annorum Ægyptiorum aliquantulum aberraſſe, ita vt accedente etiam menſe intercalari, tamen cum initio anni Ægyptij amplius cohærere non potuerit, admodum ergo neceſſaria fuit emendatio.

DE PRI-

DE PRIMO ANNO IVLIANO.

LAtini & Romani anni rationem aliquoties variarunt. Nam si primus in Italia IANVS regnauit, quem Sacræ literæ Noah vocant, is Hebræorum more annum in 12. menses lunares diuisit, sumpto initio à tempore Veris, addito insuper præter 11. dies epactas 4. semper anno die intercalari, vt Solaris quoq; anni ratio haberetur. Postea ÆNEAS Anchisæ filius, ex cuius stirpe Romulus originem traxit, quamuis lunares menses retineret, & diem intercalarem 4. anno non negligeret, tamen iuxta Græcorum & Troianorum consuetudinem à conuersione æstiua annum inchoauit, vnde factum est, vt September 7. mensis, tempore natiuitatis Romuli & Reni inciderit in tempus brumæ. ROMVLVS deinde initium anni ad æquinoctium Vernale reiecit, & neglectis mensibus lunaribus, assumpsit 10. menses ciuiles, eorumq; 1. Martium videlicet, coniunxit cum ipso æquinoctio Vernali, & 1. die Ægyptij mensis Phaothi, nulla habita ratione diei bisextilis, vt ita annus Romanus ad annum Ægyptium certam retineret proportionem. NVMA POMPILIVS autem secundus Romanorum rex, duos ad initium anni adijciens menses, Ianuarium videlicet & Februarium, assumpsit iterum menses lunares, eorumq; 1. Ianuarium coniunxit cum 1. Ægyptiorum mense Thoth, nulla etiam habita anni solaris ratione. Neglexit enim quemadmodum & Romulus, quarto quolibet anno diem intercalarem, vt ita initium anni Romani, circa initium anni Ægyptij semper oberraret. Nam cum Numa menses lunares assumeret, qui alternatim nunc ex 30. nunc ex 31. constabant diebus; non potuerunt dies mensium Romanorum, singulis diebus mensium Ægyptiorum respondere. Cumq; diem insuper intercalarem, qui quarto semper anno inseritur in anno Iuliano, Romani ante Iulium Cæsarem negligerent, factum est, vt diuturnitate temporis nouilunia Romanorum, ab apparentibus nouilunijs satis procul deuiarent, menses quoq; æquinoctiales & Solstitiales, nullam ad æquinoctia & Solstitia retinerent proportionem. Nam anno ab vrbe condita 563. L. Cornelio Scipione Asiatico, & C. Lælio consulibus, 11. die Iulij defecit Sol in 21. gradu ♓, cum tali die debuisset in Cancro obscurari. Sic anno vrbis Romæ 585. L. Æmylio Paulo, & C. Licinio Crasso consulibus, Luna eclipsata est in 26. gradu ♐, nocte quæ fuit inter 3. & 4. dies Septembris, Sole existente in 25. gradu ♊. haud procul à Solstitio æstiuo, cum tali tamen tempore debuisset Sol accedere ad æquinoctium autumnale. Ita anno ab vrbe condita 667. Sylla Athenas expugnauit Calendas Martij, quæ teste Plutarcho cohærebant cum Anthesterione 6. mense Atheniensium, hoc est, incidebant in mediam hyemem, cum debuissent in tempns Veris incidere. Ita magna fuit in anno Romano confusio. Non tamen sicut AEgyptij, integrum diem intercalarem quem nunc bisextum vocamus, quarto semper anno Romani omiserunt, sed horas fermè 18. Inseruerunt enim Romani intra octo annos tres menses intercalares, defuerunt ergo sedecim annorum spacio, dies bisexti tres, atq; ita factum est, vt diuturnitate temporis, propter anomaliæ diuersitatem, tanta fieret deuiatio, vt accedente etiam vltimo mense intercalari, tamen non potuerit 1. mensis Romanorum regulariter cum AEgyptij anni initio cohærere. Accessit & alia confusio propter inconuenientem intercalationem embolismorum. Nam cum Romani ante Iulium Cæsarem, annum 12. mensibus lunaribus finirent, & ad complementum anni Solaris, singulis annis restarent dies 11. qui nominantur ἐπακταί, intra octo annos addebantur tres menses intercalares, quos nominabant ὀκταετηρίδα, ita, vt tres anni postremi haberent singuli tredecim menses. Hæc ratio cum esset confusior, nec initia annorum in diem certam inciderent, admodum necessaria fuit anni Romani correctio. IVLIVS CÆSAR igitur primus Romanorum Imperator, vt vagationem mensium euitaret, ciuibusq; suis fixos menses proponeret, propter festorum celebrationem, quorum quædam necesse erant celebrare, aut florentibus segetibus & vineis, aut proxime ante messem aut post messem, aut ante & post vindemiam, ideo de consilio SOSIGENIS Mathemathici Alexandrini, annum Solarem ex diebus trecentis sexaginta quinq; collectum, distribuit in duodecim menses ciuiles, & anno semper quarto quem bisextilem vocamus, in fine Februarij insuper adiecit diem intercalarem, propter quadrantem diei supra 365. dies in anno solari abundantem. Atq; hanc annorum Iulianorum rationem hodie adhuc retinemus. Cæterum vt in conspectu sit quot dies Iulius Cæsar singulis mensibus attribuerit, subijcio integrum Calendarium primi anni Iuliani.

CALENDARIVM HISTORICVM
PRIMI ANNI IVLIANI, QVO C. IVLIVS Cæsar, Magni Pompeij filios, Cn. & Sex. Pompeios, Bellicosissimos iuuenes ingenti pugna in Hispania vicit, anno vrbis Romæ 708. Anno mundi 3924. Ante initium annorum Christi autem anno 45.

Cui respondet

Aureus numerus 14.
Cyclus Solaris 21.
Literæ Dominicles C & B.
Fuit enim hic primus annus Iulianus bissextilis.

Consulatum hoc anno Romæ gesserunt, DICTATOR C. IVLIVS CÆSAR IIII. & Q. FABIVS MAXIMVS. Huic suffectus est vltimo anni die, C. Caninius paucissimarum horarum consul.

IANVARIVS, primus mensis in anno ciuili Romanorum, habuit dies 31.

1	a	Calendæ Ianuarij.	
2	b	IIII. Nonas Ianuarij.	● in ♑. Tybi V. mensis Ægyptiorum.
3	c	III. Nonas Ianuarij.	Sebat vndecimus mensis Hebræorum, ποσειδεὼν VII, mensis A-
4	D	Pridie Nonas Ianuarij.	theniensium, & περίτιος VII. mensis Macedonum, coin-
5	e	Nonæ Ianuarij.	cidunt hoc primo anno Iuliano in tertium diem Ianuarij.
6	f	VIII	Idus Ianuarij.
7	g	VII	Idus Ianuarij.
8	a	VI	Idus Ianuarij.
9	b	V	☽ in ♈.
10	c	IIII	Cum Iulius Cæsar in primo suo Calendario, mensi Decem-
11	D	III	bri triginta tantum dies attribuerit, qui postea ex Cæsaris
12	e	Pridie Idus Ianuarij.	Augusti ordinatione accepit dies 31. inde fit, vt præcedentis
13	f	Idus Ianuarij.	anni litera Dominicalis D. in initium huius anni aliquantu-
14	g	XIX	lum incurrat.
15	a	XVIII	
16	b	XVII	
17	c	XVI	☉ in ♒.
18	D	XV	
19	e	XIIII	
20	f	XIII	
21	g	XII	Calendas Februarij.
22	a	XI	
23	b	X	
24	c	IX	● in ♒. ☽ in ♍.
25	D	VIII	
26	e	VII	
27	f	VI	
28	g	V	
29	a	IIII	
30	b	III	
31	c	Pridie Calendas Februarij.	

FEBRV-

FEBRVARIVS, hoc primo anno Iuliano habuit dies 30. sicut in fine huius Calendarij rationibus certis demonstrabimus.

1 D Calendæ Februarij. ● in ♒. Mechir VI. mensis Ægyptiorum.
2 e IIII Nonas Febr. Adar XII. mensis Hebræorum. γαμηλιὼν VIII. Mensis Atheniensium, & δύστρ@ VIII. mensis Macedonum, cohærent cum 2. die Februarij.
3 f III Nonas Febr.
4 g Pridie Non. Febr.
5 a Nonæ Febr.
6 b VIII
7 c VII
8 D VI ☽ in ♉.
9 e V Idus Februarij.
10 f IIII
11 g III
12 a Pridie Idus Februarij.
13 b Idus Februarij.
14 c XVII
15 D XVI
16 e XV ☉ in ♌.
17 f XIIII
18 g XIII
19 a XII Calendas Martij. Attegua à
20 b XI Cæsare capta est XI. Calen.
21 c X Martij.
22 D IX ☉ in ♓.
23 e VIII ☽ in ♐.
24 f VII
25 g VI Dies bisextus.
26 g VI
27 a V
28 b IIII
29 C III Hic semel tantum habes literam Dominicalem C.
30 d. Pridie Calendas Martij ● in ♓.

MARTIVS habuit dies 31. & fuit initium anni Astronomici in primo anno Iuliano.

1 d Calendæ Martij. Phamenoth VII. mensis Ægyptiorum Veadar mensis intercalaris Iudæorum. ἐλαφηβολιὼν IX. mensis Atheniensium, & ξάνθικ@ IX. mensis Macedonum, hi menses omnes cohærent hoc primo anno Iuliano, cum primo die Martij, quo die Matronalia quoq; Romæ celebrata sunt, festum muliebris prudentiæ & fortitudinis, eò quod olim raptæ Sabinæ duas acies iam infestis armis concursuras, suo interuentu diremissent, & patres suos ac cognatos Sabinos, Romanis conciliassent.
2 e VI
3 f V
4 g IIII Nonas Martij.
5 a III
6 B Pridie Nonas Martii.
7 c Nonæ Martij. ☽ in ♊.
8 d VIII
9 e VII
10 f VI Idus Martij.
11 g V
12 a IIII
13 B III
14 c Pridie Idus Martij.
15 d Idus Martij. ☉ in ♍.
16 e XVII
17 f XVI Hoc die C. IVLIVS CÆSAR acerrimo prælio vicit Pompeij Magni filios
18 g XV ad Mundam in Hispania. A. Hirtius lib. 6. de bello ciuili. Eutrop. lib. 6.
19 a XIIII
20 B XIII
21 c XII
22 d XI ☽ in ♐.
23 e X Calendas Aprilis. ☉ in ♈. ÆQVINOCTIVM VERNALE APPARENS.
24 f IX
25 g VIII ÆQVINOCTIVM VERNALE MEDIVM.
26 a VII
27 B VI
28 c V
29 d IIII
30 e III ● in ♈.
31 f Pridie Calendas Aprilis. In hunc diem coincidunt, Pharmuthi VIII. mensis Ægyptiorum, μουνυχιὼν X. mensis Atheniensium, ἀρτεμίσι@ X. mensis Macedonum, & Nisan primus mensis Hebræorum, initium anni Mundi 3924. cum quo cohæret initium 60. Hebdomadis. Daniel. 9.

Sæpè admiratus sum, cur Iulius Cæsar & Sosigenes Mathematicus, in correctione anni, primum diem Martii non coniunxerint cum ipso die Æquinoctii Vernalis, vt ita singula initia signorum Zodiaci, cum Calendis siue initiis singulorum quoq; mensium cohærerent. Causam autem cur hoc non sit factum, hoc Calendarium monstrat. Maluerunt enim viri clarissimi, pro singulari ingenij sui dexteritate, à tali die Astronomici anni initium sumere, quo omnium ferè gentium menses concurrerent, videlicet à primo die Ægyptij mensis Phamenoth, cum quo Veadar quoq; intercalaris mensis Hebræorum, item ἐλαφηβολιὼν & ξάνθικος. Atheniensium Macedonumq; menses cohærebant. His igitur mensibus adiunxerunt etiam Martium, primum mensem Romanorum in anno Astronomico. Atq; ita factum est, cum initium Martij cum primo die Ægyptij mensis Phamenoth iungeretur, vt æquinoctium Vernale medium incideret in 25. diem Martii. Vides igitur Cæsarem Sosigenemq;, in correctione Calendarii Romani, omnium fermè populorum annos ac menses in conspectu habuisse, præsertim autem Iudæorum, Ægyptiorum & Græcorum, vt ita omnes gentes Romano imperio subiectæ, Romano etiam Calendario vti possent, qui ad diuersarum gentium annos, certam haberet proportionem. Non possum ergo præstantissimorum horum virorum, Cæsaris & Sosigenis Mathematici industriam satis mirari.

APRILIS, habuit dies 30.

1	g	Calendæ Aprilis. Veneris sacrum floribus & Myrto.	
2	a	IIII. Nonas April.	
3	B	III. Nonas April.	
4	c	Pridie Nonas Aprilis, tertia vigilia.	
5	d	Nonæ Aprilis.	
6	e	VIII	☽ in ♋.
7	f	VII	
8	g	VI	
9	a	V	Idus Aprilis.
10	B	IIII	
11	c	III	
12	d	Pridie Idus Aprilis. Hoc die Cn. Pompeij Iunioris caput ad Cæsarem allatum, & populo datum est in conspectum, A. Hirt. lib. 6. de bello Hispan.	
13	e	Idus Aprilis. Pascha Iudæorum.	
14	f	XVIII	
15	g	XVII	
16	a	XVI	
17	B	XV	
18	c	XIIII	
19	d	XIII	
20	e	XII	Palilia sacra. Natalis Romæ.
21	f	XI	Calend. Maij. ☽ in ♈.
22	g	X	Vinalia priora Romæ celebrantur in honorem Veneris, cuius festi occasionẽ narrat Ouidius 4. Fast. & Plin. lib. 18. cap. 29.
23	a	IX	
24	B	VIII	✺ in ♉.
25	c	VII	
26	d	VI	
27	e	V	
28	f	IIII	
29	g	III	● in ♉. θαργηλιὼν XI. mensis Atheniensium & Δαίσιος XI. mensis Macedonũ.
30	a	Pridie Calendas Maij. Pachon IX. mensis Ægyptiorum, & Iiar secundus mensis Hebræorum.	

MAIVS

MAIVS, habuit dies 31.

Præstitibus Maia Laribus videre Calendæ
Aram constitui, paruaq; signa Deum.

1 B Calendæ Maij. Ouid.
2 c VI
3 d V — Nonas Maij.
4 e IIII
5 f III.
6 g Pridie Nonas Maij. ☽ in ♌.
7 a Nonæ Maij.
8 B VIII
9 c VII — Lemuria sacra nocturna, tribus noctibus non continuis, sed interueniente semper vna nocte celebrata sunt Romæ, ad fugandos ex ædibus Lemures & terriculamenta nocturna. Ouid. 5. Fast.
10 d VI
11 e V — Idus Maij. Lemuria secunda.
12 f IIII — Lemuria postrema.
13 g III
14 a Pridie Idus Maij. O in ♏.
15 B Idus Maij. Argeorum simulachra Scirpea, hoc die quotannis Romæ de ponte Sublicio abijciebantur in Tyberim. Idibus Maii mercatorum quoq; erat festum, quod eo die Mercurij ædes dedicatæ essent. Sex. Pomp.
16 c XVII
17 d XVI
18 e XV
19 f XIIII — Calend. Iunij.
20 g XIII
21 a XII — ☽ in ♒.
22 B XI
23 c X
24 d IX
25 e VIII
26 f VII — ☼ in ♊.
27 g VI — Calend. Iunij.
28 a V — ● in ♊.
29 b IIII — Siuan III. mensis Hebræorũ, σκιῤῥοφοριὼν XII. mensis Atheniensium, & πάνεμος XII. mensis Macedonum.
30 c III — Payni X. mens. Ægypt.
31 d Pridie Calendas Iunij.

IVNIVS, habuit dies 30.

1 e Calendæ Iunij, Calendæ fabariæ dictæ, quo die CARNÆ deæ sacra faciebant Romani, & recentes fabas comedebant cũ farre, ne viscera illo anno læderetur. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12. & Ouid. 6. Fast.
2 f IIII Nonas Iunij. Pentecoste Iudæorum.
3 g III Nonas Iunij.
4 a Pridie Nonas Iunij. ☽ in ♍.
5 B Nonæ Iunij.
6 c VIII
7 d VII — Ludi Piscatorii Romæ quotannis celebrabantur in Tyberi iuxta campum Martium. Ouid. 6. Fast.
8 e VI — Idus Iunii.
9 f V — Vestalia celebrabantur Romæ, in honorem Vestæ, quo die asini coronati & onusti panibus, circumducebantur per vrbem, & quiescebant molæ & furni pistorum. Ouid. 6. Fast.
10 g IIII
11 a III — Matralia Romæ celebrata. Ouid. 6. Fast.
12 B Pridie Idus Iunii. O. in ♐.
13 c Idus Iunii. Quinquatria minora, festum tibicinum & Poëtarum.
14 d XVIII
15 e XVII
16 f XVI
17 g XV
18 a XIIII
19 B XIII — ☽ in ♓.
20 c XII
21 d XI
22 e X — Calend. Iulii. siue Quintilis.
23 f IX
24 g VIII — SOLSTITIVM ÆSTIVVM MEDIVM.
25 a VII — ☼ in ♋. Solstitium æstiuum verum.
26 B VI
27 c V — ● in ♋. ἑκατομβαιὼν primus mensis Atheniensium, & λῷος I. mensis Macedonum, initium quarti anni 183. Olympiadis.
28 d IIII — Thamus IIII. mensis Hebræorum.
29 e III — Epephi XI. mensis Ægyptiorum.
30 f Pridie Calendas Iulii.

QVINTILIS habuit dies 31.

1 g Calendæ Iulij. Romæ hoc die annuæ locationes domorum fiebant. Cicero ad Attic.
2 a VI & Memnium. Sueton. in Tiberio.
3 B V
4 c IIII Nonas Iulij. ☽ in ♎.
5 d III
6 e Pridie Nonas Iulij.
7 f Nonæ Iulij, dictæ Caprotinæ. Hoc die Romæ fuit festum ancillarum, quo die mulie-
8 g VIII res Romæ sacrificabant Iunoni, propter singulare ancillarum meritum in
9 a VII rempublicam Romanam, quod describitur à Macrob. lib. 1. Saturn. cap.
10 B VI 11. & à Plutarcho in Romulo & Camillo.
11 c V Idus Iulij.
12 d IIII ○ in ♈. Natalis C. IVLII CÆSARIS Dictatoris, à quo hic mensis, prius
13 e III Quintilis dictus, postea lege Antonia IVLIVS appellatus
14 f Pridie Idus Iulij. est. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12.
15 g Idus Iulij. Hoc die Equites Romani ab æde honoris equis insidentes in capitolium
16 a XVII transibant, quem morem Q. Fabius Rutilianus instituit.
17 B XVI
18 c XV Hoc die CANICVLA in Ægypto solebat exortum facere, 24. diebus post
19 d XIIII ☽ in ♈. (Solstitium. Plin. lib. 18. cap. 47. & Censorinus capite 17. Et
20 e XIII (ab hoc exortu canis, Ægyptij suum annum magnum in-
21 f XII Calend. Sextil. choabant quem κυνικὸν & ἡλιακὸν vocabant.
22 g XI
23 a X
24 B IX
25 c VIII
26 d VII ● in ♋.
27 e VI ✺ in ♌. Ab V. mensis Hebræorum. μεταγειτνι-
28 f V Calend. Sextilis. (ὼν II. mensis Athen. & Γορ-
29 g IIII Mesori XII. & vlti- (πιαῖος II. mensis Macedonū.
30 a III mus mensis Ægyptiorum.
31 B Pridie Calendas Sextilis.

SEXTILIS, habuit dies 30.

1 c Calendæ Sextilis. Hunc mensem Cæsar Augustus postea de suo nomine
2 d IIII. Nonas Sextilis. ☽ in ♍. Augustum vocauit.
3 e III. Nonas Sextilis.
4 f Pridie Nonas Sextilis.
5 g Nonæ Sextilis.
6 a VIII
7 B VII
8 c VI
9 d V Idus Sextilis.
10 e IIII ○ in ♒.
11 f III
12 g Pridie Idus Sextilis.
13 a Idus Sextilis. Seruorum dies festus, quòd eo die natus crederetur Seruius Tullius Ro-
14 B XVIIII manorum rex.
15 c XVII
16 d XVI
17 e XV ☽ in ♉.
18 f XIIII Consualia quotannis Romæ celebrata in honorem Neptuni, eò quòd hoc die
19 g XIII Romulus olim Sabinas virgines pellectas Romam, prætextu ludorum Deo Conso faciendorum, rapuisset. Plutarch. in Romulo.
20 a XII Romæ vinalia secunda celebrata sunt, & flamen Dialis vindemiam auspica-
21 B XI batur. Plin. lib. 18. cap. 29.
22 c X Calend. Septembris.
23 d IX Vulcanalia Romæ in honorem Vulcani celebrabantur.
24 e VIII
25 f VII ● in ♌. Βοηδρομιὼν III. mensis Atheniensium, & Ὑπερβερεταῖος III. mensis
26 g VI Elul VI. mensis Hebræorum. (Macedonum.
27 a V ✺ in ♍. Vltimus dies Mesori, duodecimi & vltimi mensis Ægyptiorum,
28 B IIII Sequitur nunc 5. dies intercalares.
29 c III
30 d Pridie Calendas Septembris.

SEPTEM-

SEPTEMBER *habuit dies 31.*

1 e Calendæ Septembris.
2 f IIII Nonas Septembris. ☽ in ♐.
3 g III Nonas Septembris. Thoth primus mensis Ægyptiorum, initium anni 704. à Nabonassaro.
4 a Pridie Nonas Septembris.
5 B Nonæ Septembris.
6 c VIII
7 d VII
8 e VI
9 f V Idus Septembris.
10 g IIII ☉ in ♓.
11 a III
12 B Pridie Idus Septembris, vndecim diebus ante æquinoctium, tempore matutino ARCTVRVS oritur. Plin. lib. 18. cap. 31. & lib. 2. cap. 47.
13 c Idus Septembris.
14 d XIX
15 e XVIII
16 f XVII
17 g XVI ☽ in ♊.
18 a XV
19 B XIIII
20 c XIII
21 d XII Calend. Octobris.
22 e XI
23 f X Natalis C. Octauij AVGVSTI CÆSARIS, qui hoc die inchoauit annum (ætatis 18.
24 g IX ● in ♍. Æquinoctium autumnale medium.
25 a VIII ÆQVINOCTIVM AVTVMNALE VERVM. ☀ in ♎. Thisri VII. mensis Hebræorum, Μαιμακτηριὼν IIII. mensis Atheniensium, & Δῖος IIII. mensis Macedonum, cohærent cum ipso æquinoctio autumnali vero. Vides ergo quàm pulchre initium mensis Thisri, à quo Iudæi annum suum politicum inchoabant, in ipsum diem æquinoctij autumnalis inciderit.
26 B VII
27 c VI
28 d V
29 e IIII
30 f III
31 g Pridie Calendas Octobris. ☽ in ♈. Epulum Mineruæ.

OCTOBER, *habuit dies 30.*

1 a Calendæ Octobris.
2 B VI. Phaothi secundus Ægyptiorum.
3 c V Nonas Octobris.
4 d IIII.
5 e III.
6 f Pridie Nonas Octobris.
7 g Nonæ Octobris.
8 a VIII ☉ in ♈.
9 B VII
10 c VI Idus Octobris.
11 d V
12 e IIII
13 f III Hoc die Q. Fabius Maximus consul & collega Cæsaris de Hispania triumphauit. Quinctilianus lib. 6.
14 g Pridie Idus Octobris.
15 a Idus Octobris. ☽ in ♋.
16 B XVI
17 c XV
18 d XIIII
19 e XIII
20 f XII
21 g XI Calend. Nouembris.
22 a X
23 B IX ● in ♎ Πυανεψιὼν V. mensis Atheniensiũ, & Ἀπελλαῖος V. mensis Macedonũ Marhesuan VIII. mensis Hebræorum.
24 c VIII
25 d VII
26 e VI
27 f V
28 g IIII Calend. Nouembris.
29 a III
30 B Pridie Cal. Nouembr. ☽ in ♏.

C. IVLIO CÆSARI DICTATORI, mense Octobri in vrbem Romam reuerso, bello Hispanico confecto, decreta sunt quinquaginta dierum supplicationes, atq; triumphus quintus: quo triumpho nihil esse populo Romano potuit grauius, etenim de ciuibus actus est, non de Hispanis. Velleius, Dion, Appius, Plutarchus.

NOVEMBER, *31. dies habuit hoc primo anno Juliano.*

1 c Calendæ Nouembris.
2 d IIII. Nonas Nouembris. Athyr III. mensis Ægyptiorum.
3 e III. Nonas Nouembris.
4 f Pridie Nonas Nouembris.
5 g Nonæ Nouembris.
6 a VIII
7 B VII ○ in ♉. TOTA LVNA ECLIPSATA EST in ♉ 12 part. 36'. in ipso fermè capite Draconis, nocte quæ fuit inter 7. & 6. dies Nouembris hora (secunda post mediam noctem.
8 c VI
9 d V Idus Nouembris.
10 e IIII
11 f III PLEIADVM occasus matutinus hyemis initium & tempus sementis olim (erat Romanis, quadragesimo octauo die post æquinoctiũ autumnale. Plin. lib. 18. cap. 25. & 31. & lib. 2. cap. 47.
12 g Pridie Idus Nouemb.
13 a Idus Nouembris.
14 B XIX
15 c XVIII ☽ in ♌.
16 d XVII
17 e XVI
18 f XV Calend. Decembris.
19 g XIIII
20 a XIII
21 B XII
22 c XI ● in ♏.
23 d X Cisleu IX. mensis Hebræorum, ἀνθεστηριὼν VI. mensis Atheniensium, & αὐδυναῖος VI. mensis (Macedonum.
24 e IX
25 f VIII ● in ♐.
26 g VII
27 a VI Cal. Decemb.
28 B V
29 c IIII ☽ in ♓.
30 d III
31 e Pridie Calendas Decembris.

DECEMBER, *habuit dies 30.*

1 f Calendæ Decembris. Chœac IIII. mensis Ægyptiorum.
2 g IIII. Nonas Decembris.
3 a III. Nonas Decembris.
4 B Pridie Nonas Decembris.
5 c Nonæ Decembris. Faunalia Fauni sacra à rusticis celebrata. Horatius lib. 3. carminum ad Faunum.
6 d VIII ○ in ♊.
7 e VII
8 f VI
9 g V Idus Decembris.
10 a IIII
11 B III

Cum tibi Nona redeunt Decembres
Festus in pratis vacat ocioso,
Cum boue pagus.

12 c Pridie Idus Decembris.
13 d Idus Decembris. ☽ in ♍. Hoc die Q. Pedius de Hispania triumphum egit, Sic enim scriptum est in Capitolinis tabulis.
14 e XVIIII
15 f XVIII
16 g XVI Saturnalia tribus diebus celebrabantur, in honorem Saturni. His diebus Romani Synthesin vestem breuem & versicolorem sumebant, seruisq; discumbentib. inseruiebant, munera vltro citroq; mitti remittiq; solebant.
17 a XV
18 B XIIII
19 c XIII
20 d XII Calend. Ianuarij.
21 e XI ● in ♐. ποσειδεὼν VII. mensis Atheniensium, & περίτιος VII. mensis Macedonum.
22 f X Thebeth X. mensis Hebræorum.
23 g IX
24 a VIII ☀ in ♑. SOLSTITIVM HYEMALE.
25 B VII Incipit annus 44. ante initium annorum Christi.
26 c VI
27 d V
28 e IIII ☽ in ♈.
29 f III
30 g Pridie Calendas Ianuarij. Q. Fabius Maximus consul moritur, huic suffectus est C. Caninius, consul paucissimarum horarum, quod Cicero gaudens omni occasione vrbanitatis increpuit. Neminem enim hoc consule prandisse dixit, tantamq; in eo fuisse vigilantiam, vt toto suo consulatu somnum non viderit. Carolus Sigon. in Fastis consularibus.

Ex

Ex hoc Calendario primi anni Iuliani videre licet, IVLIVM CÆSAREM sumpto initio à Martio, singulis mensibus imparibus dies 31. paribus vero 30. dies attribuisse. Sed cum vltimum mensem imparitatis, Ianuarium videlicet peruenisset, defuit vnus dies, vnde à Februario subtraxit vnum diem ad completionem dierum Ianuarij, quem recuperaret Februarius anno bisextili, quando quarto anno fieret vnius diei intercalatio. Habuit igitur hoc primo anno Iuliano mensis Februarius dies triginta, eò quod annus hic esset bisextilis, cum aliás in anno communi, idem hic Februarius retineret tantum dies 29. Sed cum Augusti tempore, mensem prius dictum Sextilem, Romani Augustum appellarent, inuidens Augustus, mensem suum mense Iulii breuiorem esse, adhuc vnum diem à Februario surripuit, & Augusto addidit, vnde remansit Februarius 28. dierum in anno communi, & 29. dierum in anno bisextili. Aliud etiam insuper accidit inconueniens, tres menses simul esse 31. dierum, scilicet Iulium, Augustum & Septembrem. Vnum igitur diem remouens à Septembri, eum Octobri adiecit, similiter vnum à Nouembri, quem Decembri adiunxit. Hac itaq; mensium ordinatione, & numeri dierum positione, licet reprehensibilis fuerit, vsq; hodie vtitur Ecclesia. Cæterum cum Iulius Cæsar iuberet, vt quarto semper anno (completo intelligens) dies vnus intercalaretur, Sacerdotes Romani non recte intellecto Cæsare, quarto semper anno currente intercalationem fecerunt. Inde euenit, vt 36. annorum spacio, duodecim dies intercalarentur, cum nouem tantum debuissent. Quem errorem tridui amplius iusto intercalati, Augusti subsequens castigatio emendauit, eo adhibito remedio, ne totis duodecim annis quicquam intercalaretur. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 14. Hæc vt melius percipere possis, inspice sequentem tabulam. Binæ enim literæ annis vrbis Romæ inscriptæ, intercalationem semper denotant vitiosam, sed literæ annis ante & post natum Christum inscriptæ veras monstrant literas Dominicales.

TABVLA MONSTRANS QVOMODO CÆSAR AVGVSTVS SECVNDVS ROmanorum Imperator, *vitiosam intercalationem diei bisexti ad iustum ordinem reduxerit, quo vsq; hodie adhuc vtitur Ecclesia.*

Mundi.	Anni vrbis Romæ	Anni Iuliani.	Anni ante Christum
3923	CB 708	1	45 CB
3924	A 709	2	44 A
3925	G 710	3	43 G
3926	FE 711	4	42 F
3927	D 712	5	41 ED
3928	C 713	6	40 C
3929	BA 714	7	39 B
3930	G 715	8	38 A
3931	F 716	9	37 GF
3932	ED 717	10	36 E
3933	C 718	11	35 D
3934	B 719	12	34 C
3935	AG 720	13	33 BA
3936	F 721	14	32 G
3937	E 722	15	31 F
3938	DC 723	16	30 E
	B		29

—Tribus primis annis Iulianis literæ Dominicales consentiunt.

—Hoc secundo anno Iuliano Idibus Martijs C. IVLIVS CÆSAR primus Romanorum Imperator in Senatu est confossus.

—Hoc quarto anno Iuliano literæ Dominicales incipiũt discrepare, propter vitiosam intercalationem diei Bisexti, quē Romani quarto anno currente Calendario suo inseruerunt, cum quarto anno completo, in initio quinti anni Iuliani intercalationem illam facere debuissent.

Mundi.	Anni vrbis Romæ.	Anni Iuliani.	Anni ante Christum.
3939	724	17	DC
3940	A 725	18	28 B
3941	GF 726	19	27 A
3942	E 727	20	26 G
3943	D 728	21	25 FE
3944	CB 729	22	24 D
3945	A 730	23	23 C
3946	G 731	24	22 B
3947	FE 732	25	21 AG
3948	D 733	26	20 F
3949	C 734	27	19 E
3950	BA 735	28	18 D
3951	G 736	29	17 CB
3952	F 737	30	16 A
3953	ED 738	31	15 G
3954	C 739	32	14 F
	B		13

Anni mundi.	Anni vrbis Romæ.	Anni Iuliani & intercalationis omissæ.	Anni ante & post natum Christi.	
3955			ED	
	740	33		
3956	AG		12 C	
	741	34		
3957	F		11 B	
	742	35		
3958	E		10 A	
	743	36		Cum Romani 36. annorum Iulianorum spacio, duodecim intercalassent dies in Calendario, cum nouem tantum debuissent, Cæsar Augustus, vt errorem illum tridui amplius iusto intercalati emendaret, legem tulit, vt duodecim annis nulla fieret in Calendario intercalatio, ergo hoc 744. ab vrbe condita, primo intercalatio est omissa. Saturn. lib. 1, cap. 14.
3959	D		9 GF	
	744	1		
3960	C		8 E	
	745	2		
3961	B		7 D	
	746	3		
3962	A		6 C	
	747	4		
3963	G		5 BA	Hic intercalatio secundo omittitur, anno ab vrbe condita 748.
	748	5		
3964	F		4 G	
	749	6		
3965	E		3 F	
	750	7		
3966	D		2 E	
	751	8		IESVS CHRISTVS FILIVS DEI NASCITVR EX MARIA VIRGINE.
3967	C		1 DC	Intercalatio hic in Calendario Romano tertio est omissa, anno ab vrbe condita 752.
	752	9		VVLGARE INITIVM ANNORVM DOMINI.
3968	B		B	Vides hoc primo anno Domini literas Dominicales iterum consentire, ita Deus singulari prouidentia voluit, vt ad tempus nati Christi, iusta fieret per duos primos Imperatores Calendarij Romani correctio.
	753	10	1	
3969	A		A	
	754	11	2	
3970	G		G	
	755	12	3	
3971	FE		FE	Hoc anno iterum facta est in Calendario Romano diei bisexti intercalatio.
	756		4	
3972	D		D	

Vides quanta diligentia hæc inuestigauerim, vt verum initium annorum Iulianorum innotesceret, oportet enim nostros annos, quibus nunc vtitur Ecclesia, ad primum annum Iulianum, à quo tanquam à certo fundamento dependent, certam proportionem habere, quod nisi quis diligenter obseruet, facilè hic hallucinari poterit. Subijcio nunc calculum & picturam Eclipsis, quæ facta est octodecim septimanis ante necem Iulij Cæsaris.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO MVNdi 3924. Anno vrbis Romæ 708. Primo anno Iuliano, septimo die Nouembris, inter secundam & tertiam horam matutinam, Anno ante vulgare initium annorum Domini 45.

Cui respondet

Aureus numerus 14.
Cyclus Solaris 21.
Literæ Dominicles C & B.

A prima meridie Nabonassari, vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 703. menses 2. dies 4. horæ 14. scrup. 53. sub meridiano montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Incidit ergo hæc Eclipsis iuxta Ægyptiorum annorum rationem, in 5 diem mensis Athyr, cum quo cohæret 6. dies Nouembris. Tali igitur die, horis à meridie elapsis 14. scrup. 53. tota Luna defecit in horizonte Regiomontano, & quidem tali nocte, quæ fuit inter 6. & 7. diem Nouembris, horis post mediam noctam 2. scrup. 53. ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	4	55′	26″	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	2	2	33	
Simplicis Solis	3	38	41	27	
Compositi Solis	3	43	36	54	
Anomaliæ annuæ Solis	2	38	9	27	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	3	21	19	
Anomaliæ Lunæ	2	2	46	54	
Latitudinis Lunæ	4	54	42	12	
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	8	59	21	
Æquatio centri Solis addenda	0	0	13	58	scrup. proport. 59′ 59″.
Anomalia Solis coæquata	2	38	23	25	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	54	55	

Ergo ☉ in ♏ part. 12 36′ 53″.

	sex.	part.			
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	6	42′	38″	
Æquatio secundi Epicycli addenda	0	1	50	9	scrup. proport. 0′ 15″.
Anomalia ☽ coæquata	2	4	37	3	
Absoluta æquatio 1. Epicycli subtrahenda	0	4	16	14	

Ergo ☽ in ♉ part. 12 36′ 53″.

Motus latitudinis coæquatus sex. part. 4 30 25′ 58″.

Caput Draconis in ♉ part. 12 10′ 55″. Abest ergo Luna à capite Draconis 25′ 58″.
Ergo latitudo Lunę Borealis crescens 2′ 15″.
Semidiameter Lunæ 17′ 6″. Diameter ergo Lunæ apparens 34′ 12″.
Semidiameter vmbræ 47′ 29″. Variatio vmbræ auferenda 52″.
Semidiameter vmbræ coæquata 46′ 37″.
Summa vtriusq; semidiametri Lunæ & Vmbræ 63′ 43″.
Ablata latitudine Lunæ scrupula reliqua de Summa Semidiametrorum 61′ 28″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 21. scrup. 34.

Motus horarius Lunæ 23′ 46″.
Differentia scrupulorum vtriusq; Semidiametri Lunæ & Vmbræ 29′ 31″.
Ergo scrupula moræ dimidiatæ 29′. Scrupula autem incidentiæ 63.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam scrup. 56. Totus autem defectus horas 3. scrup. 52.
Mora dimidia 54. scrup. vnius horæ, integra autem mora horam vnam scrup. 47.

Latitudo


Latitudo Lunæ in initio Eclipsis australis decrescens 5′ 39″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis borealis decrescens 8′ 9″.

temp.
Ascensio recta veri loci Solis 220 9′ 44″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 25. scrup. vnius horæ.
Et propter diuersitatem meridianorum Romæ subtrahenda 42. scrup. vnius horæ.
Ergo Romæ horribilis hic defectus Lunæ visus est post mediam noctem horis duabus, scrupulis 35. Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.

BOREAS.

ORIENS.

Luna ab vmbra terræ iterum discedens.



Luna accedens ad vmbram terræ.

OCCIDENS.

AVSTER.

Hanc Eclipsin Ouidius vltimo libro Metamorph. recenset inter prodigia, quæ antecesserunt necem C. IVLII CÆSARIS. Scribit enim Lunares currus sanguine fuisse sparsos, cruentam autem & quasi sanguine deformatam faciem Luna accepit, quoties incurrit in vmbram terræ. Verba Ouid. hæc sunt:

Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilesq; tubas, auditaq; cornua cœlo
Præmonuisse nefas, Solis quoq; tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
Sæpè faces visa medijs ardere sub astris.
Sæpè inter nimbos gutta cecidere cruenta.
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atra
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.

Hæc prodigia cum fierent, octodecim septimanis & tribus diebus post hanc Eclipsin, sequuta est tandem mors C. Iulij Cæsaris, qui in Senatu Romano viginti tribus confectus vulneribus, in curia Pompeij nefariè occisus est, sexto & quinquagesimo ætatis anno.

Ll Cyclus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiū 60 hebdomadis

45
14 21 CB

PRIMVS ANNVS IVLIANVS.

C. IVLIVS, C. f. C. n. C. CÆSAR IIII. Dictator & Consul. C. Fabius Maximus. Huic suffectus est Caninius diem unum. Coss.

—C. IVLIVS CÆSAR QVARTO DESIGNATVS DICTATOR & consul continuo in Hispaniam contra Pompeios Magni Pompeij filios profectus est, & septimo decimo quam egressus ab vrbe fuerat die, Saguntum venit in Hispaniam, statimq; aduersus Pompeios duos, multa bella varia sorte gessit. Eutrop. lib. 6.

—17. die Martij C. IVLIVS CÆSAR acerrimo prælio vicit Pompeij Magni filios ad Mundam in Hispania, vbi tantis viribus dimicatum est, tantaq; cædes acta, vt Cæsar quoq;, veteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum cogi cædiq; aciem suam cerneret, seipsum voluerit occidere, ne post tantā rei militaris gloriam, in potestatem adolescentum natus annos 55. veniret, serò tamen ad vesperam vicit tandem, trucidatis triginta millibus hostium. Deinde pridie Idus Aprilis, Cn. Pōpeij Iunioris (qui in fuga occisus erat) caput, ad Cæsarem allatum est. A. Hirtius lib. 6. de bello ciuili. Eutrop. lib. 6.

703
3 Sep.

C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR, omnium victor, ex Hispania in Italiam reuersus, celebri triumpho, cuius apparatus ex argento rasili constabat, vrbem Romam ingressus, quod humanam excedat fidem, omnibus qui contra se arma tulerant ignouit, magnificentissimisq; spectaculis gladiatorij muneris, Naumachiæ equitum peditumq;, simul elephantorum certaminibus, epuliq; per multot dies dati celebratione, totam repleuit vrbem. Neq; illi tanto viro, & tam clementer omnibus vso, plus quinq; mensium principalis quies contigit, quippe cum mense Octobri reuertisset, Idibus Martij coniurationis autoribus Bruto & Cassio interemptus est. Velleius lib. 2.

708

44
15 22
A

C. IVLIVS CÆSAR V. Huic suffectus est P. Cornelius Dolobella. M. ANTONIVS, M. f. M. Nepos. Coss.

3924

C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR PERPETVVS appellatur, & Imperator Romanorū sacrosanctus, id est iuniolabilis, ἱερὸς καὶ ἄσυλος & magistratus iurauit in ipsius acta.

IDIBVS MARTII, C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR, in curia Pompeij à sexaginta coniuratis, de quibus ipse optimè fuerat meritus, viginti & tribus cultris senatorijs confossus est, anno ætatis 56. Vnde dies ille PARRICIDIVM postea dictus est. Ita dum clementiam quam alijs præstiterat expectat, ab ingratis senatoribus occiditur clementissimus Imperator. Dixisse fertur paulò ante mortē, mori se quam timeri malle. Vellei. Paterc. Præfuit Romano Imperio post mortem Cn. Pompeij Magni annis 3. & mensibus fermè 6. Iosephus antiquitat. lib. decimo 4. cap. decimo nono. In consulatu illi suffectus est P. Cornelius Dolobella. Nocte illa quæ præcessit necem C. Iulij Cæsaris, quam is vltimam in terris egit, CALPHVRNIA eius vxor in quiete vidit, multis eum confectum vulneribus, in suo sinu iacentem, somnijq; atrocitate vehementer exterrita, rogare nō destitit, vt proximo die se à curia abstineret. Die quæ necem Cæsaris sequuta est, tres Soles orti sunt qui mox in vnum coierunt. Plin. lib. 2. cap. 31.

Olym. 184

704

709

43
16 23
G

C. Pansa. A. Hirtius. Coss.

—✱ STELLA CRINITA horendæ magnitudinis, post necem Cæsaris, septem noctes eximio fulgore, magno mortalium metu apparuit. Plin. Eusebius quoque bouem sub Iulij Cæsaris mortē, in suburbano loquutum refert, Frustra se vrgeri, non enim frumenta, sed homines breui defuturos.

3925

Ab initio Mundi. | Ante natum Christum | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Recenſentur & multa alia prodigia, quæ ante & poſt necem C. IVLII CÆSARIS facta ſunt, à Virgilio in fine lib. 1. Georg. his verbis:

Sed tibi ſigna dabit, Solem quis dicere falſum
Audeat? Ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpè monet, fraudemq́ue & operta tumeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaq́ue æternam timuerunt ſecula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoque & æquora Ponti,
Obſcæniq́ue canes, importunæq́ue volucres
Signa dabant. Quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Æthnam:
Flammarumq́ue globos, liquefactaq́ue voluere Saxa.
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audijt: inſolitis tremuerunt motibus alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita ſilentes
Ingens: & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: Pecudesq́ue loquutæ,
(Infandum) ſiſtunt amnes, terræq́ue dehiſcunt,
Et mœſtum illacrimat templis ebur, æraq́ue ſudant.
Proluit inſano contorquens vortice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposq́ue per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit: nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſauit, & altè
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura: nec diri toties arſere cometæ.

Hæc per ſe ſunt clara & perſpicua, niſi quod de orbe Solis caligine obſeſſo dubitari poſſet, qualis videlicet illa fuerit caligo, & vnde originem traxerit. Seruius quidem commentator in Virgilium, de horribili Eclipſi Solis Poëtam loqui arbitratur, quæ facta ſit eodem die, qua Cæſar erat extinctus. Sed falſam hanc eſſe interpretationem Seruij inde colligitur, quod nullam hoc anno interuentu Lunæ Eclipſin Solis factam fuiſſe, calculus Aſtronomicus perſpicuè demonſtrat. Et quamuis Gerardus Mercator collectis motibus quibuſdam medijs, ſententiam Seruij confirmare conetur, tamen ſi quis ad latitudinem Lunæ auſtralem, quam motus latitudinis Lunæ à Mercatore inuentus, monſtrat anno vrbis Romæ 7‹8. fuiſſe 8. ſcrup. inſuper adiecerit parallaxin longitudinis Lunæ à Sole, 25. ſcrup. qualis videlicet in principio Geminorum circa ſextam horam veſpertinam in quinto climate eſſe ſolet, nullam ibi Eclipſin Solis fuiſſe factam, ipſe calculus Aſtronomicus ſatis demonſtrabit. Vt taceam interim, motus illos medios à Gerardo Mercatore collectos, à calculo Prutenico ſatis procul aberrare. Non ergo ex Seruio, ſed ex alijs fide dignis autoribus, veram verſuum Virgilij interpretationem ſumendam eſſe, nemo eſt qui non videat. Plutarchus enim, Plinius & alij Autores teſtantur, propter denſitatem aëris Solem, non vna tantum die, aut paucis quibuſdam horis, verum continuis aliquot diebus ante & poſt necem Cæſaris, imò toto huius anni ſpacio, apparuiſſe obſcuriorem. Hoc quoties fit, Sol per denſitatem vaporum radios languidius emittens, ſimul rubedine quadam inuſitata offuſcatur, quam Virgilius ferruginem appellat, & propter imbecillitatem luminis in Sole, auxeſi Poëtica ſupra modum rem exaggerans, ſtatim addit Virgilius:

lius: Impiaq; æternam timuerunt secula noctem, hoc est, veriti sunt parricidæ Cæsaris, ne Sol cum inciperet iam imbecillius & lumen & calorem emittere, tandem prorsus deficeret. Atq; hæc est ita recta interpretatio Versuum Virgilij, cum quo Ouidium quoq; consentire videmus in fine 15. lib. Metamorph. vbi hanc caliginem Solis his verbis depingit:

————————Solis quoq; tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.

Fuit ergo imago Solis lurida, propter nebulosum aërem imbecillius lumen spargens. Toto namq; huius anni spatio, pallens globus, & sine splendore Oriens, imbecille & tenuem ex se calorem emittebat, inde aëris intemperies, maximaq; frugum cruditas extitit, teste Plutarcho in vita Cæsaris, & Plinio lib. 2. cap. 30. Sic legimus eodem quoq; hoc anno, quo Cæsar erat extinctus, propter eandem aëris densitatem, halonem siue circulum varij coloris circa Solem visum esse die illo, quo Octauius Romam ingressus est. Imò ipsum orbem Solis, propter refractiones densiores sine dubio in aëre nebuloso, se super caput Octauij in formam coronæ dilatasse, Vell. Paterculus testatur volum. posteriori. Quid autē hæc caligo Solis, & reliqua prodigia omnia quæ mortem Cæsaris secuta sunt, designauerint, euentus satis declarauit. Variæ enim conspirationes & noua bella ciuilia statim sunt secuta, & neces præstantissimorum virorum, præsertim autem M. TVLLII CICERONIS, cuius caput cum dextra in rostris positum est. In Ecclesia quoq; & in Iudæa varij tumultus extiterunt. Malachus enim potens quidam Iudæus, Antipatrum patrem Herodis veneno sustulit, & spe principatus cæpit tumultuari in Iudea, sed arte Herodis filij Antipatri (quem pater Galileæ Iuuenem adhuc præfecerat) in primo statim conatu astutè ad cœnam vocatus, à militibus Cassij occiditur. Postea Telechus frater Malachi necem germani vindicaturus, hostiliter grassari cæpit. Antigonus quoq; Aristobuli filius collecto exercitu bonam partem Iudeæ subegit, eum Herodes, qui represso fratre Malachi iam potens erat in Iudæa, prælio fusum fugatumq;, finibus regni eiecit. Hæc omnia facta sunt statim post interitum C. Iulij Cæsaris. Sed redeo nunc ad seriem annorum.

Cyclus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

44
15 22
A

C. IVLIVS CÆSAR 5. Huic suffectus est P. Cornelius Dolabella. M. Antonius M. f. M. Nepos. Coss.

3924

—IDIBVS MARTIIS C. IVLIVS CÆSAR CONFOSSVS EST IN CVRIA POMPEII.

—M. LEPIDO, qui pontifex maximus in C. Cæsaris locum creatus erat, Hispania est decreta.

Olym. 184

—C. OCTAVIVS AVGVSTVS CÆSAR secundus Romanorum imperator, reuersus Romam post necem auunculi maioris à senatu Romano imperator & dux belli creatus est aduersus Antonium. Successit auunculo maiori Cæsari in hæreditate anno 43. ante Christi natiuitatem.

704

Cassius in Syriam atq; Iudæam profectus duriter pecuniam à ciuitatibus exegit, & à Iudæis septuaginta talenta poposcit, quæ summa æquat nostræ monetæ fermè quatuor tonnas auri, & præterea viginti millia coronatorum. CICERO hoc tempore in Græciam ad Siliam uauigaturus, aduerso vento in Italiam reijcitur. lib. 16. ad Atticum epist. 333. & 334. In eo itinere scripsit Topica ad Trebatium. Reuersus Romam tres libros de OFFICIIS ad filium Athenis viuentem misit.

709

43
16 23
G

C. Vibius C. f. C n. Pansa. A. Hirtius A. f. Coss.

—P. OVIDIVS NASO nascitur die 20. Martij, secundo die Quinquatriorum, Hirtio & Pansa Coss.

3925

—14. die Aprilis ANTONIVS ab OCTAVIO Cæsare, iuuene adhuc victus & repulsus est à Mutina. Duo consules Hirtius & Pansa in eo prælio occisi sunt. Ouid 4. Fast.

—Malichus ANTIPATRVM patrem Herodis cum Hyrcano Sacerdote cænantem, curat per pincernam pecunia corruptum veneno extingui.

—Orationes Philippicæ à Cicerone in Antonium dictæ.

705

—C. OCTAVIVS AVGVSTVS consulatum inijt pridiè quam impleret 20. annos, X. Calend. Octobris cum collega Q. Pedio, eodemq; tempore Imperare cæpit, anno 42. ante Christi natiuitatē.

Octauius Aug. Q. Pedius.

—HERODES Malichum Iudæum, qui patrem eius Antipatrum paulò ante interfecerat, opera Cassianorum militum per insidias occidit, & Antigonum Aristobuli filium prælio victum Iudæa rursus expulit. Eodem hoc tempore Mariamne filia Alexandri secundi, neptis Hyrcani secundi Sacerdotis, desponsata est Herodi, repudiata Doride Idumæa.

—Mense Decembri coniunxerunt se Octauius Cæsar, Antonius & Lepidus, horum Triumuiratus plenus fuit crudelitatis.

710

42
17 24
F

coss.

—M. TVLLIVS CICERO cum compleuisset annum ætatis 64. mense Ianuario per Popilium iussu Antonij interfectus, est caput & manus amputatæ in rostris positæ sunt, cum prius Fuluia vxor Antonij, linguam ex interfecti capite extractam aciculis pupugisset.

3926

Mundi. | Ante Christi, & Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Sabbatum terræ.

L. Munatius L. f. L. n. Plan. M. Æmyl. M. f. Q. n. Lepi. II.

—Trini Soles apparuere, M. Lepido & L. Planco Coss. Plin. lib. 2. cap. 31.

—M. Brutus & C. Cassius ab OCTAVIO & Antonio ad Philippos in Macedonia victi, sibi ipsis mortem consciuerunt.

—CLEOPATRA Ægyptiorum regina aurea naui Tarsum in Ciliciam traiecit, vbi orationis suauitate & eximia pulchritudine Antonium Triumuirum ad amorem pellexit. Vide Plutarchum in vita Antonij.

706

711

—Antonius Phaselum & HERODEM Antipatri filios, Tetrarchas Iudææ constituit. Ioseph. lib. 14. ant. cap. 23.

41 | 18 | 25 | ED

16. Calend. Decembris natus est Tiberius imperator, M. Æmylio Lepido iterum, & Munatio Planco Coss.

3927

L. Antonius M. f. M. n. Pietas, P. Ser. P. f. C. n. Vatia, Isauricus. Coss.

—IOSEPHVS, qui virginem Mariam postea matrimonio sibi iunxit, circa hæc tempora natus est. Rudiment. Nouitior.

—Octauius Cæsar, Claudiã, Fuluiæ ex P. Clodio filiam, repudiat, & ducit Scriboniam, ex qua Iulia ipsi nata est. L. Antonium consulẽ, Marci fratrem, in Perusia obsessum ad deditionem coëgit, incolumemq; dimisit. Perusia incensa est, cuius incendij initium fecit princeps eius loci Macedonicus, qui subiecto rebus ac penatibus suis igni, transfixum se gladio flammæ intulit. Fuluia M. Antonij vxor, cum aduersus Octauium in Italia omnia armis tumultuq; misceret, ex Italia eiecta in Asiam fugiens Sicyoni moritur.

707

712

2 Sept.

40 | 19 | 26 | C

—Parthi duce Labieno qui Pompeianarum partium fuerant in Syriam irruperunt, victoq; Didio M. Antonij Legato, vniuersam eam prouinciam occupauerunt. L. Flor. lib. 126.

3928

Cn. Domiti. M. f. M. n. Calui. II. C. Asinius, Cn. f. Pollio. Coss.

Olym. 185

—Antonius Octauio reconciliatus, Sororem ipsius Octauiam ducit. L. Flor. lib. 126. in Liu.

—Parthi tempore pentecostes Palæstinam & Ierosolymam occupant ANTIGONVM regem constituunt, qui regnauit annis 3. ac mens. 3. vsq; ad captam Hierosolymam. Egesip. lib. 2. cap. 13. Phaselus frater Herodis capite in carcere aliquoties in parietem alliso mortem sibi consciuit. Hyrcanus summus Sacerdos auriculis præcisis deformatus in Parthiam abducitur. Herodes fuga sibi suisq; salutem quærens, ægrè euasit.

708

713

—HERODES ASCALONITA Romæ à senatu Iudæorum rex creatur, tempore hyemis consulibus Cn. Domitio Caluino II. & C. Asinio Pollione Olympiade 185. Ioseph ant. lib. 14. cap. 26.

39 | 1 | 27 | B

—Herodes rex creatus reuersus in Palæstinam, collecto exercitu, totam ferè Galilæam per deditionem accepit, Ioppen ciuitatem expugnauit, & postremo contra Ierosolymam exercitum duxit, sed quia Ventidius & Silo Romanorum legati, ab Antigono pecunia corrupti erant, re infecta in Samariam discessit.

3929

L. Martius, L. f. Censorinus. C. Caluisius C. f. Sabinus. Coss.

—Cæsar Octauius & Antonius cum Sex. Pompeio pacem fecerunt, vt Siciliam, Sardiniam & Achaiam, quinquennium teneret, & de paternis opibus 1550000. aureorũ reciperet. Flor lib. 126. in Liu.

709

—Herodes rex Iudæorum Ierichuntem diripuit, & exercitum in Samaria Galilæa & Iudæa in hybernis collocauit, Ioseph. ant. lib. 14. cap. 27.

714

38 | 2 | 28 | A

—Tempore hyemis Herodes aliquot latrones profligauit, expugnatis altissimis quibusdam petris in quibus tanquam in firmissimis arcibus habitabant. Ioseph. Ibidem.

3930

Coss.

Ab initio Mundi. | Ante Christum & Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiū 61 hebdomadis.

Ap. Claudius, C. f. Pulc. C. Norbanus, C. f. Flaccus. Coss.

710 — 715 — 37 — 3 — 1 — GF

—*Cæsar Octauius* LIVIAM, *viuo priore marito Tiberio Nerone, & grauidam, vxorem ducit. Tertio mense post. Claud. Drusus ex Liuia natus est.*

—*Ventidius Pacorum Parthorum regem cum exercitu deleuit die 9. Iunij. Dion. lib. 48.*

—HERODES *rex Iudæorum cum Machæram quoq;, qui cum auxiliaribus copijs à Ventidio ad eum missus erat, negligentibus rem gerere, tergiuersari, & respectare ad Antigonum spe nummorum animaduertisset, nihil præsidij in eiusmodi ducibus esse expertus, ipse ad Antonium obsidentem vrbem Samosatam maximis itineribus contendit, vbi in via aliquot secundis prælijs latrones profligauit, qui transitum intercluserant. Ei aduentanti Antonius cum maxima parte exercitus, vt regi obuiam processit, & paulò pòst cum duabus legionibus eum in Iudæam remisit, ac Sosium vnum de fidissimis suis ducibus cum alio exercitu sequi iussit. Absente Herode frater eius Iosippus, cum sex cohortibus incautius frumentatum excurrens, ab Antigoni militibus cum omnibus suis occiditur propè Hiericuntem. Ioseph. lib. 14. ant. cap. 27.*

3931. M. Vipsanius, L. f. Agrippa. L. Caninius, L. f. Gallus. Coss.

—*Herodes reuersus aliquot secundis prælijs hostes vicit, quinq; ciuitates expugnauit & occiso Pappo fratris necem vindicauit. Ac paulò pòst Ierosolymam obsidet anno 3. ex quo Romæ rex ordinatus fuerat. Ioseph. ant. lib. 14. cap. 27.*

—*Primus dies mensis Nisan cohæret cum secundo die Aprilis.*

—*Bellum eodem hoc tempore inter Cæsarem Octauium & Sex. Pompeium Cn. Pompeij Magni filium vario euentu gestum est.*

—HERODES *nuptias celebrat cum* MARIANNE ASMONÆA.

711 — 1. Sep — 716 — 36 — 4 — 2 — E

—*Tertio mense completo, vt Hebraicus Iosephus habet, quarto mense, in die Ieiunij, hoc est 17. die mensis Thamus, nam tali die Iudæi quotannis Ieiunium celebrant, ob fractas in monte Sinai tabulas, qui dies hoc anno incidit in 15. diem Iulij.* HERODES ET SOSIVS IEROSOLYMAM *hostili manu expugnarunt die Martis vltimo anno Olympiadis 185. M. Agrippa & Caninio Gallo cosulib. Antigonus vltimus rex de familia Asmoneorum ad pedes Sosij prostratus, supplex veniam petijt, sed contumeliosè acceptus ac vinctus, postea ad Antonium Antiochiam abductus, ibiq; flagitante id Herode occisus est. Ioseph. ant. lib. 14. cap. 28. Egesippus lib. 1. cap. 31. vrbem captam esse scribit septimo mense obsidionis, capta est eodem die quo ante annos 27. à Pompeio erat expugnata, teste Iosepho lib. 14. cap. 28. Herodes omnia ornamenta ciuium & quidquid habebant pecuniæ in arcem regiam comportare iussit, & 45. principes occidit.*

3932. Olym. 186. L. Gellius, L. f. L. n. Publico. M. Cocceius, M. f. Nerua. Coss.

Herodes cum Hyrcanum socerum Babylone ab exilio reuocatum propter auricularum defectum Sacerdotio summo præficere non posset, alium quendam obscurum hominem Iudæum, ex Babylone profectum, ANANELVM *nomine ad pontificiam dignitatem euexit. Ioseph. antiq. lib. 15. cap. 2.*

Et hoc anno Octauianus Cæsar aduersus Sex. Pompeium vario euentu pugnauit.

712 — 717 — 35 — 5 — 3 — D

L. Gellio & M. Cocceio Nerua consulibus Antonio exacto priore quinquennio, prorogatur imperium in aliud quinquenniū, qui & hyeme in Syriam profectus est. C. Octauius Cæsar bellum incipit, in quo ex sententia ei omnia successerunt. Dion. lib. 48 in fine.

Antonius Triumuir infelicem suscepit expeditionem in Parthiam & Mediam. Flor. lib. 130. in Liu.

Agrippa Octauiani Cæsaris legatus atrocissimo prælio nauali Sex. Pompeium vicit. Lepidus coactus est ab Octauiano Cæsare supplex veniam petere, & abrogato triumuiratus honore vix vitam impetrauit. Vell. Patercul.

3933. L. Cornificius, L. f. Sex. Pompeius, Sex. f. Coss.

—ARISTOBVLVS III. *frater reginæ Mariamnes, summo Sacerdotio præficitur, remoto Ananelo, præest anno 1. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 2. & 3.*

713 — 718 — 34 — 6 — 4 — C

—*Ingruit hoc tempore fames in Iudæa propter annum Sabbatarium, quo non licebat agros conserere, cum esset superioribus quoq; annis agrorū cultura multis in locis intermissa, propter assidua bella intestina. Hanc famem, eundemq; hunc annum Sabbatarium Iosephus coniungit cum eo anno, quo Ierosolymorum vrbs ab Herode Sosioq; expugnata est. Sed paulò pòst ea tempora, vno tantum anno intermedio, in hunc annum Sabbatarium famē eam incidisse, ipsa series annorum Sabbatariorum demonstrat, vide annos mundi 3808. & 3816. vbi annos Sabbatarios rectè à nobis in ordinem redactos liber primus Maccabeorum cap. 6. Egesippus lib. 1. cap. 1. & Ioseph. lib. 13. cap. 15. vnanimiter testantur. Vnde in vltimæ huius famis anniq; Sabbatarij collocatione Iosephus lib. 14. antiq. cap. 28. errasse, luce clarius apparet. Neq; etiam vnius anni spatio tanta frumenti copia recolligi potuit, vt tot annorum, quibus propter assidua bella agrorum cultura erat intermissa, detrimentum resarciretur.*

3934. Sabbatum terræ.

Mundi. | Ante Christū, & Romæ cōdita | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

L. Scribonius. L. f. Libo. M. Antonius, M. f. M. n. II.

—Antonius à Parthis victus in Græciam transijt, iussitque Sex. Pompeium, qui victus ab octauiano Cæsare exercitum bellumque reparabat, cum paucis ad se venire. Sed Pompeius fugiens in Asiam, tandem iussu Antonij à Titio iugulatus est. Eutrop. lib. 7. Vell. Patercul. poster. Volum. Suntque tres illi Pompeij ita procul disiitis locis interfecti & sepulti. Pater. Cn. Pompeius magnus in Ægypto, maior natu filius in Hispania, & minor hic natu filius in Asia.

714 Cum Aristobulus summus Sacerdos Iudæorum, frater Reginæ Mariamnes, pontificio habitu ornatus, in festo Pentecostes summi Sacerdotis munus magna cum venustate obiret, singulæ eius actiones, à circumstante multitudine lætis applausibus excipiebantur, Herodes igitur metuens ne rex tandem crearetur Aristobulus, finito festo, nefaria fraude eum lauantem in aqua propè Hiericuntē per satellites suos suffocari curauit, & Ananelo principatum Sacerdotij restituit. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 3. Perijt hic Aristobulus agens annum ætatis 18, fuit ergo puer quatuor annorum, cum pater Alexander à Romanis Antiochiæ capitali supplicio afficeretur.

719 | 33 | 3935 | 7 | 5 BA — Coss. C. Iulius, diui. f. C. n. Octauianus Cæsar II. M. Tullius Cicero, filius.

—*Herodes de nece Aristobuli pontificis apud Cleopatram accusatus, & ab Antonio accersitus Laodiceam ad reddendam rationem, muneribus & purgatione Antonium placauit. Interim Mariamne regina vxor Herodis, ex custode suo Iosepho marito Salomes Sororis regia cognoscit, mandatum ab Herode fuisse, vt ipsa cum matre interficeretur, si quid Antonius durius in Herodem statuisset, vnde cum rex reuerteretur coniunctionem eius auersata est, & Herodes Iosephum Sororis sua Salomes maritũ occidi curauit.*

715 *Herodes Cleopatram qua concubitum eius petiuerat in Ægyptum deduxit. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 5.*

31. Augusti.

720 | 32 | 3936 | 8 | 6 G — Coss. Cn. Domitius, L. f. Cn. n. Ænobarbus. C. Sosius, C. f. T. Nepos.

—*Antonius tertia æstate post cladem Parthicam, Artauasdem Armeniæ regem fraude deceptum, catenis, sed ne quid honori deesset, aureis vinxit & ad confessionem thesaurorum regiorum coëgit, expugnatoque præsidio, in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentique abstulit, Vell. Pater. poster. Volum. & Eutrop. lib. 7.*

—Antonius Alexandriam reuersus, regnum Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit. Flor. abbreuiat. in Liuium lib. 131.

Olympias 187

—C. OCTAVIANVS CÆSAR in Illyrico Dalmatas domuit, cum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum & Alexandrum Romam venire recusaret. L. Flor. in Liu. lib. 132.

716 Antonius nouum se LIBERVM patrem appellari iussit, & hederis coronaque velatus aurea thyrsum manu tenens, cothurnisque succinctus, curru velut LIBER Deus vini, quem alias Bacchum vocant, vectus est in plateis Alexandriæ. Vell. Patercul. poster volum.

721 | 31 | 3937 | 9 | 7 F — Coss. C. OCTAVIANVS CÆSAR III. M. Valer. M. f. M. n. Mes. Cor.

—Antonius Octauiam Cæsaris Sororem repudiat, & bellum aduersus Cæsarem Octauianum apparens, Patris in Achaia hybernat.

Initiũ 62 hebdomadis.

—Antonius finito altero quinquennio triumuiratus imperium deponere noluit, Flor. lib. 132. in Liuium.

—*Instante bello Actiaco Olympiade 187, teste Ioseph. lib. 15. ant. cap. 6. Antonius suasu Cleopatræ demandauit Herodi bellum regi Arabum inferendum, qui pactas Cleopatræ pensiones ducentorum talentorum annui redditus soluere detrectabat. In eo bello cum Herodes primum ingenti prælio Arabes fudisset, fortuna versa, exercitum ferè omnem amisit, ac insuper etiam castris exutus est. Ad illam cladem Iudæorum, accessit etiam terræmotus, qui amplius decem millibus hominum in Iudæa extinxit illis diebus quibus ad Actium nauali prælio pugnatum est. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 7.*

717 —*Die Martis, secundo Septembris, C. OCTAVIANVS CÆSAR nauali prælio vicit ingentem classem M. ANTONII TRIVMVIRI, & CLEOPATRÆ, ad Actium Epiri promontorium, consulibus Cæsare Octauiano & Valerio Messala. Dion. lib. 50. Facta est hæc pugna septimo anno regni Herodis, si à captiuitate Ierosolymorum & à morte Antigoni Vltimi regis de familia Asmonæorum supputatio incipiatur. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 7. Incidit idem hoc prælium Actiacum in annum vrbis Romæ 723. Dion. & Varro.*

722 | 30 | 3938 | 10 | 8 E — Coss.

—*Herodes Arabes grassantes in Iudæa ferro ac incendijs, difficulter recollectis viribus repressit & intra patrios fines redire compulit. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 8.*

—*Terræmotum & hostium incursiones fœda lues in Iudæa secuta est.*

Mundi. | Ante Christũ, & Romæ cond. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. OCTAVIANVS CÆSAR IIII. M. Licinius, M. f. M. n. Crassus. Coss.

—*HERODES rex Iudæorum metuens ne victor Cæsar Octauianus regnum Hyrcano traderet, confictio crimine HYRCANVM vxoris suæ Mariannes auum, capitali supplicio affecit, & quanta potuit celeritate ad Cæsarem Octauianum contendit in insula Rhodo tunc legatos audientem, vbi deposito diademate amicitiæ cum Antonio habita veniam impetrauit, & rursus insigni regio ornatus rediit in Iudæam. Interea Mariamne regina denuo ex Soëmo comperit, mandatum ab Herode fuisse, vt ipsa cum matre interficeretur, si quid durius Cæsar Octauianus in eum statuisset. Ioseph. ant. lib 15, cap. 10. & 11.*

718 —*Calendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet, subitò vniuersæ naues ad Cæsarem Octauianum transierunt. Antonius igitur trepidus se in regiam recepit, & rebus desperatis seipsum gladio transuerberauit. Et Cleopatra paulò pòst inlata aspide seipsam veneno extinxit. Eutrop. lib. 7. Oros. lib. 6. obijt Cleopatra anno ætatis 39. cum regnasset annos 22. Plut. in Anton.*

723 | 29 | 11 | 9

3939 | DC

C. OCTAVIANVS CÆSAR V. Sex. Apuleius Sex. f. Sex. Nepos. Coss.

—*VIII. Idus Ianuarij CÆSAR OCTAVIANVS AVGVSTVS Romam triplici triumpho ingressus est. Ducti sunt ante eius currum SOL & LVNA ANTONII & CLEOPATRÆ liberi. CÆSAR OCTAVIANVS eodem hoc die pace terra mariq; parta Iani templum clausit, & AVGVSTVS est appellatus, Græcè σεβαστὸς, venerabilis & inuiolabilis. Tali igitur die AVGVSTVS Monarchiã inchoauit, quo Christiani hoc nostro tempore Epiphaniam celebrant. Vide Paulum Orosium lib. 6. & Eutrop lib. 7. L. Flor. quoq; lib. 133. in Liuium scribit, Cæsarem Octauianum tres triumphos egisse, vnum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, & tertium de Cleopatra.*

719 —*HERODES rex Iudæorum coniugem MARIANNEN matrem quinq; liberorum capitali supplicio affecit. Paulò pòst pænitentia facti, & vehementissimo desiderio dilectissimæ coniugis languens, conspectum hominum fugere cœpit, & prætextu venationum in latebras sese abdere, vbi cum plurima doloris lenimenta quæreret, nec vincere magnitudinem ægritudinis posset, in morbum corporis lethalem incidit. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 11.*

724 | 30 Au. | 28 | 12 | 10

3940 | B

C. CÆSAR OCTAVIANVS VI. M. Vipsanius, L. f. Agrippa. II. Coss.

—Horribilis pestilentia in Iudæa secuta est mortem reginæ Mariannes, qua magna multitudo hominum absumta est.

Olym. 188

—ALEXANDRA nouis rebus studebat, Herode decumbente in vrbe Samaria, vbi propter parricidium in vxore Marianne cõmissum ex dolore animi lethalem in morbum inciderat, sed patefactis insidijs, Alexandra quoq; iussu Herodis occisa est, paulò pòst mortem filiæ suæ Mariannes: Ioseph. ant. lib. 15. cap. 11.

Sabbatum terræ.

720 —AVGVSTVS VI. consul simulat se depositurum esse imperium, sed à senatu rogatus, curam reipublicæ denuo suscipit, & prouincias cum senatu partitur, Sororem Octauiam Agrippæ collegæ despondet, vt Zonaras refert, & in Hispania aduersus Cantabros & Astures bellum gerere cœpit.

725 | 27 | 13 | 11

3941 | A

C. CÆSAR OCTAVIANVS VII. M. Vipsa. L. f. Agripp. II. Coss.

—Herodes ethnicorum more extruxit in vrbe Ierosolyma Theatrum & Amphitheatrum, in quibus exhibebat ludos scenicos, venationes, gladiatorum lanienas. Instituit & agonem quinquennalem in honorem Augusti, & imagines Cæsarum ac victorias eorum publicè proponebat. Ijs rebus ante inusitatis & lege Dei prohibitis, cùm intellexisset populum valde offendi, ita vt conspirationes inter quosdam fierent de occidendo rege, vt tutior contra insidias & seditiones esset, multa loca accuratè muniuit, Alexandrium, Herodium, Hyrcanum, & præsidia firmiora pluribus in locis opportunis disposuit. Ioseph. ant. lib. 15. c. 11.

721

726 | 26 | 14 | 12

—IESVS Fabetis filius his temporibus summum Sacerdotium administrauit, sicut colligitur ex Iosepho. ant. lib 15. cap. 12.

3942 | G | Coss.

A Nabonassaro. | Ante natiuitatem Christi, & Romæ conditæ. | Ab initio Mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. CÆSAR OCTAVIA. AVG. VIII. T. Statilius, T.f. Taurus II. 727

722

—Istis temporibus cum Cæsar Augustus Hispaniam, M. Crassus Thraciam subegit. Florus lib. 135.

25 15 13 FE

3943

IMP. CÆSAR AVGVSTVS. IX. Coss. M. Iun. D.f. M.n. Sylla. 728

—HERODES rex Iudæorum Samariam instaurauit, & ab Augusto Sebasten appellauit. Ioseph ant. lib. 15. cap. 13.

723

29 Augusti.

24 16 14 D

—Hoc 13. anno regni Herodis, sterilitas agrorum ex diuturno æstu famen attulit, quam horrenda lues pecudum & hominum secuta est. Herodes ergo omnia sua aurea & argentea vasa frumentationi impendit, Ioseph. ant. lib. 15. cap. 12.

3944 Initiũ 63 hebdomadis

Olym. 189

IMP. CÆSAR AVGVSTVS. X. Coss. C. Norbanus, C.f. C.n. Flac. 729

—Tota Hispania à Cæsare Augusto subacta. Templum Iani Augustus denuo clausit. Eutrop. lib. 7.

724

23 17 15 C

—SIMON Boethi filius remotu Iesu Fabetis filio, ab Herode summo Sacerdotio præficitur, & filiam eius pulcherrimam, Herodes rex Iudæorum matrimonio sibi iungit. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 12.

3945

IMP. CÆSAR AVGVSTVS XI. Coss. Cn. Calphurnius, Cn.f. Cn.n. Piso. 730

—AVGVSTI morbus lethalis quo ab Antonio Musa Medico leuatus esse putatur.

725

22 18 16 B

Coss.

—Herodes rex Iudæorum Cæsaream in honorem Cæsaris Augusti condidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 13.

3946

Ab initio Mundi.	Ante natiuitatem. Christi. & Romæ. cond. ræ.	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

L. Aruntius, L. f. Nepos. M. Clau. M. f. M. n. Marcellus. 726 731

—Augustus Dictatoris nomẽ à populo Romano oblatum repudiat.

—HERODES rex Iudæorum Alexandrum & Aristobulum filios ex Mariamne susceptos Romam mittit, qui in domo Asinij Pollionis educati sunt. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 13.

21 3947 19 17 A G Coss. M. Lollius, M. f. Q. Emylius, M. f. Lepidus

—CÆSAR AVGVSTVS in Syriam nauigauit. Pax cum Parthis facta, signis à rege Phraharte, quæ sub Crasso & postea sub Antonio capta erant, cum captiuis redditis. Iustin. lib. 42.

—Hoc anno 17. sui regni Herodes ad Augustum in Syriam profectus Chalcidis regnum dono accepit cum Trachonitide & Batanæa, & augustum ex Syria discedentem ad mare vsq; comitatus est. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 13.

Sabbatum terræ. 727 28. Augusti. 732 20 1 18 F 3948 Coss. P. Silius, P. f. Nerua. M. Apuleius, Sex. f. Sex. n.

—Augustus in Sicilia & Asia respublicas constituit & hybernat Sami. Sueton.

Olym. 190

—HERODES in Paneade iuxta fontes Iordanis magnificentissimum templum extructum, Augusto sacrauit, & illa ethnica assentatione de integro abalienatam à se multitudinem Iudæorum mitigare studuit, remissa tertia parte tributorum. Ioseph. ant. lib. 15. cap. 13.

728 733 19 2 19 E 3949 Coss. C. Sentius, C. f. C. n. Saturninus. Q. Lucretius, Q. f. Vispillo.

—HERODES 18. anno sui regni, conuocato populo Iudaico ædificationem templi Ierosolymitani magnificentissimam aggressus est, & ægrè Iudæorum consensum impetrauit, cum metuerent ne sublato priori templo, noua illa ædificatio minus feliciter succederet, Ioseph. ant. lib. 15. cap. 14.

729

—P. VIRGILIVS MARO Poeta rediens cum Augusto ex Græcia, 22. die Septembris mortuus est Brundusij, agens annum ætatis 52.

—Prius tamen quam ædificatio templi Ierosolymitani inciperetur, Herodes res ad ædificationem necessarias, præsertim autem currus præparari iussit, quibus marmorei lapides & ligna cedrina aduehērentur, Ioseph. ant. lib. 15. cap. 14.

734 18 3 20 D Coss. 3950

Ab initio Mundi. | Ante natiuitate Christi & Romæ conditæ | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

P. Cornelius, P. f. Cn. n. Lentulus. Marcellinus. Cn. Cornelius, L. f. Lentulus. 735

—Hoc anno incipitur iussu Herodis ædificatio templi Ierosolymitani, 46. annis ante initium primi anni ministerij Christi. Iohan. 2.

730 HARMINIVS Cheruscorum dux, Sigimeri filius, nascitur. Cornel. Tacit. lib. 2.

17 4 21 CB

3951 Initiū 64 hebdomadis

T. Furnius, C. f. C. Iunius, C. f. Syllanus, Coss. 736

—T. Furnio & C. Iunio Silano Coss. ludos sæculares quinctos factos esse ab Augusto tradit Censorinus.

731 27 Augusti.

16 5 22 A

3952

L. Domitius, Cn. f. L. n. Ænobarbus. P. Corne. P. f. P. n. Scipio. Coss. 737

Olym. 191

732

—MARIA MATER DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI nascitur 8. die Septembris, patre Ioakim qui & Elysi. Luc. 3. B. Hierony.

15 6 23 G

3953

M. Liuius, L. f. Drusus, Libo. L. Calphur. P. f. L. n. Piso Cæsonin. Coss. 738

733

—HERODES circa hæc tempora Romam profectus est, Salutādi Augusti causa, vnde abiens filios suos ex Mariamne natos, Alexandrum & Aristobulum, quos studiorum causa ante aliquot annos Romam missos, Augusto commendauerat, & in domo Asinij Pollionis aluerat, secum in Iudæam reduxit, vt eos ad spem successionis institueret. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 1.

14 7 2 F

Coss.

3954

Mundi. | Ante Christū, & Romæ cond. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

M. Licinius, M. f. M. n. Crassus. Cn. Corn. Cn. f. Len. Augur.

734 — 739

Sabbatum terræ.

13 — 8 — 25 — ED

3955

—Herodes cum filijs suis in Iudæam reuersus, vxores eis dedit, Alexandro Glaphyram, filiam Archelai Cappadocum regis, Aristobulo Berenicem filiam sororis suæ Salomæ. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 2.

Coss. Ti. Claudius, Ti. f. Ap. n. Nero. P. Quintilius, Sex. f. Varus.

—Salome Soror Herodis & alij, qui Mariamne interficiendæ præcipui impulsores fuerant, vindictam metuentes, si Alexander & Aristobulus regnum essent adepti, clàm sparsis rumoribus, quasi patris consuetudinem auersarentur, propter necem matris, Herodis animum paulatim incendere ira aduers⁹ filios conati sunt. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 1.

735 — 740 — 26 Augusti.

12 — 9 — 26 — C

3956

Coss. M. Valerius, M. f. M. n. Messala, Barbatus. P. Sulpicius, P. f. P. n. Quirinus.

Olym. 192

—Anno 28. ex quo Romæ rex creatus fuerat Herodes, Olympiade 192. absoluta est ædificatio Cæsareæ Stratonis. Iosep. ant. lib. 16. cap. 9.

736 — 741

11 — 10 — 27 — B

3957

—M. Agrippa gener Augusti ab Herode honorificentissimè in Iudæa excipitur. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 2.

—Finita hyeme M. Agrippa gener Cæsaris Augusti, cum classe in Pontum profectus, Bosphorum subegit, Herodes subsecutus, toto expeditionis tempore eum comitatus est. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 3.

Coss. Paulus Fab. Q. f. Q. n. Max. Q. Ælius, Q. f. Tubero.

737 — 742

—Herodes octauo anno ex quo inchoauit templum perfecit, Sacerdotes deinde anno vno & quinq; mensibus interiorem cultum addiderunt. Quod autem Iohan. 2. Iudæi ad Christum dicunt, 46 annis hoc templum ædificatum esse, intelligendum est de ornatu, qui postea additus est.

10 — 11 — 28 — A

3958 — Coss.

Ab initio Mundi. | Ante natiuitatẽ Christi & Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiũ 65 hebdomadis

Q. Fa. Q. f. Q. n. Maxi. Afri. *Iulius Antoninus, M. f. M. n.*

738 — 743 — Calendis Augusti, Iulio Antonino, & Fabio Africano consulibus, natus est CLAVDIVS Imperator, & obijt 3. Id: Octob. Asinio Marcello & Acilio Auiola Coss. anno ætatis 44. Imperij 14. Sueton.

9

12 1

G F

3959

—HORATIVS Poeta moritur agens annum ætatis. 55.

Cl. Nero, Ti. f. A. n. DRVSVS Germanicus Coss. L. Quinctius, T. f. Crispinus.

—DRVSVS GERMANICVS consul in Germania obijt anno ætatis 30.

739 — 744 — 25. Augusti.

—HERODES Iudæorum rex filios suos Alexandrum & Aristobulum ex Mariamne natos, à Pherora & Salome accusatos, Romam secum attraxit. Ibi cùm miserrimi filij purgationibus, lachrymis & precibus, Augusto & alijs satisfecissent, sunt patri reconciliati. Ioseph. ant. lib. 16. cap. 7. & 8.

8

13 2

E

3960

Olym. 193

C. Martius, L. f. L. n. Censorinus. Coss. C. Asinius, C. f. Cn. n. Gallus.

740 — 745 — Herodes Salomæ, Antipatri, & similium virulentis calumnijs exasperatus, Alexandrum & Aristobulum denuo per literas apud Augustum accusauit, qui ei potestatem fecit puniendi filios pro grauitate delicti. Ioseph. antiq. lib. 16. cap. 16. Mensis Sextilis, hoc anno Augustus est appellatus.

7

14 3

D

—Ti. Claudius Nero & Calphurnius Piso, consules designati sunt, Olymp. 193. Dionysius Halicar. lib. 1.

3961

Ti. Claud. Ti. f. Ap. n. Nero II. Coss. Cn. Calp. Cn. f. Cn. n. Piso II.

—HERODES filios suos Alexandrum & Aristobulum ex Mariamne natos, in vrbe Sebaste laqueo strangulari iussit, simul occisis ibidem trecentis viris, qui conscios fuisse credebantur consilij, de fuga filiorum. Ioseph. antiq. lib. 16. cap. 17.

741 — 746

6

15 4

C

Sabbatum terræ.

3962

Ab initio Mundi. | Ante Christum. & Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

D. Lælius, D. f. D. n. Balbus. C. Antistius, C. f. Vetus. 747

—Antipater filius Herodis cum Pherora & mulieribus aliquot, in aula contra patrem conspirauit. Ioseph. antiq. lib. 17.

742 —IVLIA Augusti filia, ob vitæ turpitudinem à patre in insulam Pandatariam relegata est, matre Scribonia eam sponte sua in exilium comitante. Dion & Euseb.

3963 · 16 · 5 · B A

IMP. OCTAVIANVS AVGVSTVS CÆSAR XII Coss. Cornelius P. f. P. n. Sylla. 748

—Antipater à patre Romam mittitur ad Cæsarem Augustum, Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 4.

743 · 24. Augusti.

—Pheroras frater Herodis moritur, & vxor eius accusatur coram Herode, quòd maritum veneno sustulisset. Herodes dum id facinus tormentis inquirit, paulatim alia maiora scelera, & manifestas insidias Antipatri filij comperit. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 5. & 6.

3964 · 17 · 4 · 6 G

C. Caluisius, C. f. C. n. Sabinus. Coss. L. Passienus, Crispus. 749

Olym. 194

—Matthias Theophili filius, remoto Simone, ab Herode summo Sacerdotio præficitur. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 6.

—QVINTILIVS VARVS Syriæ præses successit Saturnino. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 7.

744 —HERODES Antipatrum filium coram Quintilio conuincit parricidij crimine, & in vinculis eum teneri iubet, donec de eo puniendo Cæsaris Augusti sententiam per literas exploraret. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 7.

3965 · 18 · 3 · 7 F

Initiũ 66. hebdomadis.

C. Cornelius, L. f. L. n. Lentulus Coss. M. Va. M. f. M. n. Messi. Cotta. Flam Mart. Getulicus. 750

—Hic est quidem tertius annus ante vulgare initium annorum Domini, secundus autem ante veram Christi natiuitatem.

—Primus dies mensis Nisan incidit in 17. diem Martij.

745 —Vndecimo die Septembris, die Iouis, ANGELVS GABRIEL annunciat Zachariæ conceptionem IOHANNIS BAPTISTÆ, in festo tubarum. Luc. 1.

—CYRENIVS præses in Syriam mittitur, non longè ante Christi natiuitatem. Luc. 2.

—25. die Marti, FILIVS DEI conceptus est in vtero virginis Mariæ, ipso die æquinoctij vernalis medij, feria sexta siue die Mercurij.

3966 · 19 · 2 · 8 E · Coss.

24. die

Ab initio Mundi. · Ante natum Christum & Romæ condita. · A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

IMP. CÆSAR OCTAVIANVS AVGVSTVS XIII.
M. Plautius M. f. A. n. Syluanus.

—24. die Iunij IOHANNES BAPTISTA natus est, die Mercurij in ipso solstitio æstiuo.

746 —Legati Herodis ex Italia reuersi, literas ab Augusto attulerunt, quibus fiebat Herodi potestas in filium Antipatrum vitæ & necis, sed mitigata iam ira patris aliquantulum fuerat, ideoq; filium Hiericuntem adduci mandauerat, nondum tamen vinculis solutum.

—Iani templum Cæsar Augustus hoc anno tertiò clausit. Orosius lib. 6, cap. 22.

751

1 9 DC

Coss. Cossus Cornelius, Cn. f. Lentulus. L. Calpurnius, Cn. f. Cn. n. Piso Augur.

3967

—25 die Decembris, feria sexta siue die Veneris IESVS CHRISTVS FILIVS DEI NATVS EST EX MARIA VIRGINE, in solstitio brumali medio, quadragesimo secundo anno Cæsaris Augusti, consulibus ipso Cæsare Octauiano Augusto XIII. & M. Plautio Syluano.

Primo die Ianuarij, feria sexta, Dominus noster Iesus Christus est circumcisus, in ipso initio anni Romani.

—HERODES penultimo anno tyrannici sui imperij, Sanhedrin, hoc est, ordinarios iudices de domo Dauidis occidit, teste Philone, & alios Proselytos in lege peritos, ipsis substituit. Ita cum venisset Christus, sceptrum ablatum est de Iuda. Genesis 49.

747

23. Augusti.

I

752

2 10 B

Coss. C. Iulius Cæsar. L. Æmylius Paulus.

—INITIVM ANNORVM DOMINI VVLGARE, integro anno à vera Christi natiuitate aberrat.

—6. die Ianuarij, MAGI oblatis muneribus infantem IESVM agnoscunt & adorant vt Messiam. Matth. 2.

3968

Ab initio Mundi. | Nati Christi. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

VERVM AVTEM A NOBIS TEMPVS NATIVITATIS CHRISTI INVENTVM, PARTIM EX EVANGELICA HISTORIA, PARTIM ETIAM CALCVLO MATHEMATICO ET PATRVM TESTIMONIIS DEMONSTRAMVS HOC MODO.

Decimoquinto anno Cæſaris Tiberij, Iohannem Baptiſtam miniſterium docendi & baptizandi inchoaſſe, Lucas teſtatur capite tertio. Et paulò pòſt idem Euangeliſta in eodem capite addit ætatem Chriſti, qui cum baptizaretur incipiebat eſſe fermè annorum triginta, hoc eſt, erat triginta annorum nondum quidem completorum, ſed qui mox complendi eſſet. Oportet ergo decimum quintum annum Cæſaris Tiberij cohærere cum trigeſimo anno ætatis Chriſti.

Altera demonſtratio ſumitur à memorabili quadam eclipſi Lunæ. Anno enim illo, quo Cæſar Auguſtus diem ſuum extremum clauſit, horribilis facta eſt eclipſis Lunæ, paulò pòſt eius obitum, tempore autumni, cum Cæſar Tiberius illi ſuccederet, teſte Cornelio Tacito libro primo, fuitq; eclipſis tanta, vt ſeditioſi milites in caſtris tumultuantes, tam horribili oſtento perterriti, pænitentiam agerent, & ab incepto deſiſterent. Hic defectus Lunæ, cum in finem Cæſaris Auguſti, & initium Tiberij inciderit, neceſſariò pertinet ad annum ætatis Chriſti decimumquintum, nam ſi adieceris quindecim annos Tiberij, denuo peruenies ad trigeſimum annum ætatis Chriſti. Cæterum hunc defectum Lunæ contigiſſe decimoquinto anno, poſt hanc veram Chriſti natiuitatem, ſuo loco & tempore demonſtrabimus calculo mathematico. Cum autem eadem hæc eclipſis Lunæ, incidat in decimumquartum annum ætatis Chriſti, iuxta vulgarem annorum Chriſti ſeriem, quæ tot ſeculis, in vſu fuit, ſicut calculus aſtronomicus euidenter declarat, neceſſariò ſequitur, Initium annorum Domini integro anno à vero natiuitatis Chriſti tempore aberrare, omnesq; annos poſt natum Chriſtum intelligendos eſſe completos & non currentes. Cauſa autem erroris hæc eſt: Dionyſius Exiguus abbas Romanus, qui primus annos ab incarnatione Chriſti computare inſtituit, cum retrorſum per 532. annos, initium annorum Chriſti, non calculo aſtronomico, ſed ex incertis & diſcrepantibus annalibus Romanorum conſulum inquireret, integro anno à vera Chriſti natiuitate aberrauit. Retinenda tamen eſt, quamuis vitioſa ſit, vulgaris illa annorum Domini numerandi ratio, non enim abſq; magna omnium annalium & hiſtoriarum confuſione, emendari poteſt. In primitiua Eccleſia anni non à nato Chriſto, ſed per annos Romanorum imperatorum & per faſtos conſulares numerabantur, donec Diocletianus Imperator, in initio ſui Imperij, Æram ſuam inſtitueret, anno poſt natum Chriſtum 284. ab illo tempore, anni ab initio Diocletiani numerati ſunt per annos 248. vſq; ad annum poſt natum Chriſtum 532. tunc enim Dionyſius Exiguus abbas Romanus, ſuos paſcales ſiue decemnouales cyclos orditus eſt, idemq; omnium primus inſtituit, annos à natiuitate Chriſti computare, cum antea (vt dictum eſt) à Diocletiano numerari conſueuiſſent. Vide Bedam de ratione temporum, & Marianum Scotum. Sed cum idem hic Dionyſius Exiguus (vt dictum eſt) initium annorum Domini retrorſum per 532. annos inquireret, non calculo Aſtronomico, ſed ex deprauatis annalibus Romanorum conſulum, integro anno à vera Chriſti natiuitate aberrauit. Hunc ergo errorem, præſertim cum abſq; magna omnium annalium & hiſtoriarum confuſione emendari non poſſit, vſque hodie ferre cogimur, poſſumus eum tamen eatenus excuſare, ſi annos noſtros currentes, ab ipſa Chriſti natiuitate completos intelligamus, hoc enim anno Domini 1587. Chriſtus præciſe tot annos ætatis à vera ſua natiuitate compleuit. Natus eſt ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt vides, anno mundi 3957. integro anno ante vulgare initium annorum Domini. Gerardus Mercator autem, vno anno à noſtra ſupputatione diſcedit, quinq; etiam annos miniſterij Chriſti ponit, quod hactenus inauditum fuit. Neglecta enim hac Lunæ Eclipſi, quam Cornelius Tacitus annotauit, aliam Solis defectionem ex Dione Caſſio & Euſebio citat, quæ centum paulò amplius diebus ante mortem Cæſaris Auguſti facta ſit. Sed cum diligenter ſingulos annos ab vndecimo ætatis Chriſti, vſq; ad decimum ſextum eiuſdem, calculo Prutenico examinarem, nullam inueniebam eclipſin Solis, quæ in Romano aut noſtro hemiſphærio fieri potuiſſet. Defecit quidem Sol tanto interuallo temporis ſemel, infra horizontem, ad digitos octo, in ſexto gradu Tauri, ad quem locum Zodiaci Gerardus Mercator quoq; alludit: Non autem Romæ, nec in Gallia aut Hiſpania, ſed in oceano occidentali, ac nouis ibi inſulis, patrum noſtrorum memoria primum inuentis, quæ Romanis tunc temporis adhuc fuerunt incognitæ, hæc defectio Solis facta eſt, 28. die Aprilis, & vt Prutenicus calculus probat, non decimoquinto, ſed decimoquarto ætatis Chriſti anno, decimotertio autem à vulgari initio

annorum Domini, vixq; Lisbonæ in extremis finibus Hispaniæ, initium huius Eclipsis conspectum est. Nihilo tamen minus proximo anno, centum paulò amplius diebus ante obitum Cæsaris Augusti, qui decimoquinto ætatis Christi anno è vita decessit, propter aëris intemperiem, totum Solem pallidum & obscurum lumen emisisse crediderim, sæpè enim nonnulli Scriptores huiusmodi defectum Solis cum Eclipsibus confundunt. Acquiescamus igitur in superiore Eclipsi Lunæ, quam grauissimus autor Cornelius Tacitus copiosè & fusè describit libro primo, quam & tali tempore, vt ille annotauit, factam fuisse, suo loco & tempore probabimus calculo Mathematico,

Nunc addò & patrum testimonia, qui exactè cum nostro calculo consentiunt. Eusebius, Epiphanius, Paulus Orosius & Eutropius, Christum natum esse scribunt, anno quadragesimo secundo Cæsaris Augusti. Inchoantur autem anni Augusti, non ab eodem anno, quo C. Iulius Cæsar eius antecessor, primus Romanorum Imperator in Senatu confossus est, sed ab anno sequenti, qui fuit annus vrbis Romæ 710. C. Vibio Pansa, & A. Hirtio consulibus, tunc enim Calendis Ianuarij in sententiam Ciceronis S. C. factum est, vt C. Octauius Cæsar, qui priuato consilio pro republica arma contra Antonium sumpserat, pro prætore bellum gereret, Senator esset, & sententiam loco prætorio diceret. Eodemq; hoc anno idem C. Octauius Cæsar, qui postea Augustus appellatus est, consulibus Pansa & Hirtio mortuis, cum à Senatu, vt consul in locum consulum occisorum fieret, impetrare non posset, quod precibus nequiret, id sibi armis tentandum putauit. Reconciliata igitur, cum M. Antonio (quem paulò ante prælio superauerat) & M. Lepido, gratia, exercitu Romam adducto, consul creatus est 10. Cal. Octobris, pridie quam viginti annos impleret, & Q. Pediū sibi collegam subrogauit. Vide Dionem, Appianum, Galbam in Epistolis, aliosq; scriptores. Ab hoc igitur tempore sumendum est initium imperij Augusti Cæsaris, tunc iuxta hanc nostram supputationem natiuitas Christi incidit in quadragesimum secundum annum Cæsaris Augusti. Epiphanius insuper lib. 2. contra hæreses tomo primo, consules vrbis Romæ annotauit, sub quibus Christus Filius Dei homo factus est, scribit enim Christum natum esse Octauio Augusto XIII, & Syluano consulibus, quadragesimo secundo anno Augusti, quod denuo cum nostro calculo rectè conuenit. Clemens quoque Strom. lib. 1. Filium Dei natum esse refert vigesimo octauo anno Augusti, imperium eius incipiens ab Antonij & Cleopatræ morte, quod idem cum nostro temporum interuallo rectè congruit. Vides ergo, quanta in nostro calculo sit certitudo, verum enim à nobis tempus natiuitatis Christi inuentum, primùm ex Euangelica historia, secundò per Eclipsin Lunæ, quæ paulò post mortem Cæsaris Augusti facta est, Mathematica demonstratione, tertiò etiam sanctorum patrum consensu & scriptis luce clarius probauimus, vt nemo in posterum aliud tempus natiuitatis Christi rectius constituere posit.

De ipsa autem die natali Domini nostri Iesu Christi, illud obseruatione dignum est, apud Ægyptios quidem rem istam variè iactatam fuisse. Clemens enim Strom. lib. 1. scribit eos, qui curiosiùs annum nati Domini, & diem requisiuerunt, partim retulisse ad 25. diem mensis Pachon, partim ad 25. diem pharmuthi. Sed iuxtà eam traditionem Christus natus esset mense Aprili vel Maio. Epiphanius autem lib. 2. contra hæreses tomo primo, rectiùs ad Ægyptium mensem Tybi natiuitatem Christi refert, incommodè autem ad vndecimum diem eiusdem mensis, quem cum sexto die Ianuarij coniungit, quod cum calculo Mathematico pugnat. Latini autem Scriptores, vt sunt, Paulus Orosius, Nicephorus & sanctus Augustinus, cum Iohanne Chrysostomo & multis alijs, vno ore affirmant, Christum Filium Dei conceptum esse 8. Calend. Aprilis, hoc est, 25. die Martij, sub æquinoctij tempus, eundemque natum esse ex Maria semper Virgine, 8. Calend. Ianuarias, hoc est, 25. die Decembris, Solstitio hyberno, quod exactè cum nostra supputatione coincidit. Matthias autem Beroaldus, hanc antiquorum patrum traditionem ab Ecclesia receptam reprehendit, & ex tertio capite Lucæ & 70. hebdomadibus Danielis demonstrare conatur, Christum baptizatum esse tempore autumnali, cum præcisè compleret annum ætatis tricesimum, eamque ob causam diem natalem CHRISTI à tempore brumæ, reijciendum esse in mensem Septembrem, ad æquinoctium autumnale. Sed non satisfaciat nobis hæc Beroaldi demonstratio, Lucas enim non ita ad amussim tempus ætatis Christi definit, vt certum in anno diem inde colligere possimus, inquit enim: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, Ipse Iesus erat quasi incipiens annorum triginta, hoc est, erat fermè annorum triginta, nondum quidem completorum, sed qui mox complendi essent. Jesus war ohn gefehr von dreissig jaren/also/ das er bald 30. jar wolt alt werden/nondum tamen eos compleuerat. Quamuis igitur Christus in festo expiationis, paulò pòst æquinoctium autumnale, septimo die Octobris baptizatus sit, sicut suo loco & tempore demonstrabimus, & ita in dimidio vltimæ hebdomadis oblatio-

oblationes & sacrificia interciderint, tamen inde non sequitur, Christum eodem tempore præcisè compleuisse annos ætatis triginta. Fuit enim iuxta nostram supputationem annorum viginti nouem, mensium nouem, & dierum duodecim, atq; ita paulò pòst compleuit annum ætatis suæ tricesimum. Plus igitur tribuendum est tot sanctorum patrum traditionibus, ab vniuersa Ecclesia Dei receptis & approbatis, quam vnius Beroaldi coniecturæ, quæ sacris literis non satis probari potest, præsertim cum sanctorum patrum traditiones, cum sacris Biblijs & Mathematicis obseruationibus conueniant, à quibus Beroaldus interdum satis procul aberrat.

REGVLA DE ANNIS ANTE ET POST NATVM CHRISTVM DILIGENTER OBSERVANDA.

VT supputatio motuum cœlestium commodius fieri posset, annos Iulianos ante natum Christum retrorsum numeraui, non à vera Christi natiuitate, sed à vulgari initio annorum Domini, videlicet, ab illa radice motuum cœlestium, quæ in vulgari initio annorum Christi ponitur, vt ita anni ante & post natum Christum, certam erga se inuicem retinerent proportionem, & in vno eodemq; puncto temporis, in vulgari initio annorum Domini videlicet, aptissimè cohærerent. Si quis autem veros annos currentes, ante & post veram Christi natiuitatem habere voluerit, in singulis annis ante natum Christum detrahat vnitatem, post autem natum Christum, singulis annis Christi vulgaribus adijciat vnitatem, atq; ita colliget veros annos ante & post natum Christum.

CALENDARIVM HISTORICVM AD ANNVM VRBIS ROMÆ 751. QVO DOMINVS NOSTER JESVS CHRISTVS FILIVS DEI natus est ex Maria Virgine, Anno mundi 3967. integro anno ante vulgare initium annorum Domini. Est autem hic annus vltimus cycli decemnoualis, habens pro aureo numero 19. Cyclum autem Solarem 8. & literam Dominicalem E. Sed propter irregularem intercalationem Romanorum, sumenda est litera Dominicalis D. sicut monstrat tabula primo anno Juliano adiuncta.

Consulatum hoc anno Romæ gesserunt C. OCTAVIANVS CÆSAR AVGVSTVS XIII. & M. PLAVTIO SYLVANO. Jisdemq; his consulibus Christum natum esse Epiphanius quoq; tradit lib. 2. contra hæreses, tomo 1. estq; hic 42 annus Cæsaris Augusti, si supputatio à primo eius consulatu incipiatur, nam tunc primum imperare capit.

FEBRVARIVS.			IANVARIVS.	
1	a	Iani templum Cæsar Augustus hoc	1	D
2	b	anno tertiò clausit, & sic pace per	2	e
3	c Sabb.	totum orbem terrarum confirmata	3	f
4	D	Dominus pacis in terra homo nasci-	4	g ● in ♒.
5	e ● in ♈.	tur. Oros. lib. 6.	5	a Adar XII. mensis Hebr. γαμηλι-
6	f Sebath XI. mensis Hebræorum. ποσειδεὼν VII.		6	b ὼν VIII. mensis Athe-
7	g	mensis Atheniensium. περίτιος VII.	7	c Sabbatū. niensium. δύστρος VIII.
8	a	mensis Macedonum. Hoc die 6. Ia-	8	D mensis Macedonum.
9	b	nuarij, quo Epiphaniæ festū à Chri-	9	e
10	c Sabb.	stianis celebratur, Epiphanius Chri-	10	f
11	D	stum natum esse existimat, lib. 2. cō-	11	g ☽ in ♉.
12	e ☽ in ♈.	tra hæreses tomo 1. idq; aliquoties	12	a
13	f	reperit. Sed plurimi non sine causa	13	b
14	g	dissentiunt, cum nimium ad nomen	14	c Sabbatum.
15	a	suum alludens Epiphanius, in vnum	15	D
16	b	diem Epiphaniorum cumulet maxi-	16	e
17	c Sabb.	ma miracula, videlicet, Natiuitatē	17	f
18	D	Christi, aduentum Magorum, & cō-	18	g
19	e	uersionem aquæ in vinum. Idem hic	19	a ☉ in ♌. Phamenoth VII. mensis Ægyptiorum.
20	f ☉ in ♒. Me-	(Epiphanius die Epiphanio-	20	b
21	g chir VI. men-	(rum siue natalē Domini con-	21	c Sabbatum.
22	a sis Ægyptiorū.	(iungit cum 11. die Ægyptij	22	D ● in ♓.
23	b ☼ in ♒.	mensis Tybi, sed cum hoc an-	23	e
24	c Sabb.	no, dies Epiphaniorum cohæret cū	24	f
25	D	17. die mensis Tybi, luce clarius ap-	25	g
26	e	paret, descriptionem hanc Epipha-	26	a ☽ in ♐.
27	f ☽ in ♏.	nij à calculo Mathematico aliquan-	27	b
28	g	tulum aberrare.	28	c Sabbatum.
29	a			
30	b			
31	c Sabbatum.			

MAR-

MARTIVS.

1 D
2 e
3 f
4 g
5 a ● in ♓.
6 b Alter Adar mensis intercalaris Hebræorum. ἐλαφηβολιὼν IX. mensis Atheniensium,
7 c Sabbatum. & ξάνθικος IX. mensis Macedonum.
8 D
9 e
10 f
11 g
12 a ☽ in ♊.
13 b
14 c Sabbatum.
15 D
16 e
17 f
18 g
19 a
20 b O in ♍.
21 c Sabbatum. Pharmuthi VIII. mensis Ægyptiorum.
22 D
23 e ☉ in ♈. ÆQVINOCTIVM VERNALE VERVM.
24 f
25 g ÆQVINOCTIVM MEDIVM. ANGELVS GABRIEL ANNVNCIAT VIR-
26 a GINI MARIÆ CONCEPTIONEM DOMINI NOSTRI IESV
27 b ☾ in ♐. CHRISTI iuxta Hebræos anno mundi 3966. die 20. secundi Adar, mensis
28 c Sabbat. intercalaris Hebræorum: iuxta Romanos anno ab vrbe condita 751. die 25.
29 D Martij: Iuxta Ægyptios anno à Nabonassaro 746. die Mercurij, 5. die Phar-
30 e muthi, octaui mensis Ægyptiorum: Iuxta Græcos secundo anno Olympia-
31 f dis 194. die 20. ἐλαφηβολιὼνος IX. mensis Atheniensium, & 20. item die Xan-
tici IX. mensis Macedonum.

APRILIS.

1 g Circa initium Aprilis, MARIA visitauit cognatam suam Elisabetham mansitq; cum
2 a illa circiter mensibus tribus. Luc. 1.
3 b
4 c Sabbatum. ● in ♈.
5 D Abib siue Nisan, primus mensis Hebræorum, initium anni Mundi 3987. μουνυχιὼν X.
6 e mensis Atheniensium, & ἀρτεμίσιος X. mensis Macedonum.
7 f
8 g
9 a
10 b
11 c Sabbatum. ☽ in ♋.
12 D
13 e
14 f
15 g
16 a
17 b
18 c Sabbatum. PASCHA IVDÆORVM. Primus dies azymorum.
19 D O in ♎.
20 e Pachon IX. mensis Ægyptiorum.
21 f
22 g
23 a
24 b ☉ in ♉.
25 c Sabbatum. Octauus & vltimus dies azymorum.
26 D ☾ in ♒.
27 e Hoc tempore facta est prima
28 f messis in terra sancta. Leuit.
29 g 23. Deut. 16. Iosuæ 5.
30 a

MAIVS.

MAIVS.

1 b
2 c Sabbatum.
3 D
4 e ● in ♉. θαργηλιὼν XI. mensis Atheni-
5 f liar II mensis Hebr. (ensium. Δεύτι𝛓
6 g (XI. mensis Macedonum.
7 a
8 b
9 c Sabbatum.
10 D
11 e ☽ in ♌.
12 f
13 g
14 a
15 b
16 c Sabbatum.
17 D
18 e
19 f ☉ in ♊.
20 g
21 a Payni X. mensis Ægyptiorum.
22 b
23 c Sabbatum.
24 D ☼ in ♊.
25 e
26 f ☽ in ♓.
27 g
28 a
29 b
30 c Sabbatum.
31 D

IVNIVS

1 e
2 f ● in ♊.
3 g Siuan tertius mensis Hebræorum. σκι-
4 a ροφοριών XII. mensis Atheniensi-
5 b um, & πάνεμ𝛓 XII. mensis Mace-
6 c Sabbatum, donum.
7 D PENTECOSTE IVDÆORVM.
8 e
9 f ☽ in ♍.
10 g
11 a
12 b
13 c Sabbatum.
14 D
15 e
16 f
17 g ☉ in ♋.
18 a
19 b Epephi XI. mensis Ægyptiorum.
20 c Sabbatum.
21 D
22 e
23 f
24 g ☽ in ♓. Solstitium medium. IOHAN-
25 a ☼ in ♋. Solstitium verum. (NES Ba-
26 b (ptistæ nascitur. Luc. 1.
27 c Sabbatum.
28 D
29 e
30 f

IVLIVS.

1 g IOHANnes Baptista circumcisus est.
2 a ● in ♋. MARIA iam nato & circū-
3 b Thamus IIII mensis He- (ciso Iohan-
4 c Sabbatum. (bræorum. (ne Baptista,
5 D hoc 2. die Iulij, incho-
6 e ante tertio anno Olym-
7 f piadis 194. primo die
8 g ἑκατομβαιῶν𝛓 Attici
9 a ☽ in ♎. mensis, cum quo simul
10 b incipit λῷ𝛓 I. mensis
11 c Sabbatum. Macedonum, reuersa
12 D est ad oppidum Naza-
13 e reth in Galilæam, die
14 f Iouis.
15 g
16 a
17 b ☉ in ♌.
18 c Sabbatum.
19 D Mesori XII. & vltimus mensis Ægy-
20 e ptiorum.
21 f
22 g
23 a
24 b ☽ in ♈.
25 c Sabbatum.
26 D
27 e ☼ in ♌.
28 f
29 g
30 a
31 b ● in ♌.

AVGVSTVS.

1 c Sabbatum. Ab V. mensis Hebræo-
2 D rum. μεταγειτνιὼν II. mensis Athe-
3 e niensiū, & γορπιαῖος II. mensis Ma-
4 f cedonum.
5 g
6 a
7 b ☽ in ♏.
8 c Sabbatum.
9 D
10 e
11 f
12 g
13 a
14 b
15 c Sabbatum. ☉ in ♍.
16 D
17 e Vltim⁹ dies Mesori XII. mens. Ægypt.
18 f Sequuntur nunc 5. dies intercalares.
19 g
20 a
21 b
22 c Sabbatum. ☽ in ♉.
23 D Thoth primus mensis Ægyptiorum,
24 e initium 747. anni à Nabonassaro si-
25 f ue Salmanassare rege Assyriorum.
26 g
27 a ☼ in ♍.
28 b
29 c Sabbat. (βοηδρομιὼν III. Atheniensium
30 D ● in ♍. (ὑπερβερεταῖ𝛓 III. mens. Mac.
31 e Elul VI. mensis Hebr.

SE-

SEPTEMBER.

Hoc mense facta est secunda messis in terra sancta. Exodi 23. Leuit. 23.

1 f
2 g
3 a
4 b
5 c Sabbatum.
6 C ☽ in ♐.
7 e
8 f
9 g
10 a
11 b
12 c Sabbatum.
13 D
14 e ○ in ♓.
15 f
16 g
17 a
18 b
19 c Sabbatum.
20 D
21 e ☽ in ♊.
22 f Phaothi II. mensis Ægyptiorum.
23 g
24 a Æquinoctium autumnale medium.
25 b ☼ in ♎. Æquinoctium apparens.
26 c Sabbatum.
27 D
28 e ● iu ♎.
29 f Thisri VII. mensis Hebræorum. Festum
30 g clangoris tubarum. Μαιμακτηριὼν IIII. mensis Atheniensium, & Δίος IIII. mensis Macedonum.

OCTOBER.

1 a
2 b
3 c Sabbatum.
4 D
5 e ☽ in ♈.
6 f
7 g
8 a Festum expiationis.
9 b
10 c Sabbatum.
11 D
12 e
13 f ○ in ♈. Festum tabernaculorum.
14 g
15 a
16 b
17 c Sabbatum.
18 D
19 e Festum Palmarum.
20 f ☽ in ♋. Octauus dies tabernaculorum.
21 g
22 a Athyr III. mensis Ægyptiorum.
23 b
24 c Sabbatum.
25 D ☼ in ♒.
26 e
27 f
28 g ● in ♏. Πυανεψιὼν V. mensis Atheniensium, & Ἀπελλαῖος V. Macedonũ.
29 a Marhesuan VIII. mensis Hebr.
30 b
31 c

NOVEMBER.

1 D
2 e
3 f
4 g ☽ in ♒.
5 a
6 b
7 c Sabbatum.
8 D
9 e
10 f
11 g
12 a ○ in ♉.
13 b
14 c Sabbatum.
15 D
16 e
17 f
18 g
19 a ☽ in ♌.
20 b
21 c Sabbatum. Chœac IIII. mensis Ægyptiorum.
22 D
23 e ☼ in ♐.
24 f
25 g
26 a ● in ♐.
27 b Cisleu IX. mẽsis Hebræorum. ἀνθεστηριὼν VI. mensis Atheniensium, & αὐδυναῖος VI. mensis Macedonum.
28 c Sabbatum.
29 d
30 e

DECEM-

DECEMBER

Exijt decretum à Cæsare Augusto, vt censeretur omnis orbis, estq; hic primus census exactus sub Cyrenio Syriæ præside. Luc. 2. Nam post annos 8. Cyrenius denuo in Syriam missus, secundò tributum exegit, verùm à Syrijs & Iudæis tantum, non autem ab vniuerso orbe terrarum. Ioseph. ant. lib. 18. cap. 1.

1 f
2 g
3 a ☽ in ♓.
4 b
5 c Sabbatum.
6 D
7 e
8 f
9 g
10 a
11 b ○ in ♊.
12 c Sabbatum.
13 D
14 e
15 f
16 g
17 a
18 b ☽ in ♍.
19 c Sabbatum.
20 D
21 e Tybi quintus mensis Ægyptiorum. Encænia celebrata sunt Hierosolymis diebus octo,
22 f à 25. die mensis Cisleu, vsq; in secundum diem decimi mensis Tebeth, propter repurgationem templi per Iudam Maccabæum. 1. Maccab. 4.
23 g ☉ in ♑. SOLSTITIVM HYEMALE APPARENS.
24 a
25 b SOLSTITIVM MEDIVM. Hoc die natus est IESVS CHRISTVS FILIVS DEI, ex MARIA Virgine, ipso die Solstitij hyemalis medij. Luc. 2.
26 c Sabbatum. ● in ♑. ποσειδεὼν VII. mensis Atheniensium, & αὐδυναῖος VII. mensis Macedonum.
27 D Thebeth X. mensis Hebræorum.
28 e
29 f Christus filius Dei homo natus, Romano censui statim adscriptus est, atq; ita Cæ-
30 g sarem Augustum Dominum orbis terrarum signauit, & qui cunctos homines fece-
31 a rat, hominem se, inter homines adscribi voluit. Oros. lib. 6.

ERGO DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS FILIVS DEI HOMO NATVS EST EX MARIA SEMPER VIRGINE, IVXTA HEBRÆOS Anno mundi 3967. die 29. mensis Cisleu, feria sexta, quinto die Encæniorum, hora 6. noctis, cum HERODES inchoaret 39. annum regni sui, à prima sua coronatione.

Secundùm Græcorum autem annorum rationem, natus est filius Dei, anno tertio Olympiadis 194. XXVIII die Attici mensis ποσειδεῶνος, XXVIII. item die αὐδυναίου sexti mensis Macedonum, horis à meridie elapsis duodecim.

Iuxta Ægyptios autem natiuitas Christi incidit, in annum à Nabonassaro siue Salmanassare 747. in diem quartum mensis Tybi, à meridie completis duodecim horis.

Sed secundùm Romanos Christus natus est anno vrbis Romæ 751. Consulib. C. OCTAVIO AVGVSTO CÆSARE XIII, & M. Plautio Syluano, nocte media, quæ fuit inter 24. & 25. dies Decembris, inter diem Iouis & Veneris, quadragesimo secundo anno CÆSARIS AVGVSTI, à primo eius consulatu, nam tunc imperare cœpit.

A prima ergo meridie Nabonassari, ad hanc veram natiuitatem Christi, numerantur completi anni Ægyptij 746. dies 123. & horæ 12. Ad quod tempus subsequentes colliguntur motus, in horizonte oppidi Bethlehem.

RADIX MOTVVM COELESTIVM AD VERVM *tempus natiuitatis Filij Dei, Domini nostri Jesu Christi.*

MOTVS ÆQVALES,		Sex.	part.	′	″	MOTVS APPARENTES.
	Præcessionis simplicis æquinoctioru.	0	5	31	33	Sex. part. ′ ″
	Anomaliæ simplicis æquinoctioru.	0	6	34	3	Precessio vera æquinoctij 0 5 15 20
☉	Simplicis	4	25	47	6	part.
	Compositi	4	31	18	39	☉ in ♑ 2 6′ 56″
	Anomaliæ annuæ	3	24	56	42	
☽	Longitudinis à ☉	5	54	11	37	part.
	Anomaliæ	0	26	10	13	☽ in ♐ 23 26′ 46″.
	Latitudinis	4	7	29	19	
♄	Longitudinis	0	54	14	54	part.
	Apogæi	3	44	59	28	♄ in ♉ 26 53′ 47″.
	Commutationis	3	31	32	12	
♃	Longitudinis	2	23	19	9	part.
	Apogæi	2	33	55	43	♃ in ♍ 9 15′ 21″.
	Commutationis	2	2	27	57	
♂	Longitudinis	3	19	9	15	part.
	Apogæi	1	47	45	3	♂ in ♏ 12 15′ 37″.
	Commutationis	1	6	37	51	
♀	Apogæi	0	48	21	0	part.
	Commutationis	4	17	23	21	♀ in ♏ 21 44′ 42″.
☿	Apogæi	3	6	33	49	part.
	Commutationis	5	31	0	12	☿ in ♐ 20 57′ 57″.

INTEGRA ERGO COELI CONSTITVTIO AD *verum tempus natiuitatis Domini nostri Iesu Christi fuit talis.*

Domus cœli.		Domus cœli.	
10	MEDIVM COELI. ♋ 2.6. Præsepe. ☊ ♋ 8.44. * Regulus siue cor leonis in ♌ 1.5.	9	♉ 28.15. Syrius & Procyon.
11	♌ 5.55.	8	ORION. ♈ 28.34. ♄ ♉ 26.53. Pleiades in ♉ 1.5. Oculus Tauri in ♉ 11 15.
12	♍ 5.39. ♃ ♍ 9.15. Arcturus. * ♍ 23.18.	7	♈ 1.59. Prima Stella Arietis in 5.15. OCCIDENTIS ANGVLVS.
1	ORIENTIS ANGVLVS. ♎ 1.59. Spica Virginis & Gemma Coronæ.	6	♓ 5.39. PISCES.
2	♎ 28.34. ♂ ♏ 12.15. ♀ ♏ 21.44.	5	♒ 5.55.
3	♏ 28.15. ☿ ♐ 20 57. ☽ ♐ 23 26. * Lyra.	4	♑ 2.6. ☉ ♑ 2.6. ☋ ♑ 8.44. Clara aquilæ volantis. IMVM COELI.

ASTERISMI FVERVNT PRÆCISE IN SVIS DODECATEMORIIS, EX QVIBVS HOC NOSTRO TEMPORE VLTRA DIMIDIAM PARTEM, IN PROXIMA DODECATEMORIA PROGRESSI SVNT. Maxima obliquatio signiferi, quam maximam declinationem Solis vocant, fuit 23. part. 51. scrup. Eccentrotes autem Solis partium 2. scrup. 30. quarum semidiameter Eccentrici Solis est partium 60.

Regia hæc certe est natiuitas, Regulus enim siue cor Leonis, stella primæ magnitudinis, in signo regio, asterismo & dodecatemorio Leonis, cœpit in decima domo ascendere ad medium cœli.

Præsepe item medium cœli obtinuit, cum pastoris finita concione & cantilena angelica, euntes ad Bethlehem, filium Dei in præsepi quærerent, quibus Luna proxima nocte ante nouilunium lucem præbere non potuit.

Stella Iouis fuit in Virgine, cum Iehoua Filius Dei ex virgine nasceretur, Spica Virginis etiam, & Gemma Coronæ, in gloriam tanti regis cœperunt in angulo orientis emergere supra horizontem.

Mercurius fuit in coniunctione cum Lyra, cum dulcissimus ille Musicus, Christus filius Dei homo nasceretur.

Saturnus domum mortis perambulat, veluti præsagiens Christum sua morte, nos ab æterna morte redempturum. Mars infra horizontem à benefica stella Veneris opprimitur, atq; ita Christus designatur rex pacis.

Sol quoq; tempore brumæ, in Eccentrici perigæo quam proxime ad terram accessit, imam quoq; cœli partem occupauit, cum Rex regum ab arce cœli se demittens, homo nasceretur & infra omnes se creaturas humiliaret.

Ex his luce clarius apparet, Filium Dei creatorem cœli & terræ, qui nulli craturæ, multò minus astris potest esse subiectus, tamen conuenienti positu cœli nasci voluisse, delectatur enim suis creaturis, nec nisi magna interueniente causa, ab hoc ordine naturæ discedit.

DE PRIMO ANNO POST VERAM *CHRISTI NATIVITATEM, QVI PROXIME*

antecessit vulgare initium annorum Domini, estq́, annus vrbis Romæ 752. Et incurrit in annum à prima rerum creatione 3968. Quamuis initium ipsius adhuc cohæreat cum anno mundi 3967. Est hic annus primus cycli decemnoualis, habens pro aureo numero vnitatem, Cyclum autem Solarem 9. Debebat igitur hic annus æquipollere anno bisextili, & literas Dominicales habere D & C. Sed propter irregularem intercalationem Romanorum, sumenda est simpliciter litera Dominicalis C. Intercalatio enim diei bisexti, volente Cæsare Augusto hoc anno, tertiò & vltimò est omissa sicut monstrat tabula primo anno Iuliano adiuncta.

Consulatum hoc anno Romæ gesserunt COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, & L. CALPHVRNIVS PISO AVGVR.

HERODES rex Iudæorum, penultimo hoc anno tyrannici sui imperij, Sanhedrin, hoc est, ordinarios iudices de domo Dauidis occidit, teste Philone, & alios Proselytos in lege peritos ipsis substituit, ita cum venisset Christus, Sceptrum ablatum est de tribu Iuda. Genesis 49. Cæterum vt series dierum quoq; in conspectu sit, subijcio descriptionem mensis Ianuarij, & Februarij.

IANVA

IANVARIVS.

1 a DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS hoc die circumcisus est. Luc. 2. Eodem hoc die cœperunt 33. dies purificationis Mariæ, Leuit. 12.
2 b Sabbatum. ☽ in ♈.
3 C
4 d
5 e
6 f
7 g
8 a
9 b Sabbatum.
10 C ☉ in ♒.
11 d
12 e
13 f
14 g
15 a
16 b Sabbatum.
17 C ☽ in ♎.
18 d
19 e
20 f Mechir VI. mensis Ægyptiorum.
21 g
22 a
23 b Sabbatum. ● in ♒.
24 C ● in ♒.
25 d Sebath XI. mensis Hebræorum. Γαμη-
26 e λιὼν VIII. mensis Atheniensium, &
27 f Δύστρος VIII. mensis Macedonum.
28 g
29 a
30 b Sabbatum.
31 C ☽ in ♉.

FEBRVARIVS.

1 d
2 e Hoc die finiunt 33. dies PVRIFICATIONIS MARIÆ, Leuit. 12. quibus finitis, Ioseph & Maria adduxerunt infantem Iesum Hierosolymam, vt sisterent eum Domino, Luc. 2.
3 f
4 g
5 a
6 b Sabbatum.
7 C ☉ in ♌.
8 d
9 e
10 f
11 g
12 a
13 b Sabbatum.
14 C ☽ in ♏.
15 d
16 e
17 f
18 g
19 a Phamenoth VII. mensis Ægyptiorum.
20 b Sabbatum.
21 C
22 d ● in ♓.
23 e ● in ♓. ἐλαφηβολιὼν IX. mensis Arheniensium, & ξάνθικος IX. mensis Macedonum. Hic intercalatio diei bisexti volente Augusto Cæsare vltimo est omissa, ergo nunc deinceps literæ Dominicales iterum consentiunt. Atq; ita annus Iulianus restitutus est proximo anno ante vulgare initium annorum Domini.
24 f Adar XII. mensis Hebræorum.
25 g
26 a
27 b Sabbatum.
28 C


Eodem hoc primo anno post veram Christi natiuitatem, primus dies mensis Nisan siue Abib incidit in 25. diem Martij. Tali igitur die incepit 3968. annus ab exordio Mundi. Bartolomæus Scultetus insignis Mathematicus, existimat hoc die Christum fuisse conceptum. Sed cum vulgare initium annorum Domini, integro anno à verâ Christi natiuitate aberret, hæc supputatio non potest esse firmâ.

21. die Iulij cœpit hoc anno, quartus & vltimus annus Olympiadis 194. & 23. die Augusti Ægyptij inchoârunt annum à Nabonassaro 748.

Primus dies mensis Thisri eodem hoc anno incidit in 18. diem Septembris, tali igitur die celebratum est festum clangoris tubarum, initium anni Iudaici.

Natalis Christi 25. Decembris, incidit hoc anno primo post veram Christi natiuitatem in diem Sabbati, qui fuit septimus dies ante vulgare initium annorum Domini. Hoc ergo die pleriq; omnes Astronomi Christum natum esse existimant, eidemq; talem figura in cœli assignarunt.

FIGVRA COELI AD 25. DECEMBRIS, QVI PROXIME ANTECESSIT VVLGARE INITIVM ANNORVM DOMINI, QVO CHRISTVM NOCTE MEDIA NATVM FVISSE, ANTE HÆC TEMPORA PLERIQVE OMNES EXISTIMARVNT.



Hæc est Figura Cœli, sub qua pleriq; omnes Mathematici Christum natum fuisse existimarunt, sed cum hæc facies cœli integro anno à vera Christi natiuitate aberret, nihil certi de natura ac fortuna Christi iudicare potuerunt, præsertim cum filius Dei, præternaturaliter conceptus & natus sit, & nulli creaturæ, multò minus astris possit esse subiectus. Nos ergo non Astrologicè sed Theologicè positum siderum, qui in vera Christi natiuitate conspectus est, interpretati sumus. Voluimus tamen & hanc alteram cœli constitutionem, quæ vulgare initium annorum Christi proximè antecessit, huc adscribere, vt ita veri motus Planetarum circa initium annorum Domini in conspectu essent, ne quid studiosus lector desideraret.

DE VVLGARI INITIO ANNORVM DOMIMI.

Vulgare initium annorum Domini, integro anno à vera Christi natiuitate aberrat, sicut paulò ante demonstratum est sacris literis, tum etiam calculo Astronomico & testimonijs patrum. Vulgare igitur hoc initium annorum Domini, à quo omnes anni post Christi natiuitatem more consueto numerantur, cohæret cum initio secundi anni post veram Christi natiuitatem. Dionysius enim Exiguus, abbas Romanus, qui primus annos ab incarnatione Christi computare instituit, cum retrorsum per quingentos & triginta duos annos, initium annorum Christi, non calculo Astronomico, sed ex deprauatis annalibus Romanorum Consulum inquireret, integro anno à vera Christi natiuitate aberrauit. Retinenda tamen est, quamuis vitiosa sit, vulgaris hæc annorum Domini numerandi ratio, non enim absq; magna omnium annalium & historiarum confusione, emendari potest. Cohæret igitur vt dictum est, vulgare initium annorum Domini, cum initio secundi anni post veram Christi natiuitatem, qui incurrit in annum ab exordio mundi 3969. quamuis initium eius incidat in decimum septimum diem Thebeth, qui est decimus mensis anni mundi 3968.

A prima autem meridie Nabonassari, ad vulgare initium annorum Domini numerantur completi anni Ægyptij 747. dies 130. & horæ 12. ad quod tempus apparens, subsequentes colliguntur motus æquales, sub Meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ, nocte media, quæ antecessit meridiem primi diei mensis Ianuarij, ineunte anno ab vrbe Roma condita 753. ab hoc enim tempore præcisè dependet vulgare initium annorum Domini, à quo omnes anni Christi vulgares supputantur.

De radice motuum cœlestium in vulgari initio annorum Domini.

ÆPOCHÆ ÆQVALIVM MOTVVM IN VVLGARI INITIO ANNORVM DOMINI.

		Sex.	part.	′	″	‴	⁗	
Præcessionis simplicis æquinoctiorũ.		0	5	32	24	6	59	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorũ.		0	6	40	27	28	6	
☉	Simplicis	4	32	29	51	32	55	
	Compositi	4	38	2	15	30	56	
	Anomaliæ annuæ	3	31	39	2	20	49	
☽	Longitudinis à ☉	3	29	58	22	36	56	
	Anomaliæ	3	27	13	27	41	16	
	Latitudinis	2	9	41	50	37	59	
♄	Longitudinis	1	6	41	51	25	54	
	Apogæi	3	45	0	5	6	0	
	Commutationis	3	25	48	0	7	53	
♃	Longitudinis	2	54	14	3	24	41	
	Apogæi	2	33	55	54	31	0	
	Commutationis	1	38	15	48	10	7	
♂	Longitudinis	0	34	7	46	34	59	
	Apogæi	1	47	45	32	0	0	
	Commutationis	3	58	22	4	57	49	
♀	Apogæi	0	48	21	0	0	0	
	Commutationis	2	6	46	31	35	37	
☿	Apogæi	3	6	34	48	41	0	
	Commutationis	0	46	53	1	26	57	

Veri loci Solis ab apparente æquinoctio ascensio recta temporum 279 55′ 33″.

Ab hac radice motuum cœlestium rectè colliguntur omnes motus Sphærarum cœlestium, ad singulos annos Domini vulgares, tum etiam retrorsum ad initium vsq; mundi. Idque vt commodius fieri possit, annos Iulianos ante natum Christum retrorsum numeraui, non à

 vera

vera Christi natiuitate, sed à vulgari initio annorum Domini, videlicet, ab hac radice motuum cœlestium, vt ita anni ante & post natum Christum certam erga se inuicem retinerent proportionem, & in vno puncto temporis, in vulgari initio annorum Domini videlicet, aptissimè cohærerent. Si quis autem veros annos currentes ante & post veram Christi natiuitatem habere voluerit, is singulis annis ante natum Christum detrahat vnitatem, post autem natum Christum, singulis annis Christi vulgaribus, adijciat vnitatem, atq; ita colliget veros annos ante & post natum Christum.

EPOCHÆ MEDIARVM SYZYGIARVM seu nouiluniorum & pleniluniorum mediorum ☉ & ☽, ad initium annorum Christi vulgare, accommodatæ ad horizontem Montis regij in Borussia.

		Sex.	*part.*	′	″	‴	⁗
Æqualis præcessionis æquinoctiorũ.		0	5	32	21	44	51
Smplicis anomaliæ æquinoctiorum.		0	6	40	9	39	33
☉	Æqualis simplicis	4	15	31	17	40	29
	Anomaliæ annuæ	3	14	40	29	21	21
☽	Distantia æqualis à ☉	0	0	0	0	0	0
	Anomaliæ	5	42	11	36	59	36
	Latitudinis	4	21	50	8	12	8

Antecessit autem vulgare initium annorum Christi proximè.

	dies	*hora*	′	″	‴	⁗
Μεσὴ σύνοδος, medium nouilunium, ☌	17	5	32	30	7	56
Μεσὴ πανσέληνος, medium plenilunium, ☍	2	11	10	28	27	37

Primi dies mensium Ægyptiorum, ipso anno natiuitatis Christi, tum etiam in vulgari initio annorum Domini, ita cohærent cum diebus mensium in Calendario Romano.

Primus dies mensis Ægyptij
- Thoth cohæret cum 23. Augusti.
- Phaothi respondit 22. Septembris.
- Athyr congruit cum 22. Octobris.
- Chæac incidit in 21. Nouembris.
- Tybi respondet 21. Decembris.
- Mechir conuenit cum 20. Ianuarij.
- Phamenoth incidit in 19. Februarij.
- Pharmuthi cohæret cum 21. Martij.
- Pachon congruit cum 20. Aprilis.
- Payni respondet 20. Maij.
- Epephi cohæret cum 19. Iunij.
- Mesori congruit cum 19. Iulij.

Quinq; dies intercalares respondent 18. 19. 20. 21. 22. diebus Augusti.

DE

DE PRIMO ANNO CHRISTI VVLGARI, QVI EST SECVNDVS POST VERAM

eius natiuitatem, ab vrbe autem Roma condita 753. Et incurrit in annum mundi 3969. Quamuis initium eius adhuc cohæreat cum anno mundi 3968 Habet hic primus annus Christi vulgaris aureum numerum 2. Cyclum Solarem 10. & literam Dominicalem B. Et habet se tanquam primus post annum Bisextilem.

Consulatum hoc anno Romæ gesserunt, C. IVLIVS, Aug. f. Diui n. CÆSAR, & L. Æmylius, L. f. M. n. PAVLVS.

Sexto die Ianuarij, quo Epiphaniæ festum celebramus, feria videlicet quinta, siue die Iouis, MAGI ex Persia hoc anno oblatis muneribus infantem IESVM adorauerunt vt Messiam, cum ageret annum ætatis suæ secundum. Paulò enim post Herodes iussit trucidari omnes masculos bimulos, in oppido & agro Bethlehemitico. Luc. 2.

Primus dies mensis Nisan siue Abib cohæret hoc anno cum 14. die Martij, tali igitur die incepit annus Mundi 3969. Festum ergo Paschatis incidit in 27. diem Martij.

Et paulò ante hoc Pascha crudeli morte extinctus est HERODES Rex Iudæorum, duobus tantum mensibus post necem innocentum puerorum, anno ætatis suæ 70. Regni autem à prima sua coronatione quadragesimo, trigesimo septimo autem à capta Ierosolyma. Vide Iosephum, antiquit. lib. 17. cap. 8. 9. 10. & Iosippum lib. 2. cap. 24. & 25.

Decimo die Iulij cœpit hoc anno Olympias 195. Et 23. die Augusti apud Ægyptios incepit annus 749. à prima meridie Nabonassari.

Primus dies mensis Thisri incidit eodem hoc anno in septimum diem Septembris, videlicet in diem Iouis, & festum expiationis in diem Sabbati, videlicet in 16. diem Septembris. Tali igitur die, Iudæi celebrauerunt ducentesimum & decimum annum Sabbatarium, & tricesimum Iubileum à prima diuisione terræ Canaan. Ergo hic quædam dicenda sunt de annis Sabbatarijs & Iubileis.

DE ANNIS SABBATARIIS ET IVBILEIS.

CVm Christus secundum ageret ætatis suæ annum, mense Septembri, ineunte iam anno Sabbatario & Iubileo, Ioseph Maria cum puero Iesu reuocati sunt per Angelum Domini ex Ægypto ab exilio, verè igitur hic annus fuit Iubileus. Quemadmodum autem populus Iudaicus tunc temporis, tricesimum Iubileum celebrauit, ita & Christus postea tricesimo ætatis suæ anno à Iohanne in Iordane baptizatus, cœpit publicè docere, annuncians populo Iudaico, imò vniuerso generi humano, nouum & æternum Iubileum, ac perpetuum Sabbatarium, celebrandum in vita æterna. Iohannes Functius autem, ab ingressu in terram promissam, vsque ad tricesimum ætatis Christi annum numerat annos 1500, eosq; per 50. partitur in 30. annos Iubileos, vt ita Christus baptizatus sit 30. anno Iubileo, & 30. simul anno ætatis suæ. Nec ignoro, multis hanc supputationem arridere. Sed plus tribuendum est veritati, quam coniecturæ plausibili. Calculus enim Iohannis Functij singulis Iubileis 50. annos completos assignat, cum tamen iuxta textum Bibliorum, singuli Iubilei septem hebdomades annorum comprehendant, quæ faciunt annos 49. completos. Leuit. 25. Atq; ita septimus annus Sabbatarius

tarius ſemper fuit Iubileus, vnde & ſingulis Iubileis propter Sabbatum terræ, meſsis & vindemia fuerunt prohibitæ. Debebat ergo Iohannes Functius ſingulis Iubileis, iuxta textum ſacræ Scripturæ, 49. annos completos tribuere, quibus tamen 50. aſsignat, non conſiderato diſcrimine inter tempus currens & completum. Quinquageſimo enim anno ſemper currente, nondum autem completo, Iubileus debebat celebrari, tali anno qui eſſet Sabbatarius ſeptimus. In ipſo igitur anno Sabbatario & Iubileo inchoanda eſt numeratio, vt completis præciſè quadraginta nouem annis, ad quinquageſimum annum itidem Sabbatarium & Iubileum perueniatur. Sicut annorum Sabbatariorum ſeries, ſacrarum literarum, Egeſippi, & Ioſephi teſtimonijs confirmata, in noſtra Chronologia euidenter declarat. Ex his luce clarius apparet, ſupputationem Iohannis Functij pugnare cum Sacris literis, reijcienda igitur eſt, quamuis vehementer nobis arrideat, & acquieſcendum potius in ipſa veritate, ne incidamus in maximam confuſionem annorum Sabbatariorum, quos Iohannes Functius, ne verbo quidem auſus fuit tangere, ſtatim enim innotuiſſet falſa Iubileorum ſupputatio.

Iuxta noſtram autem annorum diſpoſitionem, omnes Iubilei & Sabbatarij dependent à diuiſione terræ Canaan. Primus enim annus Sabbatarius celebratus eſt ſeptimo anno, poſt occupatam, diuiſam, & primò cultam terram. Exodi 23. Deut. 31. & Leuit. 25. Habent præterea omnes anni Sabbatarij & Iubilei (quod obſeruatione digniſsimum eſt) ad principium mundi certam proportionem. Nam ſi anni mundi per ſeptenarium diuidantur, primus annus Sabbatarius poſt diuiſionem terræ Canaan, ſe habebit tanquam 358 Sabbatarius à principio mundi: Sic primus quoq; Iubileus, ſi anni mundi per quadraginta nouem diſtribuantur, habet ſe tanquam 52. Iubileus ab exordio mundi. Cæterum annos Sabbatarios rectè à nobis in ordinem redactos, demonſtrat primus liber Maccab. cap. 6. vt habes in noſtra Chronologia anno mundi 3808. Idem quoq; probant Ioſephus & Egeſippus apud annum mundi 3836. Quid autem anni Iubilei ſignificauerint, per ſe ſatis manifeſtũ eſt, videlicet: Nos in æterno Iubileo, qui in hac vita tuba Euangelij annunciatur, liberum acceſſum habituros ad auitas poſſeſsiones amiſſas, videlicet ad amiſſum regnum cœlorum: & ſicut in Iubileo Moſaico debitum repoſcere nemo audebat, ita & in Iubileo æterno, neq; legem neq; Satanam, ius exigendi debiti in nos habituros: Quemadmodum item annis Sabbatarijs & Iubileis abſq; meſſe & vindemia, quæ prohibitæ erant, ſola benedictione diuina Iſraelitæ viuebant, ita & nos in perpetuo Sabbatario & Iubileo, ſine omni rerum indigentia, ſolius Dei benedictione victuros: Sicut quoq; ſerui anno Iubileo manumittebantur, ita & nos à ſeruitute peccati & diaboli liberatos, dominos ac hæredes futuros vitæ æternæ. Et tantum hoc loco ſufficiat de annis Sabbatarijs & Iubileis, redeamus nunc ad ſeriem annorum.

HISTO-

HISTORIA DE VITA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

2 IMP. CÆSAR OCTAVIANVS AVGVSTVS XIII. M. Plautius, M. f. A. n. Syluanus.

—MARIA imprægnata à Spiritu Sancto visitauit cognatam Elizabetham. Luc. 1.

—24. die Iunij IOHANNES BAPTISTA natus est die Mercurij, in ipso solstitio æstiuo. Luc. 1.

—Legati HERODIS ex Italia reuersi, literas ab Augusto Cæsare attulerunt, quibus fiebat Herodi potestas in filium Antipatrum vitæ ac necis, sed mitigata iam ira patris aliquantulum fuerat, ideoq; Hiericuntem adduci mandauerat, nondum tamen vinculis solutum.

746

—Iani templum Cæsar Augustus hoc anno tertiò clausit, & sic pace per totum orbem confirmata, Dominus pacis in terra homo nascitur. Orosius lib. 6. cap. 22.

—25. die Decembris IESVS CHRISTVS FILIVS DEI NATVS EST EX MARIA VIRGINE, die veneris, in Solstitio brumali medio, quadragesimo secundo anno Cæsaris Augusti.

751 — 1

1 — 9 DC

Cossus Cornelius, Cn. f. Lentulus. Calphurnius, Cn. f. Cn. n. Piso Augur.

—Calendis Ianuarij, die Veneris, Dominus noster Iesus Christus est circumcisus.

3967

—Hic est annus primus ante vulgare initium annorum Domini, primus itidem post veram Christi natiuitatem.

—HERODES penultimo anno tyrannici sui imperij, sanhedrin, hoc est, ordinarios iudices de domo Dauidis occidit, teste Philone, & alios Proselytos in lege peritos ipsis substituit. Ita cum venisset Christus, sceptrum ablatum est de Iuda. Genesis. 49.

747

23 Augusti.

—INITIVM ANNORVM DOMINI VVLGARE integro anno à vera Christi natiuitate aberrans.

—6. die Ianuarij MAGI OBLATIS MVNERIBVS INFANTEM IESVM AGNOSCVNT ET ADORANT VT MESSIAM, cum ageret iam annum ætatis suæ secundum. Matth. 2.

I — 752

2 — 10 B

C. Iulius, L. Æmylius,

—*HERODES omnes masculos bimulos in oppido BETHLEHEM & in vicino agro trucidari iussit. Matth. 2. cap. Inter eos & FILIVM suum*

3968

Anni ab initio mundi.	Cyclus ☽ / Anni post veram Christi natiuitatem.	Cyclus ☉ / Ante initium annorum Domini.	Anni vrbis Romæ, &	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

suum, quem ipsi coniunx de tribu Iuda pepererat interfici mandauit, quod cum audisset Augustus, dixisse fertur: Melius est Herodis porcum esse quam filium. Macrob. Salomes quoq; sororis suæ maritum de tribu Iuda Herodes eodem tempore occidit. Postea 40. scholasticos cum duobus præceptoribus viuos concremauit, eò quod auream aquilam de foribus templi deiecissent: Optimates Iudæorum in Hippodromo concludi iussit, vt occiderentur: Remoto Matthia, IOAZARVM Sacerdotio præfecit: Antipatrum quoq; filium in vinculis occidi curauit, & paulò ante festum pascatis atroci morte extinguitur, annos natus 70. quadragesimo anno postquam rex Iudæorum à Romanis creatus erat, 37. autem à capta Ierosolyma. Vide Iosephum, antiq. lib. 17. cap. 8. 9. 10. & Iosippum lib 2. cap. 24. & 25.

ARCHELAVS filius Herodis in regno Iudææ patri successit annis 9. Hic cum post patris obitum, in festo pascatis in tumultuantem multitudinem equitatum immitteret, tria millia Iudæorum, partim confossi, partim obtriti sunt. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 11.

748

IOSEPH & MARIA cum infante IESV, cognita ab angelo morte Herodis, reuersi sunt in Galilæam, ad oppidum Nazareth, vbi Christus est educatus. Matth. 2. Luc. 2.

Archelaus Romam profectus, ab Augusto Cæsare Ethnarcha Iudææ, Idumææ & Samariæ constituitur. Eo absente, in festo Pentecostes ingentes motus Ierosolymis primum, per Sabinum Cæsaris procuratorem, deinde in multis partibus Iudææ exstiterunt, cum aliquot obscurissimi homines, freti absentia Regis, collecta latronum manu, regiam sibi potestatem & insignia vendicare ausi fuissent, quo tempore Iudæa multis in locis miserè vastata est incendijs ac cędibus, donec virtute Quintilij Vari dissipatis latronum exercitibus, & seditionum autoribus ad duo millia in crucem actis, periculum discussum est. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 12.

749

Cæsar Augustus eodem hoc tempore HERODEM ANTIPAM & PHILIPPVM fratres Archelai, Tetrarchas fecit, illum Galilææ, hunc verò Trachonitidis. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 13.

Archelaus Roma rediens, cum transiret per Cappadociam, ad visendum Archelaum regem, reperit ibi Glaphyram, quæ prius matrimonio iuncta fuerat Alexandro fratri huius Archelai, quem cum fratre Aristobulo pater Herodes strangulari curauerat. Amore huius viduæ Archelaus incensus, repudiata priore coniuge Mariamne, ducit hanc fratris Alexandri relictam viduam Glaphyrã quæ mortua est paulò ante exilium Archelai, conterrita somnio, quo visus est ipsi primus maritus impium & incestum connubium fratris exprobrare. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 15.

750

Reuersus in Iudæam Archelaus Ethnarcha, odio subditorum flagrans, quorum accusatione non solum regia potestate exutus erat, verum etiam parum abfuerat, quin omni gubernatione semel excuteretur, crudeliter imperare cœpit, & leuibus de causis ad supplicia trahere eos, quos noui status cupidos fuisse animaduerterat.

ELEAZARVS Sacerdotio præficitur, remoto fratre eius Ioazaro. Ioseph. antiq. lib. 17. cap. 15.

Ælius

Olym. 195

Sabbatum terræ, Iubileus 30. à diuisione terræ Canaan.

3969 — 2 — 3 11 A — 1 753 — *Augustus, f. Diui n. Cæsar.* — *..us, L. f. M. n. Paulus.*

P. Vinitius, M. f. P. Nepos. — *P. Alfinius, P. f. Varus.*

3970 — 3 — 4 12 G — 2 754 — *L. Ælius, L. f. Lamia.* — *M. Seruilius, M. f. Geminus.*

3971 — 4 — 5 13 FE — 3 755 — *Sex. Ælius* — *C. Sentius*

Anni ab initio mundi. | Anni viri post Christi natiuitatem | Anni Christi vulgares & Romæ cond. | Anni A Nabonassaro.

Ab initio mundi.	Anni veri post Christi natiuitatem.	Cyclus ☽	Cyclus ⊙	Christi vulgares & vrbis Romæ.	Consules	A Nabonassaro
					Q. f. Catus. / C. f. C. n. Saturninus.	751 / 22 Augusti.
3972 Initiū 67 hebdomadis. Olym. 196	5	6	14 D	4 / 756	L. Vale. Potiti f. M. n. Messala Volusus. / Cn. Cornelius, L. f. L. n. Cinna Magnus.	752
3973	6	7	15 C	5 / 757	M. Æmylius, L. f. L. Lepidus. / L. Aruntius, L. f. L. Nepos.	753
3974	7	8	16 B	6 / 758	A. Licin. A. f. Silianus. (vell. Creticus.) / Q. Caius, Q. f. Q. n. Mes	754
3975	8	9	17 AG	7 / 759	M. Furius / Sex. Noni	

—Ælius Catus & Sentius consules fuerunt annis 27. ante M. Vinitium Vell. Patercul.

—Caio & Lucio nepotibus Augusti mortuis, TIBERIVS adoptatur, V. Calend. Iulij, magno applausu populi Romani. Adoptatus est eodem die etiam M. Agrippa, quē post mortem Agrippæ Iulia enixa erat. Vell. Patercul. Ab hoc tempore Tiberius dictus est Cæsar.

Protinus ab adoptione, Tiberius à Cæsare Augusto in Germaniam mittitur, vbi ante triennium sub M. Vinitio immensum exarserat bellum. Velleius Paterculus præfectus equitum, cum Tiberio in Germaniam profectus est & per annos nouem continuè sub eo militauit.

Tiberius intrata protinus Germania, subegit vna æstate Canninefates, hoc est, Monasterienses, Cattuarios Hessiæ populos, & Bructeros, qui postea comitatum Stolbergensem occuparunt. Recepti sunt quoq; eodem tempore Cherusci gentes, habitantes nunc ad Northusen & Goslariam, Vell. Patercul.

—IESVS Sea filius, summo Sacerdotio præficitur, abrogato Eleazaro, Ioseph. antiquit. lib. 17. cap. Vlt.

—Mense Decembri tempore hyemis, Tiberius Romam reuersus est ad Cæsarem Augustum.

In Initio veris Tiberius rediit in Germaniam, eamq; totā armis perlustrauit, à Rheno vsq; ad Albim. Cauchos, hoc est, Saxones hac æstate recepit, populos bellicosissimos, in terra Brunsuicense ac Luneburgēse ad Visurgim habitantes. Longobardos item domuit, quorum sedes fuerunt à confluente Salæ & Albis, in ripa Albis occidentali, quæ nunc est regio Magdeburgensis & Halberstadensis. Atq; ita hac æstate Tiberius ad Albim vsq; cum exercitu processit, teste Velleio Paterculo, qui hoc tempore sub eo militauit.

Victor omnium gentium locorumq; quos adierat Tiberius Cæsar, cum incolumi inuiolatoq; exercitu in hyberna legiones reduxit, eadem qua priore anno festinatione Romam petens. Vell. Patercul.

—*IOAZARVS Boethi filius, apud Iudæos summum Sacerdotij recepit, paulò ante secundū Cyrenij Censoris in Iudæā. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 1.*

—*Tiberius hoc anno ab Augusto Cæsare aduersus Marchomannos emittitur, qui hodie dicuntur Morani, atq; ita exarsit hoc tempore bellum Illyricum, quod post Punica bella fuit omnium grauissimum. Tiberius totum Illyricum, quod intra Italiam, regnumq; Noricum & Thraciam, & Macedoniam, interq; Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet, triennio perdomuit. Sueton. Messalinus prima æstate huius belli, præpositus Illyrico, subita orta rebellione, semiplena legione viginti millia hostium fudit.*

—*CYRENIVS secundò ab Augusto in Iudæam missus est, anno 37. ab Actiaca pugna, vt denuo à Syrijs & Iudæis Censum exigeret. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 1. & 3. Cumq; Archelaus hoc tempore Romam vocatus esset, ad dicendam causam, Cyrenius Coponium præfectum equitum in Iudæam secum adduxit, quem paulò pòst relegato Archelao, Iudææ præfecit.*

Tiberius cum duces eius, A. Cæcina & Syluanus, præclaram ab hostibus victoriam retulissent, hyemis initio regressus Sisciam, legatos, inter quos Velleius quoq; fuit, partitis præfecit hybernis. Vell.

Cycli Cyclus.
D ☉

Anni ab initio mundi.	Anni veri post Christi natiuitatem	Christi vulgares & Romanæ.	Anni à Nabonassaro.
Sabbatum terræ.	9	8 760 — P. f. P. n. Camillus. / n. L. f. L. n. Quintilianus.	755 / 21 Augusti.
3976 / Olym. 197	10 18 F / 10	9 761 — Q. Sulpitius, Q. f. Q. n Camerin. / C. Poppæus, Q. f. Q. n. Sabinus	756
3977	11 19 E / 11	10 762 — P. Cornelius, P. f. P. n. Dolabella. / C. Iunius, C. f. M. n. Silanus, Flam. Mart.	757
3978	12 20 D / 12	11 763 — M. Æmyl. Q. f. M. n. Lepidus. / T. Statilius. T. f. T. n. Taurus.	758
3979	13 21 CB	Ti. Iulius, / C. Fonte-	

—HARMINIVS Cheruſcorum Dux Sigimero patri ſuccedit, & imperat annos 12. Tacit.

—Hac æſtate omnis Pannonia pacem petijt. Ferox illa tot millium iuuentus, paulò ante ſeruitutem minata Italiæ, conferens arma quibus vſa fuerat ad flumen Bathinum, proſternit ſe ad genua Tiberij. Bato & Pinetes duces Pannoniæ, alter captus eſt, alter ſe dedidit. Vell. Patercul. lib. 2.

—Autumni tempore victor in hyberna reducitur exercitus, omnibusq; copijs Lepidus eſt à Tiberio præfectus. Vell. ibidem.

—IVDAS GAVLONITES GALILÆVS, in diebus profeſsionis auertit populum. Act. 5. Ioſeph. antiq. lib. 18. cap. 1. & de bello Iudaico lib. 2. cap. 12.

—Initio æſtatis Lepidus educto hybernis exercitu, magna cum clade hoſtium, exciſis agris, exuſtis ædificijs, lætus victoria prædaq; onuſtus, peruenit ad Tiberium, qui hac æſtate ſubacta Dalmatia, maximum bellum Illyricum cõfecit, paulò ante cladem Quintilij Vari. Vell. lib. 2.

—*2. die Auguſti, Q. Sulpitio Camerino, & C. Poppæo conſulibus, HARMINIVS Cheruſcorum Dux, Sigimeri principis filius, ardorum animi vultu oculisq; præferens, Iuuenis 27. annorum, trucidauit QVINTILIVM VARVM cum tribus legionibus, & omnibus auxilijs Romanorum, haud procul à Teutoburgenſi ſaltu in VVeſtphalia, inter fluuios Lippiam & Amiſiam, non procul à Paderborn. Ipſe Dux Quintilius Varus deſperatis rebus ſe transfixit. Romæ ideo tanta conſternatio facta eſt, vt Auguſtus caput parieti collidens ſæpè exclamaret: Quintili redde legiones. Quia metuebat Harminium recta in Italiam tranſiturum, vt olim Cimbri fecerant. Sed arte repreſſus eſt Harminius, quia aduerſus eum vicini conducti ſunt, ab altera parte Bohemi, ab altera Sueui. Vide Velleium Paterculum lib. 2. Dionem lib. 56. & Cornelium Tacitum lib. 1. com. in Suetonij Auguſtum.*

ARCHELAVS Ethnarcha Iudææ propter tyrannidem relegatur Viennam in Galliam, anno 9. ſui principatus. Ioſeph. belli 2. cap. 11.

COPONIVS præſes Iudææ annis 2.

—*Cyrenius ſecunda deſcriptione capitum & ſubſtantiarum finita, venditis bonis Archelai, remoto Ioazaro, ANANVM Sethi filium, Sacerdotio præfecit. Ioſeph. antiq. lib. 18. cap. 3. TIBERIVS eodem hoc anno, ob aduerſam Vari fortunam tranſgreditur Rhenum, vrit domos & vaſtat agros Germanorum, maximaq; cum gloria in Hyberna reuertitur. Vell. Paterc.*

Coponio adhuc præſide, templum Ieroſolymitanum à Samaritanis prophanatum eſt. Nam cum in die azymorum à Sacerdotibus (vt moris erat) de nocte templum eſſet apertum, oſſa mortuorum per totum Phanum & omnes porticus iacuerunt diſperſa, quod ſine dubio ſignificauit, oblationes quæ in templo fiebant, breui tempore emorituras. Nam ſequenti anno Chriſtus puer, duodecimum cum annum ætatis compleuiſſet, in templum publicè docuit. Luc. 2. Ioſeph. antiq lib. 18. cap. 3.

—MARCVS AMBIVIVS Præſes Iudææ, ſucceſsit Coponio annis 2.

—Hic CHRISTVS præciſe compleuit annos ætatis duodecim, ergo ad proximum Paſcha cum parentibus aſcendit Ieroſolymam. Luc. 2.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiũ 63 hebdomadis.

T. f. A. n. Germanicus, [C. Fonte]ius, C. f. C. n. Capito,

—IESVS CHRISTVS FILIVS DEI ET MARIÆ VIRGINIS docuit, in templo Ierosolymitano, cum compleuisset annos ætatis duodecim. Luc. 2.

—Tiberius de Germania, Illyrico, & Pannonia, triplicem triumphum egit. Vell. Paterc. Sueton. Vide & Carolum Sigonium, in fastis consularibus.

759

20 Augusti.

—C. CALIGVLA Cæsar natus est pridie Cal. Septembris, patre suo & C. Fonteio consulibus, & vixit 29. annis. Sueton in Caligula, & Dion lib. 59.

13 | 12 | 764

3980 | 14 | 22 A

C. Silius, P. f. P. n. Nepos. L. Munatius, L. f. L. n. Plancus.

Olym. 198

—Salome soror Regis Herodis, auia impiæ Herodiadis, cũ duodecim annos post fratris mortem vixisset, moriens anno proximo ante Augusti obitum, Liuiæ coniugi Augusti, quam Iosephus Iuliam semper apellat, testamento legauit vrbes quas tenuerat, Iamniam, Azotum, Phaselidem, & Archelaidem. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 3

ANNIVS RVFVS Procurator Iudææ post Marcum Ambiuium annis 2.

760

23. die Septembris accidit, vt ludis Augustalibus (qui natali die Augusti fiebant) furiosus quidam homo consederit in sella, quæ Iulio Cæsari posita & consecrata fuerat, eiq; coronam ademerit, sibiq; imposuerit: quæ res in Augustum nonnihil portendere visa est. Dion & Xiphil. in Augusto.

14 | 13 | 765

3981 | 15 | 23 G

Sex. Pompeius, Sex. f. Sex. Nepos. Sex. Apuleius, Sex. f. Sex. Nepos

—Cæsar Augustus Germanicum Drusi filium, cum exercitu in Germaniam mittit. Vell. lib. 2.

—Centum paulò amplius diebus ante mortẽ Cæsaris Augusti, totus Sol cœlo quasi sereno deficiens lumine, valde tristis, pallidus & obscurus apparuit, non propter interuentum Lunæ, sed propter aëris densitatem imbecillius lumen emittens. Dion lib. 56. Xiphil. in Augusto Cæsare, & Euseb. in Chronicis. Talem enim orbis solaris pallorem, defectum Solis appellari, Plinius testatur lib. 2. cap. 30.

761

CÆSAR AVGVSTVS moritur 14. Cal. Septembris, duobus Sextis Pompeio & Apuleio consulibus, hora diei 9. Nola in Campania, agens annum ætatis 76. imperij sui anno 57. successit illi statim CL. TIBERIVS Nero, tertius Romanorum Imperator, qui imperauit annis 22. mensibus 6. diebus 26. Onuph. Fuit hic Tiberij Neronis & Liuiæ filius Augusti priuignus, & ab eodem ante decennium adoptatus. Sueton.

15 | 14 | 766

16 | 24 F

Drusus Cæsar. C. Norbanus.

LVNA ECLIPSATA est tempore autumni, paucis hebdomadibus post mortem Cæsaris Augusti, teste Cornelio Tacito lib. 1. Huius eclipsis calculum & picturam subijcio.

3982

CALCV-

Ab initio mundi.	Anni veri post Christi natiuitatem.	Christi vulgares & vrbis Romæ.	A Nabonassaro.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO MVNdi 3982. *Ab vrbe Roma condita autem anno 766. Sexto Pompeio, & Sexto Apuleio Consulibus. Hebdomada sexta post mortem Cæsaris Augusti, Anno ætatis Christi 15. A vulgari autem initio annorum Domini anno 14. Cui respondet*

Aureus numerus 15.
Cyclus Solaris 23.
Litera Dominicalis G.

A prima meridie Nabonassari, vsq; ad hanc Eclipsin Lunæ numerantur completi anni Ægyptij 761. dies 37. horæ 17. scrup. 17. sub meridiano Regimontano in Borussia.

Et à vulgari initio annorum Domini ad eandem hanc Eclipsin sunt completi anni Iuliani 13. menses 8. dies 26. horæ 5. scrup. 17. Factum igitur est hoc plenilunium Eclipticum anno 14. à vulgari initio annorum Domini, die 27. Septembris, qui fuit dies Iouis, scrupulis 17. post horam quintam matutinam, ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub eodem meridiano montis Regij, inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	5	43	54	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	8	6	54	
Solis simplicis	2	57	30	38	
Solis compositi	3	3	14	32	
Anomaliæ annuæ Solis	1	56	33	57	
Lunæ longitudinis à Sole	2	53	38	15	
Anomaliæ Lunæ	3	57	7	17	
Latitudinis Lunæ	4	24	15	23	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	5	23	58	
Æquatio centri Solis addenda	0	0	55	22.	Scrup. proportional. 59′ 44″.
Anomalia Solis coæquata	1	57	29	19	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	9	29	

ERGO ☉ in ♎ 0 part. 45′ 7″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	47	16	30	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	3	26	28.	Scrup. proportional. 6′ 56″.
Anomaliæ Lunæ coæquata	3	53	40	49	
Absoluta æquatio 1. epicycli addendda	0	4	13	6	

ERGO ☽ in ♈ 0 part. 45′ 57″.

Caput draconis in ♈ 2 part. 17′ 28″. Abfuit ergo caput draconis à Luna 1 part. 31′ 31″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 4 sex. 28 part. 28′ 29″.
Ergo latitudo Lunæ australis decrescens 8′ 1″.
Semidiameter Lunæ 17′ 7″.
Semidiameter vmbræ coæquata 46′ 56″.
Summa vtriusq; semidiametri Lunæ & vmbræ 64′ 3″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 56′ 7″.
Diameter Lunæ apparens 34′ 14″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 19. scrup. 39.

Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 63′ 0″. Scrupula moræ dimidiæ 28′.
Differentia vtriusq; semidiametri Lunæ & vmbræ 29′ 49″.
Motus horarius Lunæ 32′ 52″.
Ergo dimidius defectus durauit horam vnam scrup. 55. Integer autem perfectus horas 3. scrupula 50. Mora dimidia scrup. 50. vnius horæ. Tota autem mora horam vnam scrup. 40.

Latitudo

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis australis decrescens 1' 56".
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis australis decrescens 2' 6".

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda sunt 19. scrup. vnius horæ, & propter diuersitatem meridianorum in Pannonia iterum auferenda est hora dimidia. Ergo in Pannonia hæc Eclipsis visa est scrupulis sex post quintam horam matutinam, & cœpit Luna primum deficere, scrupulis vndecim post tertiam horam matutinam. Nunc subijcio picturam plenilunij huius Ecliptici.



De hac Eclipsi, quæ sexta hebdomada post obitum Cæsaris Augusti facta est, Cornelius Tacitus libro primo scribit in hunc modum: Milites deserunt tribunal Drusi, maximè offensi Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate & gloria belli firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari. Nec multò post digredientem cum Cæsare, ac prouisu periculi hyberna castra repetentem, circumsistunt, rogitantes quò pergeret, ad imperatorem? an ad patres? vt illic quoq; commodis legionum aduersaretur? Simul ingruunt, saxa iaciunt, iamq; lapidis ictu cruentus, & exitij certus, adcursu multitudinis, quæ cum Druso aduenerat, protectus est. Noctem minacem & in scelus erupturam, fors leniuit: Nam Luna clariore penè cœlo visa languescere. Id miles rationis ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans, prospereq; cessura quæ pergerent, si fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris sono, tubarum cornuumq; concentu strepere, prout splendidior obscuriorve, lætari aut mœrere, & postquam ortæ nubes offecere visui, creditumq; conditam tenebris (vt sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes) sibi æternum laborem portendi, sua facinora aduersari deos lamentatur. Hæc ille. Cæterum cum hæc Eclipsis, duobus Sextis Pompeio & Apuleio consul (vt idem Cornelius Tacitus notat) TIBERIO imperium inchoante facta sit, cuius anno decimoquinto CHRISTVS agens annum ætatis tricesimum est baptizatus, Luc. 3. oportet hunc defectum Lunæ, in decimumquintum annum ætatis Christi incidisse, quod cum nostro calculo exactè conuenit. Quæ mala autem hanc Eclipsin secuta sint, Cornelius Tacitus & alij autores satis testantur. Exarsit enim bellū Germanicum, quo Harminij Cheruscorum Ducis coniunx, Segesti filia, vterum gerens, à Romanis capta est, cum paruo filiolo. Sed redeamus ad seriem annorum.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Sabbatum terræ.

3983 — Cyclus ☽ 16, Cyclus ☉ 24, F — 16 — 15, 767 — Drusus Iulius, Ti. Aug. f. Diui Aug. n. Cæsar. C. Norbanus, C. f. Cn. Flac. — 762

—*VALERIVS GRATVS Iudææ præses annis* 11. *Ioseph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 3.

—*Germanicus Cæsar in initio veris in Chattos Hessiæ populos expeditionem fecit. Cæcina eius legatus Marsos congredi ausos prospero prælio cohibuit. Segestes implorans auxilium Germanici Cæsaris, seipsum filiamq́ suam Harminij coniugem prodidit, quæ cum à Romanis abduceretur in captiuitatem cum paruo filiolo, compressis intra sinum manibus, grauidum intuens viterum, non est victa in lachrymas, neq́ voce supplex veniam à Romanis petijt. Germanicus reliquias legionum Vari insepultas, tumulis condit, in saltu Teutoburgensi, sexto anno post cladem Varianam. Cornel. Tacit. lib.* 1

3984 — Cyclus ☽ 17, Cyclus ☉ 25, ED — 17 — 16, 768 — T. Statilius, T. f. T. n. Sisenna Taurus. L. Scribonius, L. f. L. n. Libo. — 763, 19 Augusti.

—*VITELLIVS* 8. *Cal. octobris, vel vt quidam volunt,* 7. *Idus Septembris natus est, Druso Cæsare, & Norbano Flacco Coss. Sueton. in Vitellio cap.* 3. *Perijt anno vitæ* 57. *cap.* 18.

—*Valerius Gratus Iudææ præses, remoto Anano, ISMAELEM Iabi filium pontificem Iudæorum constituit, & paulò pòst mutata sententia, remoto Ismaële, ELEAZARVM Annæ filium summum Sacerdotem creauit, qui præfuit integro anno. Ioseph. antiq. lib.* 18. *cap.* 3.

—*HARMINIVS CHERVSCORVM DVX, colloquitur cum fratre Flauio ad Visurgim, paulatimq́ ad iurgia prolapsi, quo minus pugnam consererent, vix interiectu fluminis cohibebantur. Germanicus Cæsar transgressus Visurgim, Harminium vicit acerrimo prælio. Angriuarij Stertinio legato Germanici se dediderunt.* C. *Silius Cattos Hessiæ populos, Marsosq́ fudit, qui nunc Diethmarsi vocantur. Cornel. Tacit. lib.* 2.

—*Exercitus Germanici, per Amisiam in oceanum nauigans naufragio perijt.*

Vonones Parthus obses à patre Phrahatte Romanis datus, in regnum reuocatur, mox spretus à suis ab Artabano regno exuitur. Cornel. Tacit. lib. 2. *Ioseph. antiq. lib.* 18. *cap.* 3.

Olym. 199

3985 — Cyclus ☽ 18, Cyclus ☉ 26, C — 18 — 17, 769 — C. Cælius, C. f. Rufus. L. Pomponius, L. f. Flaccus. — 764

—*De Mathematicis Magisq́ Italia pellendis lex lata. Cornel. Tacit. lib.* 2

—*SIMON Camithi filius, à Valerio Grato in Iudæa summo Sacerdotio præficitur, & præfuit Sacerdotio anno vno tantum. Ioseph. antiq. lib.* 18. *cap.* 3.

—*Cn. Piso Syriæ prætor factus est, Romam reuocato Cretico Syllano. Cornel. Tacit. lib.* 2.

—*C. Cælio & L. Pomponio consulibus, Germanicus Cæsar ad VII. Cal. Iunias, triumphauit de Cheruscis, Cattis, Angriuarijs, alijsq́ nationibus, quæ vsq; ad Albim colunt. Cornel. Tacit. lib.* 2.

—*HARMINIVS aduersus Maroboduum Marcomannorum Regem acriter pugnauit, mittitur tandem à Cæsare TIBERIO Drusus filius, qui pacem firmauit. Eodem hoc anno terræmotu nocturno duodecim celebres Asiæ vrbes interciderunt. Cornel. Tacit. lib.* 2. *Eusebius autem tredecim vrbes concidisse scribit in Chronico.*

3986 — Cyclus ☽ 19, Cyclus ☉ 27, B — 19 — 18, 770 — Ti. Iul. Ti. f. Diui Aug. n. Germ. Cæs. CL. TIBERIVS CÆSAR Aug. III. — 765

—*Furius Camillus in Africa Tacfarinam Numidam prælio vicit. Cornel. Tacit. lib* 2.

—*LIVIVS historiæ scriptor, & OVIDIVS poëta mortui sunt, Calendis Ianuarij, quarto anno Cæsaris Tiberij. Liuius Patauij in patria sua extremum clausit diem, anno ætatis* 76. *Ouidius autem in exilio decessit, annos natus sexaginta, sepultus in Ponto circa Tomos oppidum. Apuleius & Euseb. in Chronico.*

—*IOSEPHVS CAIPHAS SVMMVS SACERDOS IVDÆORVM, successit Simoni Camithi filio. Ioseph. antiq. lib* 18 *cap.* 3. *Idem hic Caiphas paulo pòst cum socero HANNA, Sacerdotij principatum quotannis commutauit. Luc.* 3. *Iohan.* 11. *&* 18.

Germanicus in Armeniam profectus, Zenonem Armenijs regem dedit: cum Artabano Parthorum rege fœdus iit: Cappadocia in formam prouinciæ redacta, Q. Verannium accepit præsidem. Commagenis Q. Seruæius præponitur, Cornel. Tacit. lib. 2.

Cyclus ☽ 1, Cyclus ☉ 28, A — 19 — L. Norba- | M. Iuni-

—Germanicus Caligulæ pater Ægyptum lustrat vsq; ad Syenẽ & Elephantinam. Maroboduus Marcomannorum Rex in Morauia, à Catualda Gotone regno pulsus, in Italia Rauennæ 18. annos habitat. Rhescuporis Thraciæ Rex, fratris sui filium (Cotyn superioris Thra-

Ab initio Mundi. | Anni veri post Christi natiuitatem. | Christi vulgares & vrbis Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Initiū 69 hebdomadis.

(…us, M.f.M.n. Syllanus. / …nus, C.f. Cn. Flacc. Balbo.)

ciæ regem, fraudulenter in conuiuio captum, catenis vinxit, & paulò pòst occidi curauit, eamq; ob causam à Romanis regno pulsus est. Germanicus Caligulæ pater, ex Ægypto reuersus, veneno à Pisone dato necatur.

766 — HARMINIVS Dux Cheruscorum, abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium aduersam habuit, petitusq; armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubiè Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alij reges ducesq;, sed florentissimum Imperium lacessierit, prælijs ambiguus, bello non victus, septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit. Cornel. Tacit. lib 2.

20 | 19 | 771

3987 | 2 1 GF | M. Valerius, M.f.M.n. Messala. / M. Aurelius, M.f.M.n. Cotta.

—M. Valerio & Aurelio Cotta consulibus, ingens Romæ luctus fuit de obitu Germanici, cum vxor eius Agrippina Romam rediret. Cornel. Tacit. lib. 3.

—Cn. Piso coram senatu Romano de nece Germanici accusatus, perfosso iugulo, in cubiculo suo repertus est, iacente humi gladio, nec abfuit suspicio, illum non sponte, sed immisso percussore extinctum. Cornel. Tacit. lib. 3.

767 —Tacfarinas Numida, bellum in Africa renouat, quem Romani prospera pugna represserunt. Cornel. Tacit. ibidem.

21 | 20 | 772 | 18. Augusti.

3988 | 3 2 E | CL. TIBERIVS CÆSAR Augustus IIII. / Drusus Iulius Ti.f. Diui Aug.n. Cæsar II.

Olym. 200

—Salustius circa finem huius anni obijt, Salustij historici ex fratre nepos. Cornel. Tacit. lib. 3.

—TIBERIVS CÆSAR, quasi firmandæ valetudinis, causa, in Campaniam concessit, longam & continuam absentiam paulatim meditans. Cornel. Tacit. lib. 3.

—Galliæ urbes ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœperunt. Autores seditionis fuerunt Florus & Sacrouir, qui à Romanis victi, suis manibus, eorumq; amici mutuis ictibus ceciderunt. Cornel. Tacit. lib. 3.

768

22 | 21 | 773

3989 | 4 3 D | C. Sulpitius, Ser.f. Ser.n. Galba. / D. Haterius, Q.f. Agrippa.

—IVLIÆ AVGVSTÆ morbus lethalis, Tiberium in vrbem retraxit. Cornel. Tacit. lib. 3.

—Iunius Blæsus Africæ proconsul Tacfarinatem Numidam fudit. Cornel. Tacitus ibidem

769 Mortui sunt hoc tempore viri illustres, Asinius Salonius, & Capito Ateius, teste Cornel. Tacito lib 3.

Sabbatum terræ.

23 | 22 | 774

3990 | 5 4 C | C. Asini… / C. Antisti…

—Iunia C. Cassij vxor sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno, supremum diem expleuit. Cornel. Tacit in fine libri tertij.

Ab initio mundi. | Anni vero post Christi natiuitatem. | Christi vulgares & vrbis Romæ | A Nabonassaro

Cyclus ☽ Cyclus ☉

M. C. f. C. n. Pollio. | C. f. C. n. Vetus.

—Ælius Seianus præfectus prætorio, Liuiam Germanici sororem, Drusi Tiberij filij vxorem stuprat, & per medicum Eudæmum Druso venenum lethale dari curat, id scelus octo post annos demum detegitur. Funus Drusi maximè illustre fuit pompa imaginum, cum Æneæ omniumq; Albanorum regum effigies, Romuli etiam, Sabinorum & Claudiorum imagines, longo ordine in procuratione funeris spectarentur. Cornel. Tacit. lib. 4.

770 —Idem hic annus alio quoq; luctu Cæsarem affecit, alterum ex geminis Drusi liberis extinguendo. Mortuus est præterea Lucillius Longus amicus Cæsaris, omnium illi tristiũ lætorumq; socius. Cornel. Tacit. ibidem.

24 | 23 | 775

3991 | 6 | 5 | BA

Ser. Cornelius, Ser. f. Cethegus. | L. Visellius, L. f. C. n. Varro.

—Plautius Syluanus prætor, propriam coniugem Aproniam in præceps iecit, & occidit, eamq; ob causam coram senatu Romano accusatus, cùm pugione seipsum interficere non posset, quem Vrgulania auia ad eum miserat, incisis venis, spontanea morte interijt. Cornel. Tacit. lib. 4.

771 —Dolobella victo Tacfarinate, Africano bello finem imposuit. Cornel. Tacit. Ibidem.

17 Augusti. —Q. Vibius Serenus catena vinctus, à proprio filio accusatur, quod Tiberio struxisset insidias, intercedente autem Gallo Asinio, Amorcum deportatur in exilium. Cornel. Tacit lib. 4.

25 | 24 | 776

3992 | 7 | 6 | G

Olym. 201

Cossus Cornel. Coss. f. Cn. n. Lentulus Isauricus. | M. Asinius, M. f. Agrippa.

—Cremutius Cordus historiæ scriptor accusatur, quod Brutum & Cassium laudarit. Hispani missis ad senatum legatis Tiberio matriq; eius delubrũ in Hispania vlteriore extruere voluerunt. Sed Tiberius agnoscens mortalem se hominem esse, diuinis honoribus coli non voluit. Seianus petit coniugium Liuiæ, consiliumq; inire cœpit, vt Tiberium vitam procul Roma amœnis in locis degendam impelleret. Obiêre eodem hoc anno, Cn. Lentulus, L. Domitius auus Neronis, & L. Antonius. L. Piso Hispaniæ prætor, pacis tempore à quodam agreste, ex improuiso in itinere adortus, vno vulnere occiditur. Cornel. Tacit. lib 4.

772

26 | 25 | 777

3993 | 8 | 7 | F

Initiũ 70. & vltimæ hebdomadis.

Cn. Cornel. Cn. f. Cn. n. Lentulus Getulicus. | C. Caluisius, C. f. C. n. Sabinus.

—Poppæus Sabinus triumphauit de Thracibus deuictis. Cornel. Tacit Ibidem.

—INITIVM SEPTVAGESIMÆ ET VLTIMÆ HEBDOMADIS. Danielis 9.

—*PONTIVS PILATVS IVDÆÆ PRÆSES annis 10. Hic successit Valerio Grato duodecimo anno Cæsaris Tiberij. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 4.*

—*Agrippina relicta vidua Germanici offendit Tiberium.*

773 —*Tiberius ex vrbe Roma discedit in Campaniam, vt templa dedicaret, apud Capuam Ioui, apud Nolam Augusto. Cocceius Nerua Iurisconsultus Tiberiũ comitatur. Abfuit autem TIBERIVS ab vrbe Roma annos vndecim, vsq; ad mortem. Cornel. Tacit. lib. 4.*

27 | 26 | 778

—Fine anni mortui sunt insignes viri, Asinius Agrippa & Q. Haterius. Cornel. Tacitus ibidem.

3994 | 9 | 8 | DE

M. Lici... | L. Calphur...

Am-

Ab initio Mundi. | Anni veri post Christi natiuitatem. | Christi vulgares & vrbis Romæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ab initio mundi.	Veri anni ætatis Christi.	Cyclus ☽ / ☉	Christi vulgares & Romæ cond.	Consules	A Nabonassaro.
3995	28	10 9 DC	27 779	...nius M. f. M. n. Crassus. ...nius, L. f. L. n. Piso.	774
3996 Olym. 202	29	11 10 B	28 780	App. Iunius, C. f. C. n. Syllanus. P. Silius, P. f. P. n. Nerua.	775 16. Augusti.
3997 Sabbatarum terræ.	30	12 11 A	29 781	C. Rubellius Geminus. C. Fusius Geminus.	776
3998	31	13 12 G	30 782	M. Vinitius, L. f. M. n. Quartinus. L. Cassius, L. f. L. n. Longi. Iuriscon-sultus.	777
				CL. Ti- L. Æli-	

Amphitheatrum Fidenis concidit, in quo quinquaginta millia hominum obtrita fuerunt, Cornel. Tacit. lib. 4.

Mons Cœlius Romæ incendio orto conflagrauit. TIBERIVS Capreas se in insulam abdidit. Cornel. Tacit. ibidem.

In initio huius, anni, Titius Sabinus illustris eques Romanus, amicus Germanici, scelerate proditus interficitur. Cornel. Tacit. lib. 4.

IVLIA neptis Augusti mortem obijt, quam Augustus propter adulterium proiecerat in insulam Trimerum, haud procul Apulis littoribus, illic viginti annis exilium tolerauit. Cornel. Tacit. ibidem

Frisij, qui Romanis loco tributi coria boum dare consueuerant, propter auaritiam Olennij præfecti, à Romanis defecerunt. Agrippina Germanici filia, Cn. Domitio matrimonio iuncta est. Cornel. Tacit. in fine lib. 4.

LIVIA AVGVSTI VXOR & Tiberij mater obijt, anno decimoquinto post mortem Augusti, laudata in funere à Caligula pronepote. Cornel. Tacit. lib. 5.

Primus dies mensis Nisan siue Abib, cohæret hoc anno cum quarto die Aprilis, & totus hic annus rectè supputatur pro decimoquinto anno Cæsaris Tiberij. Luc. 3.

24. die Iunij IOHANNES BAPTISTA compleuit annum ætatis suæ trigesimum, & pauló post factus est ad eum sermo Dei, vt inchoaret officium docendi, nam iuxta legem Dei illi admittebantur ad ministerium sacræ doctrinæ, qui compleuerant annos ætatis triginta, Numeri 4.

MEDIVM VLTIMÆ HEBDOMADIS, Danielis 9.

28. die Septembris, in festo clangoris tubarum, decimoquinto anno Cæsaris Tiberij, in Medio vltimæ Hebdomadis, IOHANNES BAPTISTA ministerium noui testamenti inchoauit, cum HANNAS eodem hoc tempore Sacerdotio præesse inciperet, sicut permutatio annorum monstrat. Luc. 3.

Septimo die Octobris CHRISTVS est baptizatus anno Sabbatario, in festo expiationis, cum tricesimum ætatis annum fermè compleuisset. Luc. 3.

Non diu ante festum pascatis, mense Martio, CHRISTVS primo suo miraculo inclaruit in Cana Galilææ, aqua in vinum conuersa. Iohan. 2.

Consul huius anni M. Vinitius consulatum inijt post Augustum annis 72. Vell. Pater.

Post festum Pascatis Christus disputauit cum Nicodemo. Iohan. 2. & 3. cum paulò ante è templo eiecisset nummularios, quadraginta Sex annis post inchoatam ædificationem templi per Herodem, Iohan. 2. Ioseph. antiq. lib. 15. cap. 14.

TIBERIVS hoc anno summa crudelitate grassari cœpit in domum Germanici. Cornel. Tacit. lib. 5.

Mense Thisri CAIPHAS factus est princeps Sacerdotum, cum Iudæ nouum annum inchoantes, festum clangoris tubarum celebrarent, 18. die Septembris.

IOHANNES BAPTISTA conijcitur in carcerem, mense Decembri, quatuor mensibus ante messem. Matth. 14. Iohan. 4.

[Consules:] ...BERIVS CÆSAR AVG. V. — ...VS SEIANVS, L. f.

—CHRISTVS finito pascatis festo, transit per sata tempore messis, Luc. 6. Mar. 2. Sanat manum aridam, Luc 6. Mar. 3. RESVSCITAT FILIVM VIDVÆ ad portas vrbis Naim. Luc. 7. Liberauit dæmoniacum. Mar. 3. Matth. 12. Et duos alios dæmoniacos in terra Gergesenorum siue Gadarenorum. Matth. 8. Mar. 5. Luc. 8. Sanauit postea paralyticum in lecto decumbentem. Matth. 9. IAIRI FILIAM IN VITAM QVOQVE REVOCAVIT. Matthei 9. Mar. 2. Luc. 5. & multa alia edidit miracula.

778

Mense Thisri HANNAS principatum Sacerdotalem inijt, 6. die Septembris, cum Iudæi nouum annum politicum inchoantes, festum clangoris tubarum celebrarent.

32 | 31 | 783 | 14 | 13 FE | 3999

Cn. Domitius, L. f. C. n. Ahenobarbus. — M. Furius, M. f. P. n. Camillus Scribonianus.

—18. die Octobris, vnco ad scalas Gemonicas tractus, & diu excruciatus, miserè perijt crudelissimus tyrannus L. ÆLIVS SEIANVS. Dion. lib. 58. Cornel. Tacit. lib. 5. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 13.

—IOHANNES BAPTISTA IN CARCERE DECOLLATVR, agens annum ætatis 33. ministerij tertium. Matth. 14.

—*Christus cibauit quinque millia virorum, quinque panibus & duobus piscibus. Post festum pascatis successit in fines Tyri & Sidonis, vbi liberauit filiam Syrophænissæ à dæmonio. Matth. 15. Mar. 7. Sanauit deinde in finibus Decapolis surdum & mutum. Postea septem panibus saturauit quatuor millia hominum. Mar. 8. Deinde iterum excurrit in fines gentium ad Cæsareã Philippi vsque. Luc. 9. Inde reuersus transfiguratus est in monte Thabor. Postea διδραχμον soluit in Capernaum. Matth. 17. & 18. ac paulò pòst circa tempus secundæ messis emisit 70. discipulos. Luc. 9. & 10.*

Mense Thisri, in festo clangoris tubarum, 18. die Septembris, CAIPHAS princeps Sacerdotum factus est. Et paulò pòst in festo Tabernaculorum Christus Hierosolymæ publicè docuit, Iohan. 7. & sanauit cæcum. Iohan. 9. Postea circa tempus brumæ, cum Encænia Hierosolymæ celebrarentur, secessit trans Iordanem. Iohan. 10.

779 | 15 Augusti.

32 | 784 | 33 | 15 | 14 D | 4000

Ser. Sulpitius, C. f. Ser. n. Galba. — L. Cornelius, L. f. P. n. Sylla.

LAZARVS RESVSCITATVR A MORTVIS. Iohan. 11.

IESVS CHRISTVS FILIVS DEI CRVCIFIGITVR tertio die Aprilis, feria sexta, completo præcisè quarto millenario mundi, finitis etiam exactè septuaginta hebdomadibus, Danielis 9. anno quarto 202. Olympiadis. Euseb. ex Phlegone.

Olym. 203

—*5. die Aprilis Christus resurrexit feria prima Mar. 16.*

—*Die Pentecostes SPIRITVS SANCTVS effusus est in apostolos, 24. die Maij, die Solis siue feria prima. Act. 2.*

HANNAS summus Pontifex Iudæorum, successit Caiphæ, 14. die Septembris, in principio anni Iudaici, primo die mensis Thisri. Hic Petrum & Iohannem qui sanauerant claudum, tum etiam reliquos apostolos inclusit in carcerem. Act. 3. 4. & 5.

780

STEPHANVS PRIMVS MARTYR POST CHRISTVM LAPIDATVR. Act. 6. & 7.

33 | 785 | 34 | 16 | 15 C | 4001

Paul. Fabius — L. Vitellius

—PAVLVS inquisitor hæreticæ prauitatis, & acerrimus persecutor Euangelij, conuertitur, 25. die Ianuarij, & post triduum 28. die Ianuarij ab Anania Damasci baptizatur. Act. 9.

Ab initio mundi.	Veri anni ætatis Christi.	Christi vulgares & Romæ cond.	Anni à Nabonassaro.

CALENDARIVM HISTORICVM IN XXX. ANNVM ÆTATIS CHRISTI, QVI

cohæret cum anno mundi 3997. Qui fuit Sabbatarius, estq; 29. annus ab initio annorum Domini vulgarj.

Aureus numerus 12
Cyclus Solaris 6
Litera Dominicalis B.

CAIPHAS hoc anno summus Pontifex Judæorum fuit, usq; ad 29. diem Septembris.

2. die Iulij incepit primus annus Olympiadis 202. & die 16. Augusti cœpit annus à Nabonassaro 777. iuxta Ægyptiorum annorum rationem.

Consulatum Romæ, hoc anno 781 ab vrbe condita, gesserunt, C. RVBELLIVS GEMINVS, & C. FVSIVS GEMINVS, anno 15. Cæsaris Tyberij. LIVIA DRVSILLA, Augusti vxor, & Tyberij mater obijt, anno hoc 15. post mortem Augusti, & laudata est in funere à Caligula pronepote, decessit anno ætatis 86. Dion. lib. 58. Cornel. Tacit. lib. 5.

IANVARIVS.		FEBRVARIVS.	
1	a Sabbatum.	1	d
2	B	2	e
3	c	3	f ● in ♒.
4	d ● in ♑.	4	g Adar XII. mensis Hebræorum.
5	e Sebath XI. mensis Hebræorum.	5	a Sabbatum.
6	f	6	B
7	g	7	c
8	a Sabbatum.	8	d
9	B	9	e
10	c	10	f ☽ in ♉.
11	d ☽ in ♈.	11	g
12	e	12	a Sabbatum.
13	f	13	B
14	g	14	c
15	a Sabbatum.	15	d
16	B	16	e
17	c	17	f
18	d	18	g ○ in ♌.
19	e ○ in ♋.	19	a Sabbatum.
20	f	20	B
21	g	21	c
22	a Sabbatum.	22	d ◐ in ♓.
23	B ● in ♒.	23	e
24	c	24	f
25	d	25	g ☽ in ♐.
26	e ☾ in ♏.	26	a Sabbatum.
27	f	27	B
28	g	28	c
29	a Sabbatum.		
30	B		
31	c		

MARTIVS.

1 d
2 e
3 f
4 g ● in ♓.
5 a Sabbatum. Veadar mensis intercala-
6 B ris Hebræorum.
7 c
8 d
9 e
10 f
11 g ☽ in ♊.
12 a Sabbatum.
13 B
14 c
15 d
16 e
17 f
18 g
19 a Sabbatum. ○ in ♍.
20 B
21 c
22 d
23 e ☉ in ♈. Æquinoctium vernale verum.
24 f
25 g ÆQVINOCTIVM MEDIVM.
26 a Sabbatum. ☾ in ♑.
27 B
28 c
29 d
30 e
31 f

APRILIS.

1 g
2 a Sabbatum.
3 B ● in ♈.
4 c Abib siue Nisan I. mensis Hebræo-
5 d orum, initium anni mundi 3997.
6 e
7 f
8 g
9 a Sabbatum.
10 b ☽ in ♋.
11 c
12 d
13 e
14 f
15 g
16 a Sabbatum.
17 B PASCHA IVDÆORVM, primus
18 c ○ in ♎. dies azymorum.
19 d
20 e
21 f
22 g
23 a Sabbatum.
24 B ☉ in ♉. Octauus & vltimus dies a-
25 c ☾ in ♒. zymorum.
26 d
27 e
28 f
29 g
30 a Sabbatum.

MAIVS.

1 B
2 c
3 d ● in ♉.
4 e Iiar II. mensis Hebræorum.
5 f
6 g
7 a Sabbatum.
8 B
9 c
10 d ☽ in ♌.
11 e
12 f
13 g
14 a Sabbatum.
15 B
16 c
17 d
18 e ○ in ♏.
19 f
20 g
21 a Sabbatum.
22 B
23 c
24 d ☉ in ♊.
25 e ☾ in ♓.
26 f
27 g
28 a Sabbatum.
29 B
30 c
31 d

IVNIVS.

1 e ● in ♊.
2 f Siuan III. mensis Hebræorum.
3 g
4 a Sabbatum.
5 B
6 c PENTECOSTE IVDÆORVM.
7 d
8 e ☽ in ♍.
9 f
10 g
11 a Sabbatum.
12 B
13 c
14 d
15 e
16 f ○ in ♐.
17 g
18 a Sabbatum.
19 B
20 c
21 d
22 e
23 f ☾ in ♓.
24 g Iohannes baptista compleuit 30. annum ætatis
25 a Sabb. ☉ in ♋. SOLSTITIVM.
26 B
27 c
28 d
29 e
30 f

IVLIVS.

1 g ● in ♋. ἑκατομβαιὼν, primus mensis Atheniensium. Hoc die incepit primus annus Olympiadis 202.
2 a Sabbatum. Thamus IIII. mensis Hebræorum.
3 B
4 c
5 d
6 e
7 f
8 g ☽ in ♎.
9 a Sabbatum.
10 B
11 c
12 d
13 e
14 f
15 g

LIVIÆ defunctæ Senatus non solum decreuit ea, quæ filius TIBERIVS mandauerat, sed etiam censuit vt eam matronæ annum lugerent, laudato imprimis Tiberio, quod ne tum quidem reipublicæ curam omitteret, arcumq; ei decreuit, quod antea fœminæ acciderat nunquam. Arcus autem ille non est ædificatus, propterea quod Tiberius promitteret se eum ædificaturum suis sumptibus. Sed decretum quod aperta oratione non erat ausus rescindere, hoc pacto irritum fecit: nec enim opus fieri permisit pecunia publica, nec ipse fecit suis sumptibus. Dion. & Sueton.

16 a Sabbatum. ○ in ♑.
17 B
18 c
19 d
20 e
21 f
22 g
23 a Sabbatum. ☽ in ♈.
24 B
25 c
26 d
27 e ● in ♌.
28 f
29 g
30 a Sabbatum. ● in ♌.
31 B Ab V. mensis Hebræorum.

AVGVSTVS.

1 c
2 d
3 e
4 f
5 g
6 a Sabbatum. ☽ in ♏.
7 B
8 c
9 d
10 e
11 f
12 g
13 a Sabbatum.
14 B ○ in ♒.
15 c
16 d Thoth primus mensis Ægyptiorum. Hoc die incepit 777. annus à prima meridie Nabonassari.
17 e
18 f
19 g Hoc 19. die Augusti, TIBERIVS Cæsar decimumsextum annum Imperij sui inchoauit, si de ipso die, quo Augustus obijt, supputatio suscipiatur. Sed quemadmodum totius ille annus quo Augustus è vita migrauit, pro vltimo anno eiusdem Cæsaris Augusti computatur, ita totus hic annus, qui ab obitu eius est 15. pro 15. etiam anno Cæsaris Tyberij rectè supputatur. Luc. 3. Diu enim post Augusti obitum & sepulturam, Tiberius singulari simulatione imperium recusauit, nec nisi in fine anni, quasi coactus eam dignitatem recepit. Sueton. Dion. & Cornel. Tacit.
20 a Sabbatum.
21 B ☽ in ♉.
22 c
23 d
24 e
25 f
26 g
27 a Sabbatum. ● in ♍.
28 B
29 c ● in ♍.
30 d Elul VI. mensis Hebræorum.
31 e

SEPTEM-

SEPTEMBER.

1 f
2 g
3 a Sabbatum.
4 B
5 c ☽ in ♐.
6 d
7 e
8 f
9 g
10 a Sabbatum.
11 B
12 c
13 d ○ in ♓.
14 e
15 f Phaothi II. mensis Æ-
16 g gyptiorum.
17 a Sabbatum.
18 B
19 c
20 d ☽ in ♊.
21 e
22 f
23 g
24 a Sabbatum. Æquinoctium autumnale medium.
25 B ● in ♎. ÆQVINOCTIVM APPARENS.
26 c
27 d ● in ♎.
28 e Thisri VII. mensis Hebræorum. FESTVM TVBARVM iuxta legem Dei. Hoc die Clangens illa tuba IOHANNES BAPTISA, in deserto inchoauit ministerium noui testamenti, & cœpit publicè docere.
29 f Hoc die secundo mensis Thisri Iudæi festum clango-
30 g ris tubarum celebrarunt, iuxta traditiones Rabinorum, vt videlicet festum expiationis incideret in diem Sabbati. HANNAS hoc tempore administrationem summi Sacerdotij accepit, cum Iudæi nouum annum politicum inchoarent. Ideo idem hic Hannas Caiphæ præponitur. Luc. 3.

OCTOBER.

1 a Sabbatum.
2 B
3 c
4 d ☽ in ♈.
5 e
6 f
7 g FESTVM EXPIATIONIS, iuxta legem Dei, Leuit. 16. & 23. Hoc die CHRISTVS est baptizatus anno Sabbatario, in medio vltimæ Hebdomadis, Danielis 9. cum esset annorum triginta, nondum quidem completorum, sed qui mox complendi essent. Luc. 3. Atq; ita Christus sacro baptismatis fonte ablutus, & Spiritu sancto vnctus, voce item Patris gloria & maiestate diuina, tanquam vestibus sacerdotalibus indutus, ingressus est in sancta Sanctorum, & expiationem fecit pro peccatis totius generis humani. Deinde tollens peccata mundi, eodem hoc die ductus est statim à Spiritu in desertum, vt tentaretur á diabolo, atq; ita adimpleuit figuram illius hirci, qui iniquitates populi portauit in desertum. Leuit. 16.
8 a Sabbatum. Hoc die Iudæi festum expiationis celebrarunt, die Sabbati, iuxta traditio-
9 B nem Rabinorum, & HANNAS Saducæus hoc die ingressus in sanctissimum lo-
10 c cum templi. Pessimus hic certè fuit expiator.
11 d
12 e ○ in ♈.
13 f
14 g
15 a Sabb, Athyr III. mensis Ægyptiorum.
16 B
17 c
18 d
19 e ☽ in ♋.
20 f
21 g
22 a Sabbatum.
23 B Credibile est filium Dei tentatum esse à diabolo, in deserto Arabiæ petreæ,
24 c ad montem Sinai, vbi & Moyses ac Elias quadraginta diebus ac noctibus
25 d ● in ♏. ieiunauerant. Exod. 24. & 3. Reg. 19. Extendit se autem solitudo illa Arabiæ
26 e petreæ, à finibus Ægypti & à mari rubro, vsq; ad Iordanem, vbi Iohannes
27 f ● in ♏. baptizauit, & inde porro per Trachoniti-
28 g Marhesuan VIII. mensis Hebræorum. dem regionem vsq; ad montem Libanum.
29 a Sabbatum. Potuit ergo filius Dei, eodem quo bapti-
30 B zatus erat die, in hanc solitudinem venire. Postea paulatim progressum esse
31 c arbitror, ad montem Sinai vsq;. Nullus enim locus magis idoneus esse potuit

1 d *NOVEMBER.*
2 e tuit Diabolo ad tentationem, quam quo lex tradita erat, quæ est peccati
3 f ☽ in ♒. potentia. Quamuis enim filius Dei absq; peccato esset, totius tamen mundi
4 g peccata in se receperat. Leuit. 16. Ioh. 1. Iesaiæ 53.
5 a Sabbatum.
6 B
7 c
8 d Hoc 8. die Nouembris Christum baptizatum esse Epiphanius tradit, eundemq; hunc
9 e diem coniungit cum 12. die Ægyptij mensis Athyr, lib. 2. Tomo 1. hæresi 51.
10 f Sed hæc supputatio Epiphanij falsa est, pugnat enim cum calculo Mathema-
11 g ☉ in ♉. tico. Cohæret enim hic dies cum 25. die Ægyptij mensis Athyr. Sed iuxta no-
12 a Sabb. stram rationem, baptismus Christi rectius incidit in dimidium vltimæ heb-
13 B domadis, Danielis 9. in festum expiationis, Leuit. 16. & in initium anni Sab-
14 c Chæac IIII. mensis Ægyptiorum. batarij. Leuit. 25.
15 d
16 e Hoc die finiunt 40. dies & noctes Ieiunij Christi in deserto, Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.
17 f Consummatis 40. diebus ac noctibus ieiunij, CHRISTVS tandem esurijt, & tenta-
18 g ☽ in ♌. tus primum à Satana in deserto, postea ab eodem ductus est Hierosolymam
19 a Sabb. in pinnam templi, & inde in montem valde excelsum, quem montem Nebo
20 B fuisse existimo, vbi Deus quondam trans Iordanem, Moysi vniuersam ter-
21 c ram promissam monstrauit. Credibile quoq; est, tot & tam acerbas tentatio-
22 d nes diaboli, vno die non fuisse peractas.
23 e ● in ♐.
24 f
25 g ● in ♐.
26 a Sabbatum. Cisleu IX. men-
27 B sis Hebræorum.
28 c
29 d
30 e

1 f *DECEMBER.*
2 g ☽ in ♓.
3 a Sabbatum. Hoc mense Decembri Christus quieuit, & ab angelis qui il-
4 B li ministrabant iterum recreatus est. Matth. 4. Nondum ta-
5 c men publicè docere cœpit. Nam iuxta legem Dei illi ad
6 d ministerium sacræ doctrinæ admittebantur, qui erant an-
7 e norum 30. & vltra, hoc est, qui 30. ætatis suæ annum com-
8 f pleuerant. Numeri 4.
9 g
10 a Sabbatum. ☉ in ♊.
11 B
12 c
13 d
14 e Tybi V. mensis Ægyptiorũ.
15 f
16 g
17 a Sabbatum. ☽ in ♍.
18 B
19 c
20 d
21 e
22 f
23 g ● in ♑. SOLSTITIVM HYEMALE APPARENS.
24 a Sabbatum.
25 B ● in ♑. SOLSTITIVM MEDIVM. HOC DIE CHRISTVS COM-
26 c Tebeth X. mensis Hebræorum. PLEVIT 30. ANNVM ÆTATIS SVÆ.
Luc. 3.
27 d
28 e
29 f
30 g
31 a Sabbatum.

CALENDARIVM HISTORICVM
IN PRIMVM ANNVM MINISTERII CHRISTI,
Qui cohæret cum anno mundi 3998. Qui fuit Sabbatarius & 31. annus ætatis Christi, à vulgari initio annorum Domini autem est his annus 30.

Aureus numerus	12.
Cyclus Solaris	11
Litera Dominicalis	A.

HANNAS hoc anno apud Iudæos principatum Sacerdotij tenuit, vsq; ad festum tubarum.

20. die Julij incepit secundus annus Olympiadis 202. & die 16. Augusti cœpit annus à Nabonassaro 778. iuxta Ægyptiorum annorum rationem.

Consulatum Romæ, hoc anno ab vrbe condita 782. gesserunt, M. VINITIVS, L. f. M. n. QVARTINVS, & L. CASSIVS, L. f. L. n. LONGINVS IVRISCONSVLTVS.

TIBERIVS Cæsar hoc anno summa crudelitate grassari cœpit in domum Germanici.

IANVARIVS.

1	A ☽ in ♈.	
2	b	
3	c	
4	d	
5	e	
6	f	
7	g Sabb.	
8	A	
9	b ○ in ♋.	
10	c	
11	d	
12	e	
13	f	
14	g Sabbatum.	
15	A	
16	b ☽ in ♎.	
17	c	
18	d	
19	e	
20	f	
21	g Sabbatum.	
22	A ● in ♒.	
23	b ● in ♒.	
24	c Sebath XI. mensis Hebræorum.	
25	d	
26	e	
27	f	
28	g Sabbatum.	
29	A	
30	b ☽ in ♉.	
31	c	

Hoc mense Christus qui iam 30. ætatis suæ annum compleuerat, publicè docere cœpit, nullis tamen adhuc editis miraculis, non enim 6. Ianuarij, vt Epiphanius vult, sed nõ diu ante festum paschatis, primo suo miraculo inclaruit, aqua in vinum conuersa Ioh. 2.

FEBRVARIVS.

1	d	
2	e	
3	f	
4	g Sabb.	
5	A	
6	b	
7	c ○ in ♌.	
8	d	
9	e	
10	f	
11	g Sabbatum.	
12	A	
13	b	
14	c ☽ in ♏.	
15	d	
16	e	
17	f	
18	g Sabbatum.	
19	A	
20	b	
21	c ● in ♓.	
22	d ● in ♓.	
23	e Adar XII. mensis Hebræorum.	
24	f	
25	g Sabbatum.	
26	A	
27	b	
28	c	

Et hoc mense Christus filius Dei publicè docuit in Synagogis Iudæorum, nullis adhuc comitatus discipulis. Ex schola Iohannis enim primos assumsit discipulos, non diu ante primum pascha ministerij sui. Iohan. 2.

MARTIVS.

1 d ☽ in ♓.
2 e
3 f
4 g Sabbatum.
5 A
6 b
7 c
8 d
9 e ☉ in ♒.
10 f
11 g Sabbatum.
12 A
13 b
14 c
15 d
16 e ☽ in ♐.
17 f
18 g Sabb.
19 A
20 b
21 c
22 d
23 e ☌ & ● in ♈. ÆQVINOCTIVM VERNALE VERVM.
24 f Nisan siue Abib primus mensis Hebræorum, Initium anni mundi 3998.
25 g Sabbatum. ÆQVINOCTIVM VERNALE VERVM.
26 A
27 b
28 c
29 d
30 e ☽ in ♋.
31 f

Ad hæc & præcedentia etiam tempora non incommodè refertur concio Iohannis Baptistæ: Hic est de quo dicebam, post me venturus est qui me antecessit. Et de plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia lex per Mosen data, gratia & veritas per Iesum Christum exorta est. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ioh. 1.

Iohannes baptista testimonium perhibet de Christo, & duobus sequentibus diebus monstrat agnum Dei, tollentem peccata mundi. Christus conuocatis aliquot discipulis reuertitur in Galilæam, vbi egregio munere ornauit nuptias in Cana Galilææ, aqua in vinum conuersa. Estq; hoc primum miraculum, quo Christus inclaruit. Postea cum matre ac discipulis suis descendit Capernaum, & mansit ibi non multis diebus, erat enim in propinquo pascha Iudæorum. Ioh. 1. & 2. Falsa igitur est coniectura & traditio Epiphanij, qui Christum primo hoc suo miraculo inclaruisse scribit, sexto die Ianuarij.

Incipit eodem hoc tempore quintus annus vltimæ hebdomadis. Danielis 9.

APRILIS.

1 g Sabbatum.
2 A Christus ascendit Ierosolymam ad festum paschatis, & eiecit è templo nummularios, item eos qui boues, oues, & columbas vendebant. Factum hoc est 46. annis
3 b
4 c post inchoatam ædificationem templi Ierosolymitani per Herodem. Ioh. 2.
5 d Vespera seu vigilia paschatis, quo die se macerant ieiunio primogeniti Iudæorum.
6 e PASCHA PRIMVM MINISTERII CHRISTI. Ioh. 2. Primus dies azymorum. Hoc die Christus fuit Hierosolymis, vbi multi crediderunt in nomen eius, videntes signa quæ edebat. Ipse autem non credebat semetipsum eis, eò quod ipse nosset omnes, nec opus haberet, vt quisquam testaretur de homine. Ioh. 2.
7 f ☉ in ♎.
8 g Sabb.
9 A
10 b
11 c
12 d Septimus dies azymorum, Retentionis octaua.
13 e Octauus dies azymorum, Retentionis octaua altera.
14 f ☽ in ♈. Vincite festum, vltimus dies festi paschatis, quo conuiuia celebrant Iudæi.
15 g Sabbatum.
16 A
17 b
18 c
19 d
20 e
21 f
22 g Sabbatum. ● in ♈.
23 A Iiar secundus mensis Hebræorum.
24 b ☌ in ♉.
25 c
26 d
27 e
28 f
29 g Sabbatum. ☽ in ♌.
30 A

Post festum Paschatis disputatio cum NICODEMO facta est, de ratione perueniendi ad regnum Dei, & insignis illa concio est habita: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioh. 3.

Messis hoc tempore non est facta, propter annum Sabbatariũ. Leuit. 23. & 25, Deut. 15. & 16.

MAIVS.

1	b	
2	c	
3	d	
4	e	
5	f	
6	g	Sabbatum.
7	A	○ in ♏.
8	b	
9	c	
10	d	
11	e	
12	f	
13	g	Sabbatum.
14	A	☽ in ♒.
15	b	
16	c	
17	d	
18	e	
19	f	
20	g	Sabbatum.
21	A	● in ♉.
22	b	Siuan III. mensis Hebræorum.
23	c	
24	d	
25	e	☉ in ♊.
26	f	PENtecoste.
27	g	Sabbatum.
28	A	☽ in ♍.
29	b	
30	c	
31	d	

IVNIVS.

1	e	
2	f	
3	g	Sabbatum.
4	A	
5	b	○ in ♐.
6	c	
7	d	
8	e	
9	f	
10	g	Sabbatum.
11	A	
12	b	☽ in ♓.
13	c	
14	d	
15	e	
16	f	
17	g	Sabbatum.
18	A	
19	b	
20	c	● in ♊.
21	d	Thamus IIII. mensis Hebræorum.
22	e	
23	f	
24	g	Sabbatum.
25	A	☉ in ♋. SOLSTITIVM Æstiuum.
26	b	
27	c	☽ in ♎.
28	d	
29	e	
30	f	

IVLIVS.

1	g	Sabbatum.
2	A	
3	b	●
4	c	
5	d	○ in ♑.
6	e	
7	f	
8	g	Sabbatum.
9	A	
10	b	
11	c	
12	d	☽ in ♈.
13	e	
14	f	
15	g	Sabbatum.
16	A	
17	b	
18	c	
19	d	● in ♋.
20	e	Ab V. mensis Hebr. & ἑκατομβαιὼν pri-
21	f	mus mensis Atheniensiũ. In-
22	g	Sabb. cepit hoc die secundus annus
23	A	Olympiadis 202.
24	b	
25	c	
26	d	☉ in ♌. ☽ in ♏.
27	e	
28	f	
29	g	Sabbatum.
30	A	
31	b	

AVGVSTVS.

1	c	
2	d	
3	e	○ in ♒.
4	f	
5	g	Sabbatum.
6	A	
7	b	
8	c	
9	d	
10	e	☽ in ♉.
11	f	
12	g	Sabbatum.
13	A	
14	b	
15	c	
16	d	Initium anni 778. à Nabonassaro.
17	e	
18	f	● in ♌.
19	g	Sabbatum. Elul VI. mensis Hebræorũ.
20	A	
21	b	
22	c	
23	d	
24	e	
25	f	☽ in ♏.
26	g	Sabbbatum. ☉ in ♍.
27	A	
28	b	Messis hoc tempore intermissa
29	c	est, propter annum Sabbatari-
30	d	um. Exod. 23. Leuit. 23. & 25.
31	e	

His mensibus Christus Filius Dei docuit in templo Ierosolymitano.

SEPTEM-

SEPTEMBER.

1 f
2 g Sabbatum. O in ♓.
3 A
4 b
5 c
6 d
7 e
8 f
9 g Sabbatum. ☽ in ♊.
10 A
11 b
12 c
13 d
14 e
15 f
16 g Sabbatum. ● in ♍.

Et hoc mense Filius Dei in sancta vrbe Hierosolymæ commoratus est, erat enim missus primum ad oues perditas domus Israeliticę, Ergo hoc primo anno sui ministerij permansit Hierosolymæ, vsq; ad finem dierum tabernaculorum, & prædicauit annum Domini acceptum. Iesai. 61. Interim & Iohannes baptista in deserto testimonium perhibuit de veritate, multos doctrina Euangelij & sacro baptismatis fonte regenerans ad vitam æternam. Ita hic annus duos habuit omniũ maximos & excellentissimos doctores, CHRISTVM FILIVM DEI & IOHANNEM BAPTISTAM, de quibus & Iosephum vide, antiquitatum Iudaicarum lib. 18. cap. 4. & 7.

17 A Thisri VII. mensis Hebræorum, & primus Iudæorum in anno politico. Reiecerunt autem Iudæi hoc anno principium anni politici, in diem proximum, iuxta traditiones Rabinorum, diuinæ legi contrarios; ne festum Palmarum grande caderet in diem Sabbati, in quo non liceret portare fasciculum ramorum.
18 b Festum clangoris tubarum. Hoc die CAIPHAS summum sacerdotium recepit. Cœpit eodem hoc tempore SECVNDVS ANNVS MINISTERII IOHANNIS BAPTISTÆ.
19 c
26 c Sabbatum.
27 D
28 e ○ in ♈. Primus dies tabernaculorum.
29 f HANNAS pontifex Iudæorum circa hæc tempora Petrum & Iohannem,
30 g eò quod sanassent claudum, in carcerem inclusit. Act. 3. & 4.

OCTOBER.

1 a
2 b
3 c Sabbatum.
4 D Festum palmarum grande, quo die Iudæi solebant portare fasciculos ramorum, cla-
5 e ☽ in ♋. VIII. dies tabernaculorum. (mantes Osana, voce deprauata ab Hoschianna.
6 f
7 g
8 a
9 b
10 c Sabbatum.
11 D
12 e ANANIAS & SAPPHIRA eò quod Spiritui sancto essent mentiti, repen-
13 f ● in ♎. tina morte sunt extincti. Act. 5.
14 g Marchesuan VIII. mensis Hebræorum. Athyr III. mensis AEgyptiorum.
15 a
16 b
17 c Sabbatum.
18 D
19 e Magis accrescebat credentium multitudo, ita vt in plateas exportarent infir-
20 f ☽ in ♑. mos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt venientis PETRI vmbra obum-
21 g braret eos. Act. 5.
22 a
23 b
24 c Sabbatum.
25 D ☉ in ♏.
26 e HANNAS princeps Sacerdotum, Apostolos Domini nostri Iesu Christi cir-
27 f ca hæc tempora inclusit in carcerem, sed angelus eos per noctem eduxit,
28 g ○ in ♉. cum mandatis, vt publicè docerent. Act. 5.
29 a
30 b
31 c Sabbatum.

1 D *NOVEMBER.*
2 e Hoc mense septem Diaconi electi sunt, de quorum numero sanctus Ste-
3 f phanus quoq; fuit. Act. 6.
4 g ☽ in ♌.
5 a
6 b
7 c Sabbatum.
8 D
9 e
10 f
11 g ● in ♏.
12 a Kisleu IX. mensis Hebræorum.
13 b Chœac IIII. mensis Ægyptiorum.
14 c Sabbatum.
15 D
16 e
17 f
18 g ☽ in ♒.
19 a
20 b
21 c Sabbatum.
22 D
23 e ☼ in ♐.
24 f
25 g
26 a ○ in ♊.
27 b
28 c Sabbatum.
29 D
30 e *DECEMBER.*
1 f
2 g Sermo Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum. Act. 6.
3 a ☽ in ♈.
4 b
5 c Sabbatum.
6 D
7 e
8 f
9 g
10 a
11 b ● in ♐. Tebeth X. mensis Hebræorum.
12 c Sabbatum. Tybi V. mensis Ægyptiorum.
13 D
14 e
15 f STEPHANVS plenus fide ac fortitudine inclaruit miraculis & pro-
16 g digiis. Act. 6.
17 a
18 b ☽ in ♓.
19 c Sabbatum.
20 D
21 e
22 f
23 g ☼ in ♑. SOLSTITIVM BRVMALE.
24 a
25 b
26 c Sabbatum. ○ in ♋. Cum sanctus STEPHANVS disputaret contra Archisynago-
27 D gos, capitur tandem, & paulò pòst lapidibus obruitur. Act. 6. & 7.
28 e
29 f
30 g
31 a


Ne quid

Ne quid studiosus lector desideret, subijcio nunc faciem cœli ad tempus passionis Domini nostri Iesu Christi, integrum item calculum & picturam plenilunij Ecliptici, quo Iudæi, crucifixo & sepulto Christo, pascha Hierosolymæ celebrauerunt.

CONSTITVTIO COELI AD TEMPVS PASsionis Domini nostri IESV CHRISTI, qui Hierosolymæ crucifixus est anno ætatis suæ 34. à vulgari autem initio annorum Domini anno 33. tertio die Aprilis, in meridie, cum præcisè essent completi anni Solares 4000. à lapsu primorum parentum.

MERIDIES.

ORIENS.



OCCIDENS.

BOREAS.

Sol contra naturam lucem amisit in medio cœli, haud procul à capite draconis, cum filius Dei caput draconis contereret, tempore plenilunij, quo Sol naturaliter deficere non potest. Hyperphysica igitur & præternaturalis fuit hæc defectio Solis.

Luna cum nisi à Sole illuminetur lucere non possit, deficiente Sole, eodem hoc tempore in imo cœli apud Antipodes quoq; lucem amisit, iuxta caudam draconis, cum Dominus noster IESVS CHRISTVS, venenatam caudam & ictum draconis siue serpentis antiqui sentiret in ara crucis.

Saturnus emergens supra horizontem, aspectu quadrato malefico, vtrumq; defectum & Solis & Lunæ aspexit. Vides ergo quam terribilis hæc fuerit facies cœli.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO MVNdi 4001. Eodem die, quo Dominus noster JESVS CHRISTVS crucifixus & sepultus erat, anno ætatis suæ 34. à vulgari autem initio annorum Domini, anno 33. Tertio die Aprilis, die Veneris, in cuius fine Iudæi manducarunt agnum Paschalem.

Ab initio annorum Domini vulgari, vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Iuliani 32. menses 3. dies 2. horæ 15. scrup. 11. sub meridiano Regiomontano in Borussia.

Incidit ergo hic defectus Lunæ in annum Christi vulgarem 33. qui est ætatis ipsius annus 34. apud Hebræos quidem in finem 14. diei mensis Nisan siue Abib, iuxta Ægyptios autem in 22. diem mensis Pharmuthi, qui respondet tertio die Aprilis, horis à meridie elapsis 4. scrup. 11 ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub eodem meridiano montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	5	59	24	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	10	5	29	
Solis simplicis	0	3	37	34	
Solis compositi	0	9	36	59	
Anomaliæ annuæ Solis	5	2	33	2	
Lunæ longitudinis à Sole	3	5	12	3	
Anomaliæ Lunæ	0	41	32	16	
Latitudinis Lunæ	1	40	21	19	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	5	35	0	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	8	50	Scrup. proport. 59 36′.
Anomalia Solis coæquata	5	3	41	52	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	56	21	

ERGO ☉ in ♈ 11 part. 8′ 55″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	10	24	6	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	2	49	39	Scrup. proport. 0′ 37″.
Anomalia Lunæ coæquata	0	44	21	55	
Absoluta æquatio 1. epicycli subtrah:	0	3	15	43.	

ERGO ☽ in ♎ 11 part. 8′ 54″.

Caput draconis in ♈ 4 part. 5′ 18″. Cauda autem draconis in ♎ 4 part. 5′ 18″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 sex. 37 part. 5′ 36″.
ERGO latitudo Lunæ australis crescens 37′ 0″.
Semidiameter Lunæ 15′ 50″.
Semidiameter vmbræ 41′ 14″. Variatio vmbræ auferenda 12″.
Ergo semidiameter vmbræ coæquata 41′ 2″.
Summa vtriusq; semidiametri Lunæ & vmbræ 56′ 52″.
Ablata latitudine Lunæ scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 19′ 52″.
Diameter Lunæ apparens 31′ 40″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 7. Scrup. 31.

Scrupula incidentiæ 44′. Motus horarius Lunæ 27′ 28″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam & scrup. 36.
Totus autem defectus horas 3. scrup. 12.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis australis crescens 32′ 51″.
Latitudo Lunæ in fine eclipsis itidem australis crescens 41′ 8″.

Propter


Propter diuersitatem meridianorum sub meridiano Hierosolymitano addenda hora vna & scrup. 37.

Veri loci Solis ascensio recta temp. 10 14′ 48″.

Ergo propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 5. scrup. vnius horæ.

ERGO Hierosolymæ hoc deliquium Lunæ factum est horis à meridie elapsis 5. scrup. 53. paulò ante sextam horam vespertinam. Occidente igitur Sole, Luna iterum exorta est obscurata vltra dimidiam partem. Finita est hæc defectio Lunæ Hierosolymæ, dimidia octaua vespertina.

Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.



A prima meridie Nabonassari ad plenilunium hoc Eclipticum paschale, numerantur completi anni Ægyptij 779. menses 7. & dies 21. horæ 4. scrup. 11. sub meridiano inclytæ vrbis Montis Regij in Borussia.

Atq; hoc est plenilunium illud paschale, in feriam hebdomadis sextam incidens, quod CHRISTVM Filium Dei crucifixum esse declarat, tertio die Aprilis, ætatis suæ anno tricesimo quarto, à vulgari autem initio annorum Domini anno tricesimo tertio. Vnde & insignis ille Astronomus Bartolomæus Scultetus, & pleriq; omnes alij Mathematici, Christum passum esse affirmant, tertio die Aprilis, anno ætatis suæ tricesimo tertio, non perspecta videlicet differentia inter veram Christi natiuitatem, & inter initium annorum Domini vulgare. Rectè ergo iuxta nostrum Calculum plenilunium hoc paschale incidit, in 34. annum ætatis CHRISTI, quamuis, si à vulgari initio annorum Domini supputatio inchoetur, idem hoc plenilunium incidat in annum CHRISTI vulgarem tricesimum tertium. Gerardus Mercator contra, CHRISTVM crucifixum esse vult, anno ætatis suæ tricesimo quin-

mo quinto, litera Dominicali existente C, eamq; coniungit cum aureo numero 16. & plenilunium paschale coniungit cum secundo die Aprilis. Sed si quis hanc supputationem Mercatoris diligenter examinauerit, cyclus decemnoualis 16. in nostris Calendarijs monstrabit nouilunium apud quartum diem Martij, si adieceris dies 5. (tot enim diebus nouilunia à temporibus Christi ad nostra vsq; tempora reciprocant) nouilunium mensis Nisan incidit in 9. Martij, & plenilunium paschale in 24. diem Martij, fuitq; secundus dies Aprilis illo anno, quo Gerardus Mercator CHRISTVM passum esse demonstrare conatur, nonus dies post plenilunium. Omninò falsa igitur est, & admodum confusa, illa Gerardi Mercatoris supputatio, præsertim cum Christum ad quintum vsq; annum Ministerij sui peruenisse demonstrare conetur, non tamen satis firmis argumentis. Quod non in tanti viri contumeliam dico, sed veritatis potius gratia. Amicus enim Plato, amicus Socrates, magis tamen amica veritas. Interim tamen amo & colo ingenium Mercatoris, pluribusque in rebus eum sequutus sum, & ingenuè fateor, si ipsius vitula non arassem, difficillimum hoc problema non potuissem soluere.

Iohannes Functius & Leonhartus Krentzheimius, Christum passum esse tradunt anno trigesimo quarto à vulgari initio annorum Domini. De die autem Krentzheimius nihil certi asseuerare audet, Functius autem iuxta communem opinionem 25. diem Martij retinet. Sed cum trigesimo quarto anno, à vulgari initio annorum Domini, dies paschatis inciderit in 23. diem Martij, in tertiam videlicet hebdomadis feriam, sicut calculus Mathematicus probat, & 25. dies Martij fuerit dies Iouis, sicut monstrat litera Dominicalis C, impossibile est Christum hoc die vel anno fuisse crucifixum. Krentzheimius præterea ex discrepantia illa Cyclorum Solarium ac Lunarium, quæ fuit ante concilium Nicænum, coniecturam facit, calculum Astronomicum illo tempore fuisse corruptum ac deprauatum. Sed non satis probat suam opinionem. Quamuis enim ante concilium Nicænum magna fuerit de festo paschatis controuersia, cum alij alios fingerent cyclos Solares ac Lunares, sicut & hodie Pontificij faciunt, disceptatio tamen illa periodicos motus Sphærarum cœlestium non potuit impedire. Indocti quidem computatores, qui calculum Astronomicum non rectè intelligunt, errare possunt, sed Solis ac Lunæ periodicæ conuersiones nunquam errare poterunt. Valeant ergo inepti & indocti computatores, nos Ptolemæi & reliquorum doctissimorum Mathematicorum certissimis nitimur fundamentis. Deinde & illud certissimum est: Temporibus nati & crucifixi Christi, nulla adhuc fuit de festo paschatis controuersia, nulla item eodem tempore fuit contentio de cyclis Solaribus ac Lunaribus, sed festum paschatis vnanimi consensu celebratum est, proximo post æquinoctium plenilunio semper. Aut ergo ad nostram accedant sententiam omnes illi, qui contrarium sentiunt, aut alium nobis annum & diem nominent, quo id iuxta Euangelistarum sententiam, instante iam Sabbato, & Luna plenilunium faciente, rectius fieri potuerit. Christum enim appropinquante die Sabbato sepultum Lucas testatur cap. 23. & πρώτη σαββάτω, hoc est, prima die Septimanæ iterum resurrexisse Marcus docet cap. decimo sexto.

Acquiescant ergo in certissimis nostris demonstrationibus, quas accurata nostra studia & labores ipsis protulerunt, sicut vir doctissimus Abrahamus Bocholcerus in Isagoge sua Chronologica nobis promisit, aut meliorem proferant calculum, qui cum sacrarum literarum testimonijs, omniumq; Astronomorum certissimis obseruationibus, item accuratis Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Liuij, Quinti Curtij, Plutarchi, Plinij, Cornelij Taciti, Dionis Cassij, Ptolemæi, Ammiani Marcellini, aliorumq; probatorum autorum, qui Eclipses Solis & Lunæ annotarunt descriptionibus & annotationibus, exactius coincidat. In hac enim parte calculus Prutenicus omnium aliorum supputationes longè superat, non solum enim ad dies, verum etiam ad horas ab autoribus annotatas, quam proxime accedit. Interim tamen honorificè sentio, de præclarissimo Domini Magistri Leonharti Krentzhemij opere, & laudo eius industriam, & singularem diligentiam, qua etiam doctissimos quosq; viros longissimè superauit, & hortor studiosos, vt lucubrationes eius vtilissimas diligenter legant. Scrupulum enim illum Chronologicum, quomodo videlicet vulgare initium annorum Domini, à vera Christi natiuitate aberret, ne & illi quidem videre potuerunt, qui tamen de scrupulis Chronologicis ex professo scripserunt.

Est præterea in nostro calculo & illud obseruatione dignissimum: A lapsu primorum parentum, ad passionem & mortem filij Dei, sunt præcisè completi anni Solares 4000. Vndecimo enim die post æquinoctium Vernale homo est lapsus, sicut in descriptione primi anni

mundi

mundi indicatum est, vndecimo etiam die post æquinoctium vernale, CHRISTVS satisfecit iterum pro peccatis generis humani. Defecit enim Sol in vndecimo gradu arietis, tempore plenilunii, cum Filius Dei crucifigeretur in meridie decimi quarti diei primi mensis Nisan, quemadmodum & primi parentes decimo quarto die à principio mundi lapsi erant, cum Sol perambularet vndecimum gradum arietis. Præcisè igitur à lapsu primorum parentum ad passionem & mortem Christi, fuerunt completi anni Solares 4000. Defectum autem Solis præternaturalem fuisse, cum tempore plenilunii, quando Luminarium est oppositio, Sol defecerit, nemo est qui non videat. Superuacaneum igitur est hoc loco prolixius disputare, de Epistola Dionysii Areopagitæ ad Apollophanem philosophum, qua indicatur, Solem tempore passionis CHRISTI interuentu Lunæ obscuratum fuisse præternaturaliter, cum circa plenilunium Eclipsis molestias & labores, minimè perpeti debuisset, & cœpisse primum deficere ab ortu, cum Luna aliàs ab occidua parte Solem ingredi soleat. Hanc ego Epistolam aliorum iudicio commendo, potuit enim Deus tempore plenilunii, cum esset Luminarium oppositio, absq; interuentu Lunæ Solem obscurare. Illud potius hoc loco consideretur, quæ mala, Satanæ & impiis hominibus, vtroque defectu & Solis & Lunæ, significata sint, videlicet, ipso diabolo & impiis Iudæis perpetuum exitium: Pontio Pilato horribilis vitæ exitus: Herodi amarum & intolerabile exilium: summis Sacerdotibus Hannæ & Caiphæ, priuatio omnium dignitatum & æterna maledictio: Vt taceam interim, quæ mala Romanis obtigerint. Eodem enim hoc anno quo Christus crucifixus est, Ser. Sulpitio Galba & L. Cornelio Sylla consulibus, Asinius Gallus in carcere egestate cibi peremtus est. Drusus quoq; Germanici filius fame extinguitur, cum se miserandis alimentis, mandendo è cubili tomento, nonum ad diem detinuisset. Vides ergo quanta in TIBERIO fuerit crudelitas erga cognatos etiam & sanguine sibi iunctos. Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, filiam suam pulcherrimam fœminam aliò miserat, ne Tiberius eam vitiaret, is hoc anno accusatus est, quod cum propria filia rem habuisset, & simul cum ea occisus est, de saxo enim Tarpeio est deiectus. Et in tantum creuit Tiberii crudelitas, vt multis nobilibus interfectis custodes adhiberet, qui obseruarent, ne à propinquis illachrymarentur. Cornel. Tacit. lib. 5. Immaturas quoq; puellas, vt Suetonius tradit, cum apud Romanos nefas esset virgines strangulari, idem Cæsar Tiberius primum à carnifice vitiari, deinde strangulari iussit. Agrippina denìq; fœcundissima coniunx Germanici, præstantissima fœmina, eodem hoc anno quo Christus crucifixus erat, in tristissimo exilio mortua est, 18. die Octobris.

IESVS

Ab initio mundi	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Veri anni ætatis Christi	Consules	Christi vulgares & Romæ cond.	A Nabonassaro
Olym. 203	15	14 D	34	Ser. Sulpitius, C.f. Ser. n. Galba. L. Corne. L.f. P. n. Sylla.	33 / 785	780
4001	16	15 C	35	Paulus Fabius, Paulli f. Q. n. Priscus. L. Vitellius, P.f. Q. n.	34 / 786	781
4002	17	16 B	36	C. Sestius Gallus Camerinus. M. Servilius, M.f. Rufus Nonianus.	35 / 787	782
4003	18	17 AG	37	Q. Plautius Plautianus. Sex. Papinius, Q.f. Gallienus	36 / 788	783 14 Augusti.
4004 Sabbatum terræ.	19	18 F		Cn. Acer- C. Ponti-		

IESVS CHRISTVS FILIVS DEI CRVCIFIXVS EST tertio die Aprilis, feria sexta completo præcisè quarto millenario mundi, finitis etiam exactè 70. hebdomadibus Danielis, anno 4. Olympiadis 202.

5. die Aprilis Christus resurrexit, feria prima. Mar. 16.

24. Maij, die pentecostes, SPIRITVS S. effusus est in Apostolos. Act. 2.

HANNAS summus Sacerdos Iudæorum successit Caiphæ, 14. die Septembris, in principio anni Iudaici, primo die mensis Thisri. Idem hic Hannas inclusit apostolos in carcerem Act. 4. & 5

PETRVS & IOHANNES ascendentes in templum sanant claudum, Act. 3. Eamq; ab causam incarcerantur iussu summi pontificis Hannæ, eiusq; collegæ Caiphæ. Act. 4.

STEPHANVS Diaconus ecclesiæ Christi lapidatur. Act. 6. & 7.
Mense Ianuario PHILIPPVS Diaconus Euangelium docet in vrbibus Samariæ, & conuertit Eunuchum Æthiopem. PETRVS & IOHANNES in Samariam missi, disputant cum Simone Mago. Act. 8.

PAVLVS inquisitor hæreticæ prauitatis, & acerrimus persecutor euāgelij, conuertitur 25. die Ianuarij, & post triduum 28. Ianuarij ab ANANIA Damasci baptizatur. Act. 9.

Dies paschatis hoc anno incidit in 23. diem Martij, in ipsum videlicet æquinoctij vernalis diem, qui fuit dies Martis, 25. dies Martij autem, fuit dies Iouis. Impossibile igitur est, Christū hoc die vel anno fuisse crucifixum.

PAVLVS aliquot diebus in vrbe Damasco commoratus, docuit euangelium de Iesu Christo, sed cum Iudæi hostes euangelij struerant illi insidias, discessit in Arabiam, vbi triennio docuit. Act. 9. Gal. 1.

CAIPHAS à socero suo Hanna circa principium anni Iudaici, tempore autumni, summi Sacerdotij annuum principatum recepit.

Paulo Fabio & L. Vitellio consulibus, post longum seculorum ambitum Phœnix auis in Ægyptum venit, quæ cum sit pictura renascentium ex morte, significatum est Christum ex morte reuixisse, & doctrinam euangelij spargi, quæ affirmat mortuos reuicturos esse. Cornel. Tacit. lib. 5.

Paul. apostolꝰ in Arabia euāgeliū de filio dei Iesu Christo docet. Act. 9. Gal. 1.
Parthi Phrahartem Roma reposcunt, qui in Syria moritur. Surrogatur ei Mithridates Hyberus. Hinc bellum inter Parthos, Armenos & Hyberos ortum. Cornel. Tacit. lib. 5.

Granius Martianus senator, Roma à C. Graccho ob crimen læsæ maiestatis accusatus, vim vitæ suæ intulit. Tatiusq; Gratianus prætura functus, eadem lege ad supplicium rapitur. Trebellienus Rufus sua manu cecidit. Cornel. Tacit. ibidem.

VITELLIVS præses in Syriam mittitur. Cornel. Tac. l. 5. Ios. anti. l. 18. cap. 7.

HANNAS, hoc tempore autumnali, sicut permutatio annorum monstrat, à genero Caipha summi Sacerdotij administrationem apud Iudæos recepit. Est hic vltimus annus Sacerdotij Hannæ, nam paulò pòst eius filius Ionathas Caiphæ suffectus est. In fine huius anni Poppæus Sabinus vir illustris è vita decessit, de quo vide Cornelium Tacitum lib. 5.

PHILIPPVS Tetracha Trachonitidis, anno 22. Cæsaris Tiberij moritur Ioseph. lib. 18. cap. 9. HANNAS summus pontifex Iudæorum obijt, huic iterum successit CAIPHAS.

L. VITELLIVS Syriæ præses Hierosolymam venit ad festum paschatis. CAIPHAS mortuo socero suo Hanna, neglecto eius filio, solus nunc deinceps summum Sacerdotium administrare voluit, sed accusatus eam ob causā corā Vitellio Syriæ præside, summo sacerdotio exuitur. Suffectus est illi iussu Vitellij IONATHAS Hannæ filius, qui erat frater vxoris Caiphæ.

PAVLVS adhuc in Arabia Petræa Christum prædicauit. Gal. 1.
PILATVS cum annis decem Iudææ præfuisset, apud Vitellium Syriæ præsidem tetra crudelitatis accusatus Romam mittitur. Sed antequam eo veniret, iam Tiberius obierat. Marcellus à Vitellio Syriæ præside in Iudaam missus successit Pilato, Ioseph. antiq. lib 18. cap. 5. Ita vno eodemq; anno, qui fuit quartus post crucifixum Christum, meritas Deo dederunt pœnas PILATVS, HANNAS & CAIPHAS. Eodemq; hoc anno tempore autumni incarceratus est HERODES AGRIPPA, magni Herodis regis Iudæorum nepos, Aristobuli filius, eò quod optasset quam primum mori senem Tiberium, vt ad imperium Caius maturè euehi posset. Custoditus est integrum semestre. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 8.
Ante paucos dies quàm obiret TIBERIVS, turris Phari terræmotu Capreis concidit. Sueton.

Cn. Acer-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 204

[Consules, columna verticalis:] ...ronius Proculus. ...us Nigrinus.

784

38 | 37 789

1 19 E

4005

C. IVLIVS CALIG. CÆSAR AUG. Germanici fil. L. Apronius L. f. L. n. Cæsonius.

785

39 | 38 790

2 20 D

4006

M. Aquilius C. f. Iulianus. P. Nonius M. f. Asprenas Torquatus.

786

40 | 39 791

3 21 CB

4007

CAIVS CALIGVLA CÆSAR III. suffecti sunt idibus Ianuarij L. Gellius L. f. L. n. Publicola, & M. Cornel. M. f. M. n. Nerua.

787

13. Augusti.

41 | 40 792

4 22 A

4008

CAIVS. Cn. Sen...

Ab initio mundi. | Veri anni ætatis Christi. | Christi vulgares & Romæ cond. | A Nabonassaro.

Cn. Acerronio & C. Pontio consulibus CÆSAR TIBERIVS mortuus est, 16 die Martij, anno ætatis 78. Imperij 23. Cornel. Tacit lib. 5. & Sueton. CAIVS CALIGVLA Germanici filius successit Tiberio, & præfuit Romano imperio annis 3. mensib. 10. diebus 8. Sueton. Hic HERODEM AGRIPPAM vinculis exemit, & interiectis paucis diebus, regio diademate ornatum, præfecit illis regionibus, quas Philippus Tetrarcha & Lysanias possederant, & donum addidit auream catenam æquantem pondus ferreæ illius, qua in carcere constrictus fuerat. Ioseph. antiq. lib. 18. C. Caligula Cæsar, Tiberium Drusi filium, Tiberij nepotem occidit. Suet. Vitellius Syriæ præses, remoto Ionatha, THEOPHILVM eius fratrem Iudæis summum pontificem dedit. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 11.

PAVLVS apostolus, cum triennio in Arabia docuisset, rediit Damascum Gal. 1. Sed cum Areta Arabiæ regis præfectus illi insidias strueret, in sporta per murum demissus rediit Ierosolymam, & mansit apud PETRVM dies 15. Inde deductus est Cæsaream, & per regiones Syriæ Ciliciæ abijt in patriam Tarsum. Act. 9. Gal. 1. & 2. Corinth. 11.

MARVLLVS præses in Iudæam mittitur & succedit Marcello, Ioseph. lib. 18.

PETRVS obambulans in Palæstina, Lidda sanauit Æneam paraliticum. Tabitham quoque mortuam, Ioppæ in vitam reuocauit. Act. 9.

HERODES AGRIPPA rex Trachonitidis & Abilenes, annum vnum cum Cæsare Caio Caligula Romæ commoratus, veniam impetrat in Iudæam redeundi.

SANCTVS PAVLVS hoc tempore Tarsi in patria sua euangelium docuit, vbi commoratus est aliquot annis.

HERODES ANTIPAS qui Iohannem baptistam interfecerat, vna cum vxore Herodiade Lugdunum in Galliam relegatur. Galilæa ad Herodis Agrippæ ditionem adiungitur. Ioseph. lib. 18. cap. 14.

HERODES AGRIPPA, cum Galilæam quoque & Peræam à Caio Caligula dono accepisset, rebus in regno constitutis, cum ingentibus muneribus Romam repetit. Ioseph.

Cæsar Caligula in Germaniam expeditionem fecit, nihil egregij edidit, nisi quod Admonicinum Bellini Battauorum regis filium, in deditionem accepit. Suet. & Orosius lib. 7.

PILATVS propria manu mortem sibi consciuit, tertio anno Caligulæ Eutrop. lib. 7. cap. 7.

PETRVS circa hæc tempora Cornelium Centurionem cum tota familia baptizauit Cæsarea. Act. 10.

CLEMENS Roma ad PETRVM Cæsaream Palæstinæ peruenit, eius disputationi cum Simone mago interfuit, vnde cum eo Laodiceam Syriæ peruenit, vbi præsente Petro contra Genethliacos disseruit, vix septem annis elapsis à passione Christi. Clemens Recog. lib. 9.

Cæsar Caligula diuinis voluit coli honoribus, plerumque depictas & gemmatas indutus penulas, in crepidis vel cothurnis processit in publicum, sæpe aurea barba, fulmen tenens, aut fuscinam ac caduceum, deorum insignia: atque etiam veneris cultu conspectus est. Suet.

PETRVS Hierosolymam reuersus, de Cornelio Centurione se excusat, & BARNABAS vir bonus ac plenus spiritu sancto, ab ecclesia quæ erat Hierosolymis mittitur Antiochiam. Act. 11.

PETRONIVS Syriæ præses in Iudæam missus est, vt Cæsaris Caligulæ statuam, in sanctissimo loco templi Ierosolymitani poneret. PHILO Iudæos excusat. Ioseph.

S. MATTHÆVS EVANGELIVM SVVM HEBRAICVM in Iudæa scripsit. Euseb.

PAVLVS apostolus à Barnaba ex Tarso deducitur Antiochiam, vbi toto anno commorati sunt & credentes in Christum primum Christiani vocari cœperunt, cum ante discipuli & fratres dicerentur. Act. 11.

AGABVS PROPHETA prædixit famem vniuersalem secuturam sub Claudio. Act. 11.

3. Cal. Ianuarij insigni anno Caiana nece natus est TITVS Vespasiani filius. Suet.

9. Cal. Februarij occisus est Caligula, anno ætatis 29. successit illi TI. CLAVDIVS Drusi filius, Cæsaris Tiberij ex fratre nepos, qui imperauit annis 13. mensibus 8. & diebus 20. Sueton. & Dion. lib. 60.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

CALIGVLA Cæsar. IIII. — *tius, Cn. f. Saturninus.*

Olym. 207

788

Claudius Cæsar primo anno sui imperij Herodi Agrippæ regnum à Caligula donatum edicto publico confirmauit, & adiecit insuper Iudæam & Samariam, & omnes reliquas regiones, quas auus huius Herodis Agrippæ, Herodes magnus tenuerat: Fratri vero Herodis Agrippæ, videlicet, Herodi eius nominis quarto, Chalcidis regnum dedit. Ioseph. & Dion. lib. 60. Eodem hoc tempore sanctus PAVLVS raptus est in tertium cælum, quatuordecim annis antequam secundam suam epistolam ad Corinthios scriberet. 2. Corinth. 12.

HERODES AGRIPPA rex Iudæorum Hierosolymam rediit & auream catenam á Caligula donatam monumentum suarum calamitatum suspendit in templo. Ioseph.

42 — 41 — 793

Simon Magus Romæ pro Deo cultus, de quo Irenæus lib. 1 cap. 10.

4009 — 5 — 23 G

Ti. CLAVDIVS Drusi f. AVG. II. — *C. Licinius, Cæcina Largus.*

15. Calend. Febr. secundo anno Cæsaris Claudij, PETRVS princeps apostolorum Romam venisse creditur, & præsidisse ecclesiæ Romanæ annis 24. mensibus 5. diebus 12. Onuph. Quod quam sit verum alij iudicent, cum sequenti anno in carcerem sit inclusus ab Herode Agrippa. Act. 12.

PAVLVS & BARNABAS cum eleemosinis Hierosolymam mittuntur. Act. 11.

SIMON CANTHARA Boethi filius, remoto Theophilo, ab Herode Agrippa ad summum Sacerdotij fastigium euehitur. Ioseph. antiq. lib. 19. cap. 5.

789

25. die Iulij iussu Herodis Agrippæ capitali supplicio affectus est IACOBVS Zebedei filius, Apostolus Domini nostri Iesu Christi, Act. 12.

THADDÆVS discipulus Domini nostri Iesu Christi sanauit Abgarum principem Edessenorum, anno post Christi natiuitatem 43. Euseb. historia ecclesiastica lib. 1. cap. vltimo.

43 — 42 — 794

IONATHAS filius Hannæ, iterum designatur summus pontifex Iudæorum, Ioseph. antiq. lib. 19. cap. 6.

4010 — 6 — 24 F

Ti. CLAVDIVS CÆSAR AVG. III. — *L. Vitellius, P. f. Q. n. II.*

Suburbium Ierosolymitanum in monte Bezetha iussu Herodis Agrippæ muro cingitur. Ioseph.

MARSVS Syriæ præses, MATTHIAS frater Ionathæ summus pontifex Iudæorum. Ioseph.

PETRVS apostolus Iesu Christi, in diebus azymorum conijcitur in carcerem, & diuinitus liberatur ab angelo. Act. 12.

PAVLVS & Barnabas expleto ministerio eleemosinæ, cum MARCO Antiochiam sunt reuersi, vnde paulò pòst à Spiritu sancto emissi, abierunt in Seleuciam, inde in Cyprum, Salaminem, & Paphum, vbi Sergius Paulus conuertitur, Act. 12. & 13.

790

Sabbatum terræ.

ILIONEVS filius Cambaræ, princeps Sacerdotum creatur. Ioseph. antiq. lib. 19. cap. 7.

2. die Augusti HERODES AGRIPPA Cæsareæ ab angelo cæsus, intestinorum dolore acerrimo extinguitur, tertio anno Claudij, agens annum ætatis 54. cum regnasset annos fermè septem. Ioseph. antiq. lib. 19. cap. 7.

44 — 43 — 795

4011 — 7 — 25 ED

C. Quinctius, T. f. T. n. Crispinus. — *T. Statilius, T. f. T. n. Taurus.*

Claudius Cæsar hoc anno in Britanniam traiecit, ac sine vllo prælio & sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem subegit. Orchadas etiã insulas, vltra Britanniam in Oceano positas, Romano adiecit imperio, Dion lib. 60. Suet. in Claudio.

PAVLVS & BARNABAS ex Papho veniunt in Pergen Pamphiliæ à Perga Antiochiam Pisidiæ. Act. 13. EVODIVS Antiochenæ ecclesiæ primus episcopus ordinatur. Euseb. & Niceph. SANCTVS MARCVS euangelium suum scribit. Euseb. & Hieron.

791 — 12 Augusti.

FAMES AB AGABO PRÆDICTA fuit hoc quarto anno Claudij. Euseb. Oros. Beda.

PAVLVS & BARNABAS eiecti ex Antiochia veniunt Iconium, vbi multo tempore commorati sunt. Act. 14.

45 — 44 — 796

CVSPIVS FADVS Iudææ præses, & Cassius Longinus Syriæ procurator. Ioseph. antiq. lib. 20. cap. 1.

8 — 26 C

M. Vinic... — *M. Stati...*

MARIA mater Domini moritur 15. die Aug. ætatis suæ anno 59. Niceph. l. 2.

Suffectitij hoc anno consules fuerunt, Rufus & Pompeius Syluanus. Ioseph. antiq. lib. 20. cap. 1.

4012

PAVLVS & BARNABAS pulsi ex Iconio, fugiunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lystram & Dorben. Lystris PAVLVS sanauit claudum, Act. 14.

IOSEPHVS filius Cami, ab Herode Chalcidis rege summo Sacerdotio præficitur, remoto Simone Canthara. Ioseph. antiq. lib. 20. cap. 1.

Ab initio mundi. | Anni veri post Christi natiuitatem. | Christi vulgares & vrbis Romæ. | A Nabonassaro

Ab initio mundi.	Anni post verã Christi natiuitatem.	Christi vulgares & Romæ cõd.		A Nabonassaro
Olym. 206		illius, M. f. Coruinus.	ius, P. f. M. n. Quartinus. Il-	
				792
	46	45 797		
	9 27 B			
4013				

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—PAVLVS postero die quo lapidatus fuerat, profectus est cum Barnaba ad Derben. Act. 14.

—CVSPIVS FADVS Iudææ præses Theodam Pseudoprophetam oppresit. Ioseph. antiq. lib. 20. cap. 4. Hunc existimo illius Theudæ fuisset filium siue nepotem, cuius Gamaliel mentionem facit, Act. 5.

—Calendis Augusti, die natali Claudij Cæsaris, ECLIPSIS SOLIS facta est, M. Vinitio iterum, & Statilio Coruino consulibus, quinto anno Claudij. Dion. lib. 60. Huius eclipsis calculus & pictura subijcitur.

—PAVLVS & BARNABAS ex Derba reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam Pisidiæ, denuò confirmantes animos discipulorum, & exhortantes vt perseuerarent in fide, Act. 14.

—Valeria Messalina libidinosa mulier, Claudij Cæsaris coniunx, cum multis in adulterio vixit, cæteras quoq; mulieres coegit luxuriosè & petulanter viuere, efficiebatq; vt multæ in palatio, viris suis præsentibus ac videntibus, cum adulteris coirent, earumq; viros ipsa diligere ac honoribus augere solebat, cæteros odio prosequebatur, Dion.

REGVLA DE ANNIS POST NATVM CHRISTVM DEINCEPS DILIGENTER OBSERVANDA.

Numerabimus nunc deinceps simpliciter annos vulgares Christi, à vulgari initio annorum Domini dependentes, si quis autem veros annos à natiuitate Christi habere velit, is singulis annis Christi vulgaribus adijciat vnitatem.

CALCVLVS DELIQVII SOLARIS, *QVOD FACTVM EST M. VINITIO ITERVM, & Statilij Corvino Consulibus, quinto anno Cæsaris Claudij, cum is die natali suo 54. annum ætatis compleret, anno post veram Christi natiuitatem 46. à vulgari autem initio annorum Domini anno 45. Cui respondet*

Aureus numerus	8
Cyclus Solaris	26
Litera Dominicalis	C.

Ab initio annorum Domini vulgari, ad hunc defectum Solis, numerantur completi anni Iuliani 44. menses 7. horæ 9. scrup. 15. Facta igitur est hæc Eclipsis primo die Augusti, qui fuit dies Iouis, post nonam horam matutinam scrup. 15. ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	6	9	43	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	11	21	3	
Solis simplicis	2	1	32	7	
Solis compositi	2	7	41	50	
Anomaliæ Solis annuæ	1	0	22	18	
Longitudinis lunæ à Sole	5	56	36	58	
Anomaliæ Lunæ	3	9	22	58	
Latitudinis Lunæ	4	28	17	44	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	5	42	11	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	17	18	Scrup. proport. 59′ 29″.
Anomalia Solis coæquata	1	1	39	36	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	3	26	

ERGO ☉ in ♌ 5 part. 10′ 52″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	53	13	56	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	51	5	Scrup. proport. 0′ 16″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	7	31	53	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	0	42	31.	

ERGO ☽ in ♌ 4 part. 33′ 47″. Si adieceris parallaxin longitudinis ☽ à Sole, quæ fuit 37′ 5″.

Luna erit præcisè in visibili coniunctione cum Sole in ♌ 5 part. 10′ 52″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 4 sex. 29 part. 0′ 15″.

Caput draconis in ♌ 5 part. 33′ 32″. Abfuit ergo caput draconis à Luna 59′ 45″.

ERGO vera latitudo Lunæ australis decrescens 5′ 14″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda sunt 10. scrup. 1. horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum sub meridiano Romano auferenda sunt 42. scrup. vnius horæ.

Ergo Romæ hæc Eclipsis visa est, post octauam horam matutinam scrup. 43. hoc est, horis ante meridiem 3. scrup. 17.

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole in quinto climate 37′ 5″.

Parallaxis latitudinis Lunæ à Sole 19′ 3″.

Ergo latitudo Lunæ apparens australis decrescens 24′ 17″.

Semidiameter Solis 16′ 0″.

Semidiameter Lunæ 17′ 49″.

Summa vtriusq; semidiametri Solis & Lunæ 33′ 49″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duorũ Semidiametrorum 9′ 32″.

Diameter Solis apparens 32′ 0″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 3. Scrup. 35. Defecit ergo tertia fermè diametri pars ab austro.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 23. Motus horarius Lunæ à Sole 35' 4".
Durauit ergo dimidius defectus 40. scrup. vnius horæ.
Integer autem defectus durauit horam vnam scrup. 20.
Latitudo Lunæ apparens in initio Eclipsis, australis decrescens 26' 17".
Latitudo Lunæ visibilis in fine Eclipsis itidem australis decrescens 22' 17".

Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.

BOREAS.



AVSTER.

Hæc est Eclipsis illa, quam quinto anno Claudij, consulibus M. Vinitio & Statilio Tauro, Calendis Augusti contigisse, Dion Cassius testatur. Prædixit eam ipse Claudius Cæsar. Nam vt præuidit suo natali die defectionem Solis futuram, veritus ne tumultus ob eam causam concitaretur, scripsit aliquanto tempore ante, non solum defectionem fore, sed tempus etiam expressit, quando & quanta esset futura. Addidit etiam causas, propter quas id esset necessariò euenturum. Vide Dionem lib. 60. Et Xiphilini epitomen. Cæterũ quæ mala per hanc Eclipsin significata sint, historiæ ordo satis declarat. Fames enim secuta est statim, per totum orbem terraum, ab Agabo Propheta prædicta, Act. 11. quæ durauit à secundo vsque in septimum annum Claudij, fuitq; tanta, vt modius sex drachmis emeretur, cuius precium mediocribus annis erant tres sestertij, id est, 27. nummuli Misnici. Drachmæ autem precium facit tres grossos Misnicos. Præcisè igitur octies superabatur vsitatum precium.

Ein Metze Korns ist für drey orths Thalers verkaufft / die sonsten gemeinlich zween Fürsten groschen gegolten hat / vnd drey Meissnische pfenning.

C. Valerius L. f. Asiaticus. II
M. Valerius, M. f. M. n. Messala.

—TIBERIVS ALEXANDER Iudææ præses, successit Cuspio Fado, sub quo Iosephus famem ab Agabo prædictam in Iudæa fuisse scribit, quam subleuauit liberalitas Helenæ reginæ Adiabenorum.

793 —Vespasianus in Britanniam cum exercitu missus, vectem insulam capit, resq; componit.

PAVLVS & BARNABAS peragrata Pisidia venerunt in Pamphiliam, vbi in Perga locuti sunt sermonem Domini. Act. 14.

798 46 —Domitius Afer clarus orator habetur, qui postea regnante Nerone, ex abundantia cibi in cœna mortuus est.

10 28 A —A. Plautius primus ex consularib. Britanniæ præfectus.

TI. CLAVDIVS Drusi f. Ger. Aug. IIII.
L. Vitellius P. f. Q. n. III.

4014 —Ex Perga PAVLVS & BARNABAS descenderunt in vrbem Attaliam, & inde soluerunt Antiochiam Syriæ, vnde erant traditi gratiæ Dei, & commorati sunt illic multum temporis cum discipulis. Act. 14.

794 —ANANIAS Nebædei filius ab Herode Chalcidis rege summo Sacerdotio præficitur, remoto Iosepho Camillio. Ioseph. ant. lib. 20. cap. 5. Hunc Paulus vocat parietem dealbatum. Act. 23.

799 47 —Bellum Parthorum inter Gotarzin & Bardanem. Tandem Gotarzis occiso Bardane regnum obtinuit. Corn. Tacit. lib. 11.

11 1 GF

A. Vitellius L. f. P. n. qui postea imperauit.
L. Vipsanius Publicola.

4015 —Messalina Cæsaris Claudij coniunx, in C. Silium iuuentutis Romanæ pulcherrimum ita exarsit, vt Iuliam Syllanam nobilem feminam matrimonio eius exturbaret, vacuoq; adulterio potiretur. Eodem hoc anno Cheruscorum gens regem Romæ petiuit. ITALVS igitur eis præficitur, cui paternum genus è Flauio fratre HARMINII, mater ex Catumero principe Cattorum erat. Cornel. Tacit. lib. 11.

—HERODES Chalcidis rex moritur, octauo anno Claudij, cuius regnū Claudius AGRIPPÆ IVNIORI dedit. Ioseph. antiq. lib. 20. cap. 5.

—VENTIDIVS CVMANVS Iudææ Præses, successit Tiberio Alexandro. Ioseph.

795 11 Aug. —CONCILIVM APOSTOLORVM Hierosolymæ celebratum est, annis completis quatuordecim à conuersione Pauli. Galat. 2. Act. 15. Vide & Bedam supra acta apostolorum.

800 48 —Messalina Claudij Cæsaris coniunx nupsit Caio Silio, harumq; nuptiarum conuiuium magnificū & sumptuosum fecit, cùm Claudius interim Hostiam esset profectus, vt rei frumentariæ prouideret. Sed in vrbem subitò reuersus Cæsar magnum numerum hominum, inprimis autem amatorem Messalinæ occidit, post ipsa quoq; Messalina, desperatis rebus ferrum accepit, quod frustra iugulo aut pectori per trepidationem admouens, ictu tribuni transfigitur, assidente matre Lepida. Cornel. Tacit. lib. 11.

12 2 E

Q. Vera…
C. Pom…

4016

Ab initio Mundi. | Christi vulgaris. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

Olym. 207

pius Longinus Gallus
anius Q. f.

796 — Viginti hominum millia Hierosolymis in templo, quarto die azymorum oppressa sunt. Ioseph. ant. lib. 20. cap. 5.

— PAVLVS allecto SILA perambulat Syriam ac Ciliciam. Act. 15. Inde progressus peruenit Derben & Lystram, & ibi assumpto Timotheo, peragrat Phrygiam & Galatiam. Act. 16.

— Claudius Cæsar Agrippinā fratris Germanici filiam, Neronis matrem vxorem ducit. SENECA ab exilio reuocatus præficitur studijs Neronis. Corn. Tac. lib. 12.

— Nero à Vitrico Claudio Cæsare adoptatur, & filiam eius Octauiam sponsam accepit.

— C. Pompeio Gallo & Q. Verannio Coss. anno vrbis 801. Olympias septima & ducentesima actis publicis annotata est. Solin. in fine secundi capitis.

801
49
13 3
D

4017

C. Antistius, C. f. C. n. Vetus.
M. Suillius, M. f. Rufus Seruilianus.

— C. Casſius Longinus adhuc præses Syriæ Meherdatem Parthorum regem ad ripam Euphratis deducit. Corn. Tacit. ibidem.

— COLONIA AGRIPPINA, ab Agrippina Claudij vxore nomen accepit, quæ in Oppidum Vbiorum, vbi genita erat, veteranos coloniam deduci imperarat. Cornel. Tac.

PAVLVS & SILAS peragrata Misia, tandem veniunt Troaden, vnde vocantur in Macedoniam, vbi primum in Philipporum vrbe Paulus docuit, cæsus ibi cum Sila virgis & incarceratus. Act. 16. Inde eiecti, peragrata Amphipoli & Apollonia, venerunt Thessalonicā & Berrhæam, vnde deductus est Paulus Athenas, vbi conuersus est

— DIONYSIVS Areopagita. Act. 17. Athenis Paulus vtramq; epistolam ad Thessalonicenses scripsit, sicut testatur vtriusq; epistolæ subscriptio.

— Circa initium mensis Augusti, PAVLVS Corinthum venit, vbi sedit annum & sex menses, docens sermonem Dei. Act. 18.

797 — Catti Hessiæ populi vincuntur à L. Pomponio 40. anno post cladem Varianam.

Sabbatum terræ & Vicesimus Iubilæus Iudæorum.

802
50
14 4
C

4018

Ti. CLAVDIVS Drusi f. Cæsar. Aug. V.
Ser. Cornel. Scipio Orphitus.

— Vannius Sueuorum rex à Iubilio Hermunduorum rege pellitur, cū regnāsset annos 30. Successerunt illi Vangio ac Sydo. P. Ostorius Caractacum Britanniæ regem capit, anno 9. post initium belli Britannici. Corn. Tacit. lib. 12.

— Sanctus LVCAS Euangelium suum scribit.

— Gotarze mortuo, Vonones Parthis regnat, cui statim defuncto, Vologeses filius successit.

— QVADRATVS Syriæ præfectus. Ioseph. lib. 20. ant. Cornel. Tacit. lib. 12.

— Tres Soles visi. Plin. lib. 2. cap. 31.

798 — Rhadamistus Hyberorum regis Pharasmanis filius, Mithridatem Armæniæ regem cum vxore & liberis dolo circumuentos occidit, quem Vologeses Parthorum rex regno pepulit, & Tyridatem fratrem suum in Armeniæ regnum deduxit. Tacit. lib. 12.

SANCTVS PAVLVS hoc tempore Corinthijs concionatus est Act. 18.

Ventidius Cumanus Iudææ præses propter rapinas & concessa latrocinia in exilium pellitur à Claudio. Successit illi in gubernatione Iudææ, FELIX *frater Pallantis, Eunuchi Cæsaris Claudij. Idem hic Felix ante annos septem, Philippi quoq; Tetrarchiam gubernauerat; Ideo Paulus Act. 24. ait, se scire eum fuisse Iudicem huius gentis multis annis. Tenuit & Samariam Cumano adhuc præside. Tacit. lib. 12.*

803
51
15 5
B A

P. Corn...
L. Syl...

4019

PAVLVS

Ab initio mundi.	Romæ conditæ, Christi vulgares.	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

...nius, M. f. Otho. ...elius, L. f. L. n. Sylla Faustus.

—PAVLVS è Corintho abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priscilla & Aquila, deuenitq; Ephesum, vbi paucos dies manens, soluit Epheso, cumq; perueniffet Cæsaream, ascendit Ierosolymã ad festum Paschatis, & salutauit ecclesiam. Act. 18. PHILIPPVS Hierapoli crucifigitur. Isid. & Euseb.

—Ex Ierosolyma PAVLVS descendit Antiochiam, vbi commoratus est aliquantum temporis. Act. 18.

799

10 Augusti.

—Paulus ab Antiochia discedens perambulauit ex ordine Galatiam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Act. 18. In qua profectione & Laodiceam inuisit, vbi prima ad Timotheum epistola scripta est in Phrygia Pacatiana, sicut testatur eius epistolæ subscriptio.

804

54

—Claudius Cæsar dedit Agrippæ Iuniori Tetrarchiam Philippi & Betaneam cum Abilena, quæ Lisania Tetrarchia fuerat, anno imperij sui duodecimo. Ioseph.

4020 | 16 | 6 G

—Drusillam Agrippæ Iunioris sororem Felix Iudææ præses matrimonio sibi iunxit. De hac Drusilla legitur Act. 24.

Olym. 208

Qu. Haterius, D. f. Q. n. Antoninus. D. Iunius, M. f. C. n. Syllanus.

—D. Iunio, Q. Auterio Coss. sedecimo anno ætatis Nero, Octauiam Cæsaris Claudij filiam in matrimonium accepit. Corn. Tacit. lib. 12.

—Factum est autem, cum APOLLO esset Corinthi, vt PAVLVS peragratis superioribus partibus videlicet Galatiæ & Phrygiæ, veniret Ephesum, & ibi per biennium in schola Tyranni cuiusdam quotidie disputaret. Act. 19.

800

805

55

—PAVLVS circa hæc tempora Ephesi cum bestijs pugnauit. 1. Corinth. 15.

4021 | 17 | 7 F

—Multa fuerunt latrocinia in agris, seditiones crebræ, cædes in vrbe & templo Ierosolymitano, & magnæ passim ærumnæ in populo Iudaico, sub Felice præside. Ioseph.

M. Acilius Auiola. Q. Asinius, M. f. Marcellus.

—✳ Cometa longo tempore visus est, pluitq; sanguinem, & fulmen de cœlo in signa prætorianorum militum cecidit, templũq; Iouis Victoris sua sponte apertum est. Hæc signa antecesserunt mortem Cæsaris Claudij. Tacit. lib. 12. & Sueton. Item. Dion. Nicæ.

801

NERO VI. ROMANORVM IMPERATOR, cœpit imperare die obitus Claudij, qui ab Agrippina coniuge veneno necatus est, 3. Idus Octobris, Asinio Marcello & Acilio Auiola Coss. Sueton. & Cornel. Tacit. lib. 12.

806

52

Nero Cæsar Aristobulo Agrippæ maioris fratri, minorem Armeniam, cum insigni regio mandat. Tacit. lib. 13. & Ioseph.

18 | 8 E

PAVLVS Ephesi primam epistolam ad Corinthios scripsit, sicut colligitur ex 16. cap. eiusdem epistolæ, vbi scribit se mansurum Ephesi, vsq; ad diem pentecostes.

4022 | L. An... | NERO

Sedato

Ab initio mundi. | Christi vulgares | Romæ cõditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Claudius Cæsar Aug. [Vetus]tilius, C. f. C. n. Vetus.

—Sedato Ephesi tumultu, PAVLVS proficiscitur in Macedoniam, visitatis ibi vrbibus & ecclesijs, vbi ante docuerat. Act. 19 & 20. Ibi in Philipporum vrbe, secunda epistola ad Corinthios scripta missa fuit per Titum & Lucam, quos præmisit ad colligendas in Corintho & Achaia eleëmosynas, mox eos insecutus, tres menses in Græcia & præcipuè Corinthi commoratur. Act. 20.

802

—Nero Cæsar Britannicum, Claudij filium iuuenem 14. annorum veneno sustulit. Tac. lib. 13.

—PAVLVS in Corintho epistolam ad Romanos scripsit.

807 55

—Felix præses Iudææ oppressit Ægyptium Pseudoprophetam cum quatuor millibus Sicarijs. Act. 21. Ioseph. ant. lib. 20.

19 9 DC

—PAVLVS hybernauit apud Corinthios. 1. Corinth. 16. Act. 20.

—Nero Cæsar multa noctu atq; interdiu libidinosè facere cœpit, in cauponas ingredi, & vt priuatus omnia loca peruagari, qua ex re multis vulnera & graues iniuriæ inferebantur. Corn. Tacit. lib. 13.

4023

Q. Volusius L. f. Saturninus. P. Cornelius, P. f. Scipio.

—PAVLVS vt insidias Iudæorum vitaret, non recta ex Corintho in Syriam soluit, sed abit in Macedoniam, vbi in Philippis festum Paschæ agit, intra 5. dies venit Troaden vbi Eutychum mortuum resuscitat. Inde peragrat Asson, Mitylenum, Chium, Samum, Trogillion Miletum, Coum, Rhodum, Pataram, Tyrum Ptolemaidem & Cæsaream ad FELICEM præsidem, qui cum vxore DRVSILLA audiuit eum docentem fidem in Christum. Act. 21. 22. 23. 24.

808 56

—Clodius Quirinalis accusatus quod Italiam luxuria sæuitiaq; afflictauisset, veneno damnationem anteuertit. Corn. Tacit. lib. 13.

803

9 Augusti.

—APOSTOLVS PAVLVS tenetur captiuus Cæsareæ biennium. Act. 24.

1 10 B

—ANANIAS summus pontifex Iudæorum exuitur Sacerdotio, sicut prædixerat illi Paulus. Act. 23.

NERO Claudius Cæsar Aug. II. L. Calphurnius, L. f. L. n. Piso.

—L. Volusius nobilis Romanus, egregia fama decessit, annos natus 93. cui multæ erant diuitiæ ac opes, inoffensa etiam tot imperatorum fuerat malitia. Cornel. Tacit. lib. 13.

4024

—IONATHAS PIVS Iudæorum pontifex, non diu præfuit Sacerdotio. Ioseph.

Olym. 209

—Agrippa Iunior rex Trachonitidis & Abilenes, ISMAELEM Phabei filium ad summi Sacerdotij fastigium euexit. Ioseph.

—Clodomer Francorum rex, Gallias inuasit Germanorum auxilio. Trit.

804

—Felice regente Iudæam, seditio in Cæsarea Palæstinæ orta, magnam iudæorum multitudinem perdidit. Ioseph. ant. lib. 20.

809 57

2 11 A

Sabbatum terræ.

NERO M. Va-

—Nero Cæsar, Poppæam Sabinam amare cœpit, quam à marito Ruso Crispino abductam, cum Sylvio Othone nuptiarum specie coniunxit, eundemq; mox per causam legationis in Lusitaniam ablegauit, vt solus cum Poppæa rem habere posset. Corn. Tacit. lib. 13.

4025

PORTIVS

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Claudius Cæs. Aug. Germ. III. lerius Messala, M. f. M. n.

805

—PORTIVS FESTVS Iudææ præses successit Felici expleto biennio captiuitatis Pauli. Act. 24.

—Corbulo Syriæ procos. Tyridatem Armeniæ regem fugauit, & Artaxatã Armeniæ metropolin combussit & solo æquauit. Corn. Tacit. lib. 13.

—Hermunduri Misnenses & Catti Hessiæ populi, de salinis saxonicis certant, sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit. Cornel. Tacit ibidem.

—Syluius Otho ablegatur in Lusitaniam, & administrauit prouinciam per decem annos. Sueton.

—PAVLVS APOSTOLVS tempore hyemis Romam mittitur ad Neronem, 26, anno post Christi mortem, & concensa naui sequenti die appulit Sidonem, inde venit Myram Cretam, Claudam, & Meliten, vbi per tres menses hybernauit. Act. 27. & 28.

810
58
3 12 G

—Cæsar Nero cum matre Agrippina incestam habuit consuetudinẽ Corn. Tacit. lib. 14.

4026

C. Vipsanius, C. f. Publicola Apronianus. L. Fonteius, L. f. C. n. Capito.

—Post tres menses Paulus apostolus ex insula Melite nauigauit Syracusas. Act. 28.

—PAVLVS APOSTOLVS cùm venisset Romam, integrum biennium vixit in ædibus à se conductis, sine vllo impedimento euangelium de Christo prædicans. Act. 28.

—Agrippina mater Neronis, Germanici filia, neptis Augusti, iussu filii occiditur. Centurioni ferrum distringenti, denudatam aluum præbuisse fertur, & dixisse: Hic venter, hic est fodiendus ferro, monstrum qui tale tulit. Cornel. Tacit. lib. 14.

806

—SOL DEFECIT pridie Calend. Maij, Vipsanio & Fonteio Coss. inter septimam & octauam horam diei, teste Plinio lib. 2. cap. 72. Cornel. Tacit. quoq; eiusdem eclipsis sub ijsdem consulibus mentionem facit libro 14. Dion Nicæus hunc defectum solis contigisse scribit in medijs sacrificijs, quæ Agrippinæ causa fiebant decreto senatus, & fuisse hanc eclipsin tantam, vt stellæ etiam interdiu viderentur. Calculum autem & picturam huius deliquij, demonstrationis gratia subijcio.

811
59
4 13 FE

—Cæsar Nero Domitiam amitam suam veneno sustulit. Dion. & Euseb.

NERO, Cossus,

—PAVLVS apostolus Romæ aliquot epistolas scripsit, AD GALATAS, AD EPHESIOS per Tichicum, AD PHILIPPENSES per Epaphroditum, AD COLLOSSENSES per Tichicum & Onesinum, AD PHILEMONEM per Onesinum.

—✳ Cometes sex mensibus fulsit. Seneca & Corn. Tacit. lib. 14.

4027

Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

CALCV-

CALCVLVS DELIQVII SOLARIS QVOD FACTVM EST ANNO 5. NERONIS, Coss. Vipsanio & Fonteio, Anno vrbis Romæ 811, Anno autem CHRISTI 59. Cui respondet

Aureus numerus	3
Cyclus Solaris	12
Litera Dominicalis	G.

A prima meridie Nabonassari vsq; ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 805. menses 8. dies 24. & horæ 2. sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borusiæ.

Facta igitur est hæc Eclipsis die 25. mensis Pachon, horis à meridie elapsis duabus, anno à Nabonassaro 806.

Ab initio annorum Domini vulgari, ad hunc defectum Solis, colliguntur completi anni Iuliani 58. menses 3. dies 29. horæ 14. in horizonte Regiomontano inclyti ducatus Borusiæ. Incidit ergo hoc deliquium in annum Christi vulgarem 59. verum autem 60. in vltimum diem Aprilis, in horam secundam pomeridianam, ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcesionis simplicis æquinoctiorum	0	6	21	13	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	12	47	33	
Solis simplicis	0	29	29	0	
Solis compositi	0	35	50	14	
Anomaliæ Solis annuæ	5	28	13	21	
Longitudinis lunæ à Sole	5	56	34	55	
Anomaliæ Lunæ	4	18	11	6	
Latitudinis Lunæ	1	22	14	55	
ERGO Præcesio vera æquinoctij	0	5	50	24	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	27	0	Scrup. proport. 59′ 21″.
Anomalia Solis coæquata	5	29	40	21	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	9	42	

ERGO ☉ in ♉ 6 part. 29′ 6″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	53	9	50	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	52	12	Scrup. proport. 0′ 17″.
Anomalia Lunæ coæquata	4	16	18	54	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	4	53	34.	

ERGO ☽ in ♉ 6 part. 47′ 53″. Ablata parallaxi longitudinis Lunæ à Sole, quæ est 18′ 47″. Luna & Sol erunt in coniunctione visibili.

Caput draconis in ♏ 9 part. 39′ 24″.

Cauda autem draconis in ♉ 9 part. 39′ 24″.

Absuit ergo Luna à cauda draconis contra ordinem signorum 2 part. 51′ 31″.

Motus igitur latitudinis Lunæ coæquatus 1 sex. 27 part. 8′ 29″.

ERGO vera latitudo Lunæ Borealis decrescens 14′ 57″.

Veri loci Solis ascensio recta 34 temp. 9′ 10″.

Propter inæqualitatem diei naturalis, ad tempus æquale addenda sunt 14. scrup. vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum in Campania iterum auferenda sunt 40. scrup. vnius horæ.

Ergo in Campania hæc Eclipsis visa est quadrante horæ ante secundam pomeridianam.

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole in quinto climate 18′ 47″.

Parallaxis latitudinis Lunæ à Sole, 19′ 30″.

Ergo


Ergo latitudo Lunæ apparens australis crescens 4' 33".
Semidiameter Solis 15' 46". Semidiameter Lunæ 16' 34".
Summa vtriusq; Semidiametri Solis,& Lunæ 32' 20".
Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 27' 47".
Diameter Solis apparens 31' 32".

ERGO DIGITI ECLIPTICI 10. Scrup. 35.

Scrupula incidentiæ 32. Motus horarius Lunæ 31 12.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, Totus autem defectus horas duas.
Cœpit ergo Sol deficere 45. scrupulis post meridiem.
Fuitq; hæc Eclipsis maxima, hora post meridiem completa vna, cum scrup. 45.
Et finitus est omnis defectus, quadrante horæ ante tertiam pomeridianam.

Recte ergo hæc nostra supputatio congruit cum Plinij annotatione, qui Eclipsin hanc factam esse scribit in Campania, hora diei inter septimam & octauam. Lib. 2. cap. 72. Intelligit autem horas ab ortu Solis computatas, nam lib. 2. cap. 79. inquit, vulgus omnem diem à luce ad tenebras computare. Oritur autem Sol in principio ♉ existens, habitantibus in Campania, horis à media nocte elapsis 5. scrup. 41. ergo si adieceris horas 7. scrup. 30. Recte iuxta nostram quoq; supputationem defectus hic Solis contigit, inter 1. & 2. horam pomeridianam.
Latitudo Lunæ apparens in initio Eclipsis australis crescens 5' 46".
Et in fine Eclipsis latitudo Lunæ apparens itidem australis crescens 7' 20".

Sequitur nunc pictura huius eclipsis.



Iuxta Hebræorum annorum rationem incidit hæc Eclipsis in annum mundi 4027. in penultimum diem primi mensis Nisan, qui fuit dies Lunæ.

Cæterum quæ mala per hunc defectum Solis, & Cometen qui paulò pòst effulsit significata sint, Corn. Tac. Dion Nicæus, Fl. Ioseph. Suetonius, Eusebius & multi alij satis declarant. Nero præter matrem quam paulò ante occiderat, amitam quoq; suam Domitiam veneno sustulit. Domitius Afer clarus orator in cœna abundantia vini interijt. Fulmen in mensam Neronis incidens, dapes mensamq; disiecit, Nero incidit in aduersam valetudinem, ita vt multi de eius salute desperarent. Laodicea illustris Asiæ vrbs terræmotu prolapsa est. Exarserunt duo horribilia bella, Parthicum & Britannicum. Domitius Corbulus dux Romanorum, hostili exercitu totam Armeniam subegit, vrbemq; Tigranocertam pacem petere coëgit. Iudæa quoq; continuis cædibus & rapinis fuit diuexata. Portius Festus Iudææ præses, qui Apostolum Paulum paulò ante captiuum Romam miserat, crudeli morte interijt. PAVLVS Romæ in vinculis & custodia Euangelium de Christo docuit. IACOBVS iustus frater Domini, primus Ierosolymorum Episcopus, de pinna templi præcipitatus, lapidibus obruitur, cùm Ecclesiæ Ierosolymitanæ præfuisset, post interitum Iacobi filij Zebedei, annis 18. post mortem autem & gloriosam resurrectionem Christi annis 28.

IOSE-

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Imp. NERO Claudius Cæsar Aug. IIII. Cossus Cornelius, Coss. s. Coss. n. Lentulus

807 8 Augusti.

—IOSEPHVS CABI Simonis filius ab Agrippa rege summo Sacerdotio præficitur. Ioseph.

—Fulmen incidens in mensam Neronis dapes mensamq; disiecit, secutaq; est anceps valetudo Neronis. Domitius Corbulo dux Romanorum Armeniam ad deditionem coëgit. Laodicea Asiæ vrbs vicina Colossis tremore terræ collapsa est. Corn. Tacit. lib. 14.

—APOSTOLVS PAVLVS in prima sua defensione, ab omnibus suis discipulis Romæ desertus est. 2. Timoth. 4.

—Fine anni Vibius secundus eques Romanus, accusantibus Mauris repetundarum damnatur, atq; Italia exigitur, ne grauiore pœna afficeretur. Corn. Tacit. lib. 14.

812 60

—Oceanus inter Britanniam & Galliam sanguinolentus inundat, & paulò pòst exarsit bellum Britannicum. Dion.

5 14 D

—ANANVS Iunior Anani filius, remoto Iosepho, ab Agrippa Summum Sacerdotium dono accepit, & Sadducæorum sectam secutus est.

4028

C. Cæsonius Pætus, C. Petronius, C. s. Sabinus, Turpilianus

—*IACOBVS Iustus frater Domini, die Paschatis de pinna templi deiectus lapidatur anno septimo Neronis. Euseb. lib. 2. cap. 22. Ioseph. ant. lib. 20. cap. 16.*

—*SYMEON Cleophæ filius in locum fratris sui Iacobi declaratur episcopus Hierosolymorum. Euseb. IESVS Dannei filius summo Sacerdotio præficitur. Ioseph. lib. 20. cap. 16.*

Olym. 210

—ALBINVS Iudææ præses successit mortuo Festo. Ioseph.

PAVLVS apostolus liberatus ex ore leonis, inuisit primum ecclesias in Græcia & Macedonia, vbi ex vrbe Nicopoli epistolam ad Titum Cretæ episcopum misit. Tit. 3. 2. Timot. 4. 808

Suetonius Paulinus Monam insulam cepit. Interea Prasutagus rex Igenorum in Britannia, propter verbera vxori Boudiciæ, & stupra filiæ illata, ingens bellum mouet, cæsa sunt enim ad septuaginta millia Romanorum. Sed Suetonius reuersus ex insula Mona mira constantia medius inter hostes perrexit LONDINIVM, copia negotiatorum & commeatu maximè celebri, & paulò pòst hostes iterum superauit, trucidatis 80000. Britannorum. Boudicea regina, fœmina bellicosissima, vitam veneno finiuit. Corn. Tacit. lib. 14.

813 61

6 15 C

—*Bellum inter Vologesem Parthorum regem, & Domitium Corbulonem Cæsoniumq; Pætum Romanorum duces, hoc anno gestum est. Corn. Tacit, lib. 15.*

P. Marius Celsus, L. Asinius, C. f. C. n. Gallus

—*MARCVS Euangelista martyrio coronatus est Alexandriæ in Ægypto, Octauo anno Neronis, autore Platina, & Euseb. lib. 2. cap. 23.*

4029

—*ANIANVS Vir Deo propter pietatem charus, & in omnibus rebus admirabilis, primus post Marcũ Euangelistã in ministeriũ ecclesiæ Alexandrinæ successit Euseb. l. 2. cap. 23.*

—*PAVLVS circa hæc tempora ecclesias in Asia inuisit. Epiphan. Eus. Hieronym. Beda etc.*

809

—*P. Mario, L. Asinio Coss. anno Octauo Neronis, Burrus præfectus prætorio Neronis, amicus Seneca moritur, non absq; suspitione veneni, iussu Neronis dati. SENECA calumnijs deformatur, estq; hic annus 14. ex quo Seneca Neroni præceptor datus erat, Coss. C. Pompeio Gallo & Q. Verannio. Cornel. Tacit. lib. 12. & 14.*

—*In Festo tabernaculorum Iesus Anani filius capit clamare, væ tibi ô Ierusalem. Ioseph.*

—*Nero Octauiam coniugem, Claudij filiam, repudiat, & reducit Poppæam Sabinam. Octauia paulò pòst in exilium eiecta, iussu Neronis praferuidi balnei vapore enecatur. Additurq; atrocior sæuitia, quod caput amputatum latumq; in vrbem Poppæa vidit. Corn. Tacit. lib 14.*

814 62

—*Persius Flaccus Satyricus Volaterranus mortuus est, anno ætatis 28. P. Mario, L. Asinio Coss. 24. die Nouembris. Gymnasium ictu fulminis conflagrauit, effigiesq; in eo Neronis ad informe æs liquefacta est. Cornel. Tacit. lib. 15.*

7 16 B

—*IESVS Gamalielis filius, circa hæc tempora ab Agrippa summo Sacerdotio præficitur. Ioseph. ant. lib. 20. cap. 16.*

—*Neroni ex Poppæa nascitur filia Augusta, eademq; quartum intra mensem iterum moritur. Corn. Tacit. lib. 15.*

L. Memmius Paulus

4030

PAVLVS

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

PAVLVS apostolus circa hæc tempora iterum in Italia Euangelium docuit. Peragratis enim ecclesijs in Græcia & Asia, in Italiam reuersus est, vt antiquorum scriptorum volumina tradunt.

810 Domitius Corbulo dux exercitus Romani, Vologæsum Parthorum regem, horribilem & formidolosum hostem adduxit ad fœdera facienda, pro dignitate populi Romani. Tyridates enim Vologæsi frater, Armeniæ rex, cæsis ex more victimis, capitis sui diadema imagini Cæsaris subiecit. Cornel. Tacit, lib 15.

815 / 63 / 8 / 17 / AG

Nationes Alpium in ius Latij translatæ sunt. Tacit. Ibidem.

PAVLVS apostolus his temporibus in Gallia euangelium docuit, profecturus in Hispaniam.

Laodicea ad Lycum, Colossæ & Hierapolis interfectrix Philippi apostoli, & vicinæ vrbes Asiæ terræmotu corruerunt.

Nero indutus muliebri ornatu feminamq; repræsentans, Pythagoræ nupsit. Corn. Tac. lib. 15.

4031

Die 19. Iunij Roma Neronis dolo incenditur, & sex dierum spacio atrocissimo igne vastatur. Nero in summum palatij conscendit, vnde magna pars incendiorum videri poterat, ibiq; ornatu cytharœdi excidium Troiæ cecinit, culpamq; incendij in CHRISTIANOS transtulit, aduersus quos atrocem suscepit persecutionem. Corn. Tacit. lib. 15.

811 / 7 Aug.

✳ In fine anni vulgantur prodigia imminentium malorum nuncia. Vis fulgurum non alias crebrior, & sydus Cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumue animalium partus, & in agro Placentino natus vitulus, cui caput in crure esset. Corn. Tacit. lib. 15.

816 / 64 / 9 / 18 / F

Matthias Theophili filius circa hæc tempora ab Agrippa summo Sacerdotio præficitur. Ioseph.

GESSIVS FLORVS homo auarus successit Albino in præfectura Iudææ.

4032

PAVLVS apostolus his temporibus in Hispania euangelium de Christo filio Dei docere cœpit.

Coniuratio optimatum in Neronem, quæ per seruum patefacta, multis ad internecionẽ occasio fuit. Inter alios L. ANNEVS SENECA præceptor Neronis, Philosophus & Orator excellens; egressus annum ætatis 114, à discipulo imperatore iussus aut mortem ipse sibi consciscere, aut mortis genus mandatum subire, Venas brachiorum & crurum sibi aperiri iussit, & obijt ita vltimo die Aprilis. LVCANVS poeta quoq; & multi alij apertis venis mortui sunt. C. Iulius Atticus Vestinus Consul innocens inter coniuratos occisus est, vt hoc pacto vxore eius STATILIA MESSALINA Nero poiretur. Cornel. Tacit. lib. 15. & 16.

Olym. 211

812

817 / 65 / 10 / 19 / E

Poppea Sabina grauida, à marito Nerone ictu calcis afflicta, mortem obijt. Tacit. ibidem.

Christiani relicta Ierosolyma, diuinis moniti oraculis, antequam bellum Iudaicum exardesceret, abierunt trans Iordanem in vrbem Pellam. Euseb. lib. 3. cap. 5.

Ostorius Scapula cum vena eius quanquam interrupta parum sanguinis effunderent, manum serui cum pugione ad collum adpressit, iuguloq; occurrit. Corn. Tacit. lib. 16.

Nero virtutem ipsam excindere cupiuit, interfectis Barea Serano, & Thrasea Pato. Tacit. ibidem.

4033

Consuls (margin columns): *Verginius Rufus*, *mius, C. f. Regulus.* — *M. Licinius, M. f. M. n. Crassus Frugi.*, *C. Lecanius Bassus.* — *C. Iulius Atticus Vestinus.*, *P. Silius, P. f. P. n. Nerua.* — *L. Pontius*, *C. Suetonius*

Sabbatum terræ.

Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Primus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

tonius Paullinus. *tius Telesinus,*

—Primus dies mensis Nisan cohæret cum 17. die Martij.

—Mense Aprili cœpit BELLVM IVDAICVM, secundo anno administrationis Flori, duodecimo autē imperij Neronis. Primo deinde die Maij, qui fuit dies Iouis cohærens cum 15. die Artemisij, FLORVS Iudæos flagellauit & crucifixit in foro Ierosolymitano ad locum Gabbatha. Ioseph. de bello Iudaico lib. 2.

813 —Nero Tyridati Armeniæ regi diadema imposuit, & Sporum castratum in naturam muliebrem transfigurare conatus est, eundemq; matrimonio sibi iunxit & Sabinam appellauit. Sueton. & Dion Nicæus.

818 | 66

—Cestius Gallus Syriæ procurator obsidet Ierosolymam, sed re infecta cum maximo detrimento suorum iterum discedit. Ioseph. de bello. & Egesip.

11 | 20 | D

—Damasceni interfecerunt decem millia Iudæorum. Ioseph.

4034 —VESPASIANVS dux belli Iudaici constitutus, à Nerone Cæsare in Syriam & Iudæam mittitur. Ios. de bello Iudaico lib. 3.

C. Fonteius, L. f. C. n. Capito. *C. Iulius Rufus.*

Primus dies mensis Nisan cohæret cum quinto die Aprilis.
PAVLVS apostolus cùm iterum sisteretur Neroni, scripsit Romæ secundam epistolam ad Timotheum, sub finem vitæ suæ 2. Timoth. 4.

Tertio Calend. Iulij PAVLVS & PETRVS martyrio coronati sunt, consulibus C. Fonteio Capitone & C. Iulio Rufo. Vt tradit Onuph. ex Damaso in comm. fast. lib. 2. LINVS Petro successisse existimatur, & præfuisse ecclesiæ Romanæ annos 11. menses 6. & dies 12. Platina.

814 Iotapata expugnatur mense Iulio & Iosephus capitur, 13. anno —Neronis. Ioseph.

819 | 67

Nero hoc anno certamina ludicra in Peloponneso celebrauit, & Isthmum perfodere conatus est.

—Mense Octobre Gamala expugnatur trucidatis nouem millibus Iudæorum. Ioseph.

12 | 21 | CB

C. Silius Italicus. *M. Galerius, M. f. Trachalus Turpilianus.*

Iudex Vindex Galliæ præses & Galba procurator Hispaniæ à Nerone deficiunt.

4035 24. dies Martij incidit in primum diem mensis Nisan.
Die azymorum Engedi Iudææ oppidum capitur à Sicarijs, qui paulò ante munitionem Malada occupauerant. Ioseph. de bello Iud. lib. 4. cap. 24.

—Nero à senatu hostis iudicatus ipse sibi mortē consciscit 4. Id. Iunij

—SERGIVS SVLPITIVS GALBA successit Neroni, fuitq; VII. Romanorum imperator, præfuit Romano imperio mens. 7. dies 7. Onuph.

815 | 6 Augusti.

Vespasianus T. filiū Romam mittit ad Cæsarem Galbam. Ioseph. de bello lib. 4. & Cornel. Tacit. lib. 17.
A condita Roma ad Ser. Galbæ secundum consulatum annos 820. numerat. Corn. Tacit. lib 17.

820 | 68

Galba imperator occisus est 17. Cal. Februarij anno ætatis 73. se secundo & T. Vinio Coss. Suet.

13 | 22 | A

Ser. Sul- *T. Vini-*

OTHO SYLVIUS VIII. Romanorum imperator successit Galbæ, imperauit dieb. 94.

Galbæ in consulatu suffectus est Vespasianus.
IOHANNES EVANGELIVM suum scribit anno Domini 69. Niceph.

4036

Primus

Ab initio mundi.	Cyclus ☽	Christi vulgares.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Olym. 2 1 2

puius C. f. Galba, Imp. Cæsar Augustus II. Huius suffectus est Vespasianus. — *us Crispinus.*

8 1 6

—Primus dies mensis Nisan respondet hoc anno 14. die Martij.

—A. VITELLIVS IX. Romanorum Imperator, cœperat Imperare viuente Galba 3. Nonas Ianuarij. Tandem hoc tempore solus adeptus est imperium, cùm Otho annum agens 37. seipsum pugione traiecisset 12. Calend. Maij. Præfuit autem Vitellius Romano imperio mens. 8. dies 24. Onuph.

—FL. VESPASIANVS X. Romanorum Imperator, cœpit imperare Cal. Iulij se primo & T. Vinio consulibus, viuente adhuc Vitellio. Præfuit Romano imperio annis 9. mensib. 11. diebus 24. Onuph.

— Lux Cometæ figura ensis flammiuomi antecesit destructionem vrbis Hierosolymorum. Ioseph.

—Diuus IGNATIVS secundus Episcopus Antiochiæ, successit Euodio.

2 8 1

69

14 | 23 G

Imp. Vespasianus, T. Vespasiani filius.

—Imp. Vespasianus filium suum Titum in Iudæam remittit, cum mandatis vt obsidione cingeret Hierosolymam. Ioseph.

4037

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

CALENDARIVM HISTORICVM
HEBRAICVM, GRÆCVM, ET ROMANVM
ad annum mundi 4038. Quo Titus Cæsar secundo anno Imperij patris sui Vespasiani vrbem Hierosolymam funditus destruxit, vero anno ætatis Christi 71. vulgari autem 70.

Aureus numerus	14
Cyclus Solaris	23
Litera Dominicalis	G.

Consulatum Romæ hoc anno ab vrbe condita 822. tenuerunt, IMP. FL. VESPASIANVS CÆSAR AVGVSTVS II. & filius eius T. VESPASIANVS CÆSAR.

ESTQVE HIC ANNVS 38. POST MORTEM ET GLORIOSAM RESVRRECTIONEM CHRISTI, & annus 817. à prima meridie Nabonassari, & primus annus Olympiadis 212.

Die 29. Iunij cœpit annus secundus Olympiadis 212. & sexto die Augusti cœpit 818. annus à prima meridie Nabonassari.

Nisan

Nisan siue Abib I. mensis Hebræorum. ξάνθικος IX. mensis Macedonum. μουνυχιὼν X. mensis Atheniensium.

1 1 Aprilis. G.
2 2 a
3 3 b
4 4 c
5 5 d
6 6 e
7 7 f Sabbatum. ☽ in ♋.
8 8 G
9 9 a
10 10 b
11 11 c
12 12 d
13 13 e
14 14 f Sabbatum. Pascha Iudæorum. Primus dies azymorum.
15 15 G O in ♎.
16 16 a
17 17 b
18 18 c
19 19 d
20 20 e VII. dies azymorum, Retentionis octaua.
21 21 f Sabb. VIII. dies azymorum, Retentionis octaua altera.
22 22 G ☽ in ♈.
23 23 a
24 24 b ☉ in ♉.
25 25 c
26 26 d
27 27 e
28 28 f Sabbatum.
29 29 G
30 30 a ● in ♉. Primus dies mensis θαργηλιῶνος.

Vrbs Ierosolyma in tres factiones diuisa fuit. Eleazar Sacerdos Simonis filius princeps Zelotarum tenuit templum, Iohannes Giscalenus occupauit inferiorem partem ciuitatis, & Simon Giore filius ciuitatem superiorem. Hæ factiones in ipsa vrbe inter se dimicarunt. Ioseph.

Hoc die Titus cœpit obsidere Ierosolymam, 14. die mensis Xantici siue Nisan, quo die Iudæi Christum ante annos 37. crucifixerunt.

Iesus Anani filius, qui 7. integris annis & quinq; mensibus indefessus clamauerat, Væ væ tibi ô Ierusalem, in muro clamans tandem, Væ & mihi, fundibulo ictus interijt.

Iiar vel Ziu II. mensis Hebræorum, ἀρτεμίσιος X. mensis Macedonum. θαργηλιὼν XI. mensis Atheniensium.

1 1 Maij. b
2 2 c
3 3 d
4 4 e
5 5 f Sabbatum.
6 6 G
7 7 a ☽ in ♌. Hoc die Lunæ milites Titi primo muro difficili oppugnatione superato,
8 8 b partem vrbis Ierosolymæ è regione templi, dictam Bezetha occupant.
9 9 c
10 10 d
11 11 e
12 12 f Sabbatum. Hoc die Romani secundum murum expugnant, qui tamen virtute
13 13 G Iudæorum statim recuperatur. Ita diebus quoq; Sabbati Iudæi coacti sunt
14 14 a pugnare, iuxta prophetiam Christi: Orate ne fiat fuga vestra hyeme neque
15 15 b O in ♏. Sabbato. Matth. 24.
16 16 c Hoc die Mercurij murus secundus à Romanis denuò capitur.
17 17 d
18 18 e
19 19 f Sabbatum.
20 20 G
21 21 a
22 22 b ☽ in ♒.
23 23 c
24 24 d
25 25 e ☉ in ♊.
26 26 f Sabbatum.
27 27 G
28 28 a
29 29 b ● in ♊. Aggeres & munimenta muralia à Romanis 12. die Maij incepta, hoc 29. die Maij absoluuntur spatio 17. dierum.

Siuan III. mensis Hebræorum. Δεύπι© ἢ Δέσι© XI. mensis Macedonum. Σκιροφοριὼν XII. mensis Athenienſium.

1 30 c
2 31 d
3 1 Iunij. e.
4 2 f Sabbatum.
5 3 G Pentecoste Iu- Titus totam vrbem Ierosolymam trium dierum ſpatio mu-
6 4 a dæorum. ro circumdedit interpoſitis caſtellis. Atque ita impleta eſt
7 5 b ☽ in ♒. prophetia Christi: circumdabunt te inimici tui, & cingent
8 6 c te, & coanguſtabunt te vndiq;. Luc. 19.
9 7 d
10 8 e
11 9 f Sabbatum. Grauis & intolerabilis fames in vrbe Ieroſolyma ſæuire cœ-
12 10 G pit, ita vt multi etiam inediæ grauitate mortui ſint, eam ſe-
13 11 a cuta eſt horribilis peſtis. Vide Ioſeph. Egeſipp. & Euſeb.
14 12 b lib. 2. cap. 6.
15 13 c O in ♐.
16 14 d
17 15 e
18 16 f Sabbatum.
19 17 G
20 18 a
21 19 b
22 20 c ☽ in ♓.
23 21 d
24 22 e
25 23 f Sabbatum.
26 24 G ☼ in ♋. SOLSTITIVM ÆSTIVVM.
27 25 a
28 26 b
29 27 c
30 28 d ● in ♋. Primus dies menſis Hecatombæonis.

Thamus IIII. menſis Hebræorum. πάνεμ© XII. menſis Macedonum. ἑκατομβαιὼν primus menſis Athenienſium.

1 29 e Primo die πανέμε Titus expugnauit tertium murum.
2 30 f Sabbatum.
3 1 Iulij. G. Sabinus egregius bellator, exiguo corpore at animo magno, auſus aſcende-
4 2 a re murum, á Iudæis ictu telorum occiditur.
5 3 b Hoc die capitur arx Antonia, ſecundo die poſt interitum Sabini. Pugnatum eſt
6 4 c acriter in veſtibulo templi à nona hora noctis, vſq; ad ſeptimam horam
7 5 d ☽ in ♎. diei, tandem Romani repelluntur in arcem Antoniam. Iulianus cen-
8 6 e turio Bithyniæ eximia fortitudine præditus, ſolus Iudæos ſingulari vir-
9 7 f Sabb. tute repellens, cadens interficitur tandem.
10 8 G
11 9 a
12 10 b
13 11 c
14 12 d
15 13 e O in ♈.
16 14 f Sabbatum.
17 15 G Hoc 17. die cùm intromitteretur celebratio feſti Endelechiſimi, Ioſephus longa
18 16 a oratione Iohannem Giſcalenum, reliquos item Iudæos adhortatus eſt,
19 17 b vt deditionem facerent, ſed cùm recuſarent obtemperare, triſtis ite-
20 18 c rum diſceſsit.
21 19 d
22 20 e ☽ in ♈. Iudæi incendunt partem de porticu templi verſus Septentrionem, haud
23 21 f Sabbatum. procul ab arce Antonia.
24 22 G Hoc die Romani totum porticum verſus Boream igni deuaſtant, Iudæi eundem
25 23 a manibus ſuis diuelluut.
26 24 b
27 25 c Iudæi porticum occidentalem pice ac bitumine replent, poſtea fugam ſimulantes,
28 26 d ☼ in ♌. & Romanos aſcendentes in porticum incendio perdunt.
29 27 e ● in ♌. Maria Eleazari filia proprium interfecit filium, eumq; aſſatum comedit.

Ab V. mensis Hebræorum. λῶος I. mensis Macedonum. μεταγειτνιών II. mensis Atheniensium.

1 28 Iulij. f. Sabbatum.
2 29 G
3 30 a
4 31 b Romani sex diebus ariete oppugnant porticum exteriorem.
5 1 Augusti. c
6 2 d
7 3 e ☽ in ♏. Cæsar Titus ianuas templi auro incrustatas succendi iussit, vnde magna
8 4 f Sabbatum. pars auri & argenti defluere cœpit. Ioseph. & Egesipp.
9 5 G Hoc die Iudæi acerrimè pugnauerunt aduersus Romanos, tandem tamen in munitiones templi repulsi sunt.
10 6 a Hoc 10. die mensis λώου milites Titi non expe-
11 7 b ctato mandato ducis, qui parcere voluerat ædificio omnium magnificentissi-
12 8 c mo, TEMPLO IEROSOLYMITANO ignem inijciunt, eodem die
13 9 d quo à Nabuchodonosoris exercitu hoc templum quondam exustum erat. Io-
14 10 e seph. de bello lib. 6. cap. 26. & 27.
15 11 f Sabbatum. ○ in ♓.
16 12 G
17 13 a
18 14 b
19 15 c
20 16 d Hoc die Romani aggeres & instrumenta bellica ędificare cæperunt ad oppugnan-
21 17 e dum murum superiorem: hæc munimenta 18. dierũ spatio absoluta sunt. Ioseph.
22 18 f Sabbatum. ☽ in ♉.
23 19 G
24 20 a
25 21 b
26 22 c
27 23 d
28 24 e
29 25 f Sabbatum. ● in ♍.
30 26 G ● in ♍. Primus dies mensis Boëdromionis.

Elul VI. mensis Hebræorum. γορπιαῖος II. mensis Macedonum. βοηδρομιών III. mensis Atheniensium.

1 27 Augusti. a
2 28 b
3 29 c
4 30 d
5 31 e
6 1 Septembris. f. Sabbatum.
7 2 G ☽ in ♐. Romani hoc 7. die γορπιαίου superiorem partẽ vrbis Ierosolymæ expugnant.
8 3 a Hoc 8. die mensis γορπιαίου tota vrbs Ierosolyma direpta & incensa conflagrauit.
9 4 b
10 5 c
11 6 d
12 7 e
13 8 f Sabbatum.
14 9 G
15 10 a ○ in ♓. Vrbs Ierosolyma iussu Titi solo æquatur, & funditus euer-
16 11 b titur, iuxta vaticinium Christi: coangustabunt te inimici tui
17 12 c vndiq;, & solo æquabunt te, & non relinquent lapidem su-
18 13 d pra lapidem. Luc. 19.
19 14 e
20 15 f Sabbatum.
21 16 G
22 17 a ☽ in ♊.
23 18 b
24 19 c
25 20 d
26 21 e
27 22 f Sabbatum.
28 23 G
29 24 a ● in ♎. ● in ♎. Æquinoctium autumnale.

Thiſri VII. menſis Hebræorum. Ὑπερβερεταῖος III. menſis Macedonum. Μαιμακτηριὼν IIII. menſis Athenienſium.

1 25 Septemb. b
2 26 c
3 27 d
4 28 e
5 29 f Sabbatum.
6 30 G
7 1 Octobris. a ☽ in ♐.
8 2 b
9 3 c
10 4 d
11 5 e
12 6 f Sabbatum.
13 7 G
14 8 a
15 9 b ☉ in ♈.
16 10 c
17 11 d
18 12 e
19 13 f Sabbatum.
20 14 G
21 15 a
22 16 b ☽ in ♒.
23 17 c
24 18 d
25 19 e
26 20 f Sabbatum.
27 21 G
28 22 a
29 23 b
30 24 c ● in ♎.

Simon Giore filius indutus veſte candida & purpureo deſuper veſtimento, vt terrorem quendam incuteret aſpicientibus, à Romanis poſt diſceſſum Titi capitur.

Cerealis Cæſaris Veſpaſiani Legatus Britanniæ præſes, ad Rhenum Germanos, Batauos, Treuiros, Chaucos & Bructeros, ad libertatem aſpirantes vicit. Corn. Tacit. lib. 21. Ioſeph. de bello Iud. lib. 7.

Titus Cæſareæ natalé fratris Domitiani celebrans, in ludorum ſpectaculis, ad 3000. Iudæorum in theatrũ producere iuſsit, qui partim armati cõmiſsi ſeipſos trucidare coacti ſunt, partim etiam beſtijs ſunt obiecti. Ioſ.

Marheſuan VIII. menſis Hebræorum. Δῖος IIII. menſis Macedonum. Πυανεψιὼν V. menſis Athenienſium.

1 25 Octobr. d ✹ in ♏.
2 26 e
3 27 f Sabbatum.
4 28 G
5 29 a
6 30 b
7 31 c ☽ in ♒.
8 1 Nouembris. d
9 2 e
10 3 f Sabbatum.
11 4 G
12 5 a
13 6 b
14 7 c
15 8 d ☉ in ♉.
16 9 e
17 10 f Sabbatum.
18 11 G
19 12 a
20 13 b
21 14 c
22 15 d ☽ in ♌.
23 16 e
24 17 f Sabbatum. Titus in Syriæ oppido Beryto Veſpaſiani patris, ſui natalem celebrans,
25 18 G
26 19 a
27 20 b
28 21 c
29 22 d ● in ♏.

tempore hyemis ludos edidit magnificentiſsimo apparatu, in quibus aliquot Iudæorum captiuorum millia beſtijs laceranda obiecit, Ioſeph. Factum hoc eſt die Sabbati tempore brumæ, iuxta dictum Chriſti: Orate ne fuga veſtra fiat hyeme neq; Sabbato. Matth. 24.

Reliquum

Reliquam partem huius Calendarij adſcribere nolui, cum in Joſepho aliiſq́; fide dignis Scriptoribus in reliqua huius hiſtoriæ parte nulla extet certorum dierum annotatio. Illud autem obſeruatione magis dignum eſt, à promulgatione legis diuinæ in monte Sinai, quo tempore datis ceremonialibus ac forenſibus legibus, ſacerdotium Leuiticum & Politia Moſaica initium ſuum habuere, ad hanc vltimam templi totiusq́; vrbis & politiæ Judaicæ deſtructionem numerantur anni 1584. & tot anni hoc noſtro quoq́; tempore elapſi ſunt à Chriſti natiuitate. Vides ergo quanta Satan humani generis hoſtis, Judæos cæcitate percuſſerit, qui contra vaticinium Patriarchæ Jacob, Geneſ. 49. amiſſis genealogijs poſt tot annorum ambitum, alium expectant Meßiam, & reſtaurationem ſuæ politiæ, totiusq́; orbis terrarum Monarchiam ac imperium ſibi ſomniant, nihil aliud ſperantes niſi inanem gloriam huius mundi. Chriſtum Jeſum interim Filium Dei viuentis, ex ſancta Virgine Maria natum, verum Meßiam totiusq́; generis humani Saluatorem, ſummis proſequuntur blaſphemijs, poſt cuius mortem tamen, glorioſam reſurrectionem & aſcenſionem ad cœlos, ſanctiq́; Euangelij per diuos Apoſtolos promulgationem, ſacerdotium Leuiticum & politia Moſaica diutius conſiſtere non potuerunt.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

15 | 24 F | *Imp. Fl. Vespasianus Cæs. Aug. III.* | *M. Cocceius, M. f. M. n. Nerva.*

—Titus Cæsar cum patre Vespasiano Aug. Romam triumpho ingreditur. Ioseph. lib. 7. de bello.

818

—Lucilius Bassus legatus in Iudæam mittitur, qui Maccheruntem expugnauit, & tria millia Iudæorum trucidauit. Ioseph.

823

—Imp. Cæsar Vespasianus Romæ ædificat templum Pacis.

71

Sabbatium terræ perpetuum.

4039

16 | 25 ED | *Imp. Fl. Vespasianus Cæsar Aug. IIII.* | *T. Cæsar, Vesp. Aug. f. Vespasianus iterum.*

—Idem Vespasianus Imperator eos qui de domo Dauid essent, cõquiri iubet, hinc Iudæis grauissima persecutio exorta est. Hist. Eccl. cap. 12.

—Cesennius Pætus Syriæ Præses, Antiochum Comagenorum regno pellit, captumq; Romam mittit, quarto anno Cæsaris Vespasiani.

819

5 Aug.

—Alani Scythiæ populi aduersus Pacorum Mediæ regem, & Tyridatem Armeniæ regem, feliciter pugnant. Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico, cap. 27. Eodem hoc anno nascitur Hyrcanus primogenitus filius. Ioseph.

824

72

4040

17 | 26 C | *Fl. Domitianus, Aug. f. Cæsar. II.* | *M. Valerius, M. f. M. n. Messalinus.*

Olym. 213

—Capitolium reædificare Imperator est orsus. Euseb.

—Lucilio Basso mortuo successit in Iudæa Flauius Syluias, qui obsidione cinxit Messadam.

—15. die mensis Xanthici siue Nisan, qui respondet hoc anno 11. die Aprilis, die Solis 960. Iudæi obsessi in oppido Messada, se interfecerunt. Ioseph. de bello. lib. 7.

820

—Seditio Alexandriæ facta multis iudæis exitio fuit. Ioseph. ibid.

825

73

—Petilius Cerealis Brigantum Britanniæ ciuitatem subegit. Tacit. in vita Agric.

18 | 27 B | *Imp. T. Cæ-*

—Circa hæc tempora Serapion Philosophus & orator claret.

4041

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Flauius Vespasianus Cæsar Aug. V.
Cæsar. Aug. f. Vespasianus III.

—Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Cilicia, Comagone, quæ liberæ antea, & sub regibus amicis erant, in prouincias redactæ. Euseb.

821

826

74

19 28 A

4042

Imp. Cæsar Vespasianus Augustus VI.
T. Cæsar Aug. f. Vespasianus IIII.

—Q. Asconius Pedianus Historicus clarus habetur, qui 73. ætatis anno captus luminibus, duodecim postea annis, in summo omnium honore consenuit. Eusebius in Chronicō.

822 —Iustus secundus filius Iosephi natus est septimo anno Vespasiani. Ioseph. in vita sua.

827

75

1 1 GF

4043

Imp. Cæsar Vespasianus Augustus VII.
T. Cæsar Aug. f. Vespasianus V.

—Adrianus Imperator natus est Romæ 9. Calend. Februarij, Vespasiano septimo & Tito quinto consulibus. ÆL. Spart.

—Gabinius celeberrimi nominis Rhetor, in Gallia docuit. Euseb.

823

4. August.

828

76

2 2 E

Imp.
T. Ca-

4044

Anno

A Nabonassaro. | Romæ cōditæ. | Christi vulgares. | Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Olym. 214

Cæsar Vespasianus Aug. VIII. *Sar. Aug. f. Vespasianus. VI.*

—Anno 9. Vespasiani tres ciuitates Cypri terræ motu corruerunt, & Romæ magna pestilentia fuit. Eutrop. in Vespasiano & Orof. lib. 7. cap. 6.

824

—Agrippa tertius filius Iosephi nascitur anno 9. Vespasiani. Ioseph. in vita sua.

829 77

3 3 D

4045

L. Ceionius Commodus Verus *C. Cornelius Priscus.*

—POLYCARPVS Iohannis Euangelistæ discipulus, circa hæc tempora natus est, erat enim 86. annorum cùm subiret martyriũ. Euseb..

825

—9. Cal. Octobris cæsus est Linus episcopus Romanus à Saturnino consule cuius filium à dæmonibus liberauerat. Plat. successit illi Anacletus annis 12. Mens. 1, diebus, 27. Onuph.

830 78

4 4 C

Imp. Cæsar Vespasianus Aug. IX. *T. Cæsar Aug. f. Vespasianus VII.*

—✳ Stella crinita visa est paulò ante mortem Vespasiani. Sueton & Eutrop.

—Iulius Agricola Britannos subegit.

4046

—TITVS VESPASIANI filius XI. Romanorum Imperator, incepit imperare die obitus patris sui 8. Cal. Iulij, præfuit Romano imperio annos 2. mens. 2. dies 20. Sueton.

826

—Autumni tempore Veseuus mons exustus est, cuius exhalatio fumus & cinis solem obscurauit, Spectra quoq; è monte euolauerunt. Dion. PLINIVS SECVNDVS Veronensis, naturalis historiæ scriptor perijt in incendio montis Veseuij, 2. die Nouemb. anno ætatis 56. cùm causam incendij inquireret.

831 79

5 5 BA

Imp. Flauius

4047

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Pestis quanta vix vnquam Romam afflixit. Eutrop.

—Incendium Romam triduo continuè vastauit. Balnea Agrippæ, scena Pompeij, Octauiana ædificia vnà cum libris, theatrum Galbæ, templum Neptuni, Pantheon, Capitolium, & multa alia templa igni consumpta sunt. Eutrop, & Dion.

827 3 Aug

T. Cæsar, diui Vespas. f. Vespasianus Aug. VIII.
Domitianus diui Vespas. f. Cæsar. VI.

—Titus Cæsar amphitheatrum & balnea suo nomine dedicauit, & per centũ dies ludos celebrauit & spectacula varij generis. Xiphil, ex Dione.

832 80

6 6 G

4048 Olym. 215

M. Flauius, M. f. M. n. Syluanus.
M. Arnius, Verus Pollio.

828

—Titus moritur Idib. Septembris, succesit.

—FLAVIVS DOMITIANVS XII. Romanorum Imp. annis 15. & occiditur anno imperij sui 15. teste Suetonio. In initio sui imperij quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius quam muscas captare ac stylo præacuto configere, vt cuidam interroganti essetne quis intus cum Cæsare, non absurdè responsum sit à Vibio Crispo, Ne musca quidem. Xiphil. In epitome Dionis. Idem Domitianum Romano Imperio præfuisse scribit annis 15. diebus 5.

833 81

7 7 F

4049

Imp. Cæsar. diui Vespas. f. Fl. Domitianus Aug. VIII.
T. Flauius, T. f. T. n. Sabinus

829

—Domitiani vxor Augusta appellata Euseb.

834 82

8 8 E

Imper-
T. Ver-

4050

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ cõditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Domitianus mares castrari prohibuit. Euseb.

Cæsar, diui Vesp. f. Domitianus Aug. IX
ginius, Rufus. II.

830

835
83

9 9 DC

4051

Imp. Cæsar. diui Vesp. f. Domitianus Aug. X.
Ap. Iunius Sabinus.

Tres virgines vestæ ob stuprum damnatæ. Multi senatorum interfecti sunt, complures in exilium relegati. Euseb. Sueton. Eutrop. Oros. etc.

831
2 Aug.

836
84

Anianus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus cùm annos 22. in eo munere compleuisset, exijt è vita Euseb. lib. 3. cap. 12.

10 10 B

Imp. Cæsar Domitianus Augustus XI.
T. Aurelius, T. f. Fuluus, auus Antoni Pij.

ABILIVS episcopus Alexandriæ, successit Aniano anno 4. Domitiani. Euseb. ibidem.

4052

Olym. 216

832

Domitianus Cæsar templum sine admixtione lignorum construxit. Euseb.

837
85

11 11 A

Domitianus 114. annis expletis ab Actiaca Victoria & morte Antonij, agonem Ioui Capitolino post singula quadriennia celebrandum instituit, duodecimo suo & Ser. Cornelij Dolabellæ consulatu, anno primo Olympiadis 216. Clemens Strom. lib. 1. Censorinus & Sueton.

Imper.
Ser. Cor-

3053

Domitianus

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ab initio mundi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉ / Romæ conditæ, Christi vulgares.	A Nabonassaro.	
	Cæsar Domitianus Aug. XII.	Cornelius, Cn. f. P. n. Dolabella.	833	Domitianus Fusco duce Danubium traiecit, exercitum aduersus Dorpaneum Gottorum siue Dacorum regem duxit. Gothi Romanos vicerunt, & occiso Fusco castra spoliarunt. Iornand. de reb. Get. Eutrop. lib. 9.
		838 / 86		Antoninus Pius qui postea imperauit natus est 13. Cal. Octobris, sub Domitiano duodecimò & Cornelio Dolabella Coss. Iul. Capitol.
4054	12	12 G		
	Imp. Cæsar Domitianus Augustus XIIII.	L. Volusius, Q. f. Saturninus.		Quintilianus Calaguritanus ex Hispania, primus Romæ scholam pub. aperuit, & solarium è fisco accepit. Cass. & Euseb.
			834	
		839 / 87		Duo menses in honorem Domitiani nouas acceperunt appellationes. September dictus est Germanicus, & October Domitianus. Sed post obitum Domitiani, his mensibus priora sua nomina sunt reddita. Euseb.
4055	13	13 FE		
	Imp. Cæsar Domitianus Augustus XIIII.	L. Minutius Rufus.		Multa celeberrima ædificia Romæ cœpta, quæ sexto anno pòst vix sunt completa, videlicet Capitolium, Pantheon, templum Vespasiani, Mica aurea &c. de quibus vide Sueton & Eutrop.
			835 / 1. August.	
		840 / 88		Domitianus hoc anno ludos seculares fecit. Euseb.
	14	4 D		
4056	A. Sen.	T. Au-		

MARTIA.

Vu

Cyclus ☽ Cyclus ☉. Cyclus ☽ Cyclus ☉.

Olym. 217

4057

...relius, T. f. Fuluus. II.

Pomius Atratinus.

836

841
89
15 15 C

Imp. Cæsar Domitianus, Aug. Germanicus XV.

M. Cocceius, M. f. M. n. Nerua. II.

837

842
90
16 16 B

M. Vlpius,

M. Acilius,

4058

—*MARTIALIS Poëta floruit.*

—Mathematici & Philosophi vrbe expulsi. Euseb.

—Domitianus secundo agone Ioui Capitolino celebrauit. Euseb.

4059

M. f. Traianus Crinitus.

Glabrio.

838

843
91
17 17 AG

Imp. Cæsar Domitianus Germanicus Augustus XVI.

A. Volusius, Q. f. Saturninus. II.

839
31 Iulij.

844
92
18 18 F

4060

—Domitianus Cæsar Dominum & Deum se appellari iussit. Cassiod.

—3. Iduũ Iulij moritur Anacletus episcopus Romanus cui successit CLEMENS, qui præfuit Romanæ ecclesiæ annis 9. mens. 2. dieb. 10. Platina & Euseb. Hunc Clementẽ apostolus Paulus in epistola ad Philippenses cooperarium suum vocat. Idem hic Clemens de morte Petri epistolas ad Iacobum fratrem domini scripsisse fingitur, cum tamen Iacobus septimo anno ante mortem Petri occisus sit, sicut annorum series demonstrat.

—Domitianus Cæsar de Dacis & Germanis triumphauit, tantæ etiam superbiæ fuit, vt aureas & argenteas statuas sibi in capitolio poni iusserit. Euseb.

Agrippa obseruauit coniunctionem Lunæ & pleiadum anno 12. Domitiani, die 2. mensis Tybi, hora 3. noctis, anno à Nabonassaro 840. Ptol. Sequitur igitur huius apparitionis calculus & pictura.

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro. | Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

ANNO 12. DOMITIANI AGRIPPA

IN BITHYNIA OBSERVAVIT LVNAM IVN-ctam cum australi succedente Vergiliarum, Metroi secundum Bithynos die 7. hora tertia noctis incipiente, Et est annus à Nabonassaro 840. Tybi secundum Ægyptios die 2. completo, tertio sequente, ante mediam noctem horis temporalibus 4, & æqualibus 5. Ad Alexandriæ igitur meridianum, ante mediam noctem horis 5. scrup. 20 æ-part. qualibus facta obseruatio est, & Lunæ centrum vero suo motu erat in ♉ 3 7'. Inter hanc obseruationem & eam quæ à Timochare facta fuit anno à Nabonassaro 465. anni sunt intermedij 375. Ptol. pag. 183.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem Lunæ & Pleiadum numerantur completi anni Ægyptij 839, menses 4, dies 1, horæ 7, sub meridiano Montis Regij in Borussia.

Ab initio annorum Domini, ad eandem hanc coniunctionem Lunæ & Pleiadum sunt completi anni Iuliani 91, menses 10, dies 28, horæ 19, sub eodem meridiano Regiomontano.

Incidit ergo hæc obseruatio iuxta Ægyptiorum supputationem in annum à Nabonassaro 840, in secundum diem mensis Tybi, horis à meridie elapsis 7. Sed iuxta annorum Iulianorum rationem eadem hæc obseruatio facta est, anno Christi 92, die 29. Nouembris, horis à meridie 7, nocte illa quæ fuit inter diem Iouis & diem Veneris, Respondet enim huic anno bisextili

Aureus numerus 17
Cyclus Solaris etiam 17
Literæ Dominicales A & G.

Cæterum ad tempus illud æquale sub meridiano Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ, hi colliguntur motus æquales

	sex.	part.	'	"
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	6	49	20
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	16	18	58
Solis simplicis	4	0	8	42
Solis compositi	4	6	58	4
Anomaliæ Solis annuæ	2	58	38	42
Longitudinis lunæ à Sole	2	23	1	24
Anomaliæ Lunæ	5	29	3	27
Latitudinis Lunæ	0	9	26	11
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	6	10	51

ERGO vltimus & angustissimus terminus Pleiadum, siue vltima Vergiliarum in ♉ 3 part. 10' 51". habens latitudinem Borealem 5. part. 20. scrup.

	sex.	part.	'	"	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	50	34	scrup. proport. 58' 56".
Anomalia Solis coæquata	3	0	29	16	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	1	15	

ERGO ☉ in ♐ 6 part. 18' 18".

Cum igitur Sol versetur in septimo gradu ♐, & Ptolemæus scribat hanc coniunctionem Lunæ & Vergiliarũ factam esse septimo die mensis Metroi secundum Bithynos, luce clarius apparet Bithynos habuisse menses Solares.

	sex.	part.	'	"	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	4	46	2'	48"	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	12	25	28	scrup. proport. 24' 49".
Anomalia Lunæ coæquata	5	16	37	59	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	3	50	50	

ERGO ☽ in ♉ 3 part. 11' 27".

Latitudinis motus coæquatus sex. 0 13° 16' 41".


Ergo latitudo Lunæ Borealis decrescens 4 part. 51' 57".

Vu ij Fuit

Fuit ergo vera coniunctio ☽ & Vergiliarum, anno 12. Domitiani, mense & die à Ptolemæo annotato, videlicet 2. die mensis Tybi, qui cohæret cum 29. die Nouembris, horis à meridie elapsis 7, sub meridiano Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Propter diuersitatem meridianorum in Bithynia addenda est hora dimidia, ergo Agrippa hanc coniunctionem Lunæ & Pleiadum in Bithynia obseruauit, dimidia octaua vespertina, tertia hora noctis, hoc est, tertia hora post occasum Solis.

Sequitur nunc pictura huius apparitionis.



Luna fuit ἀμφίκυρτος tertia nocte ante plenilunium. Tribus enim diebus & scrup. 48. vnius horæ post hanc obseruationem Agrippæ, facta est media luminarium oppositio, quod sic probo.

Longitudinis ☽ à Sole motus tempore huius obseruationis	2	23	1	24
Tribus diebus de motu longitudinis ☽ à Sole competunt	0	36	34	20
& 48 scrup. vnius horæ de eodem motu ☽ respondent	0	0	24	22
	3	0	0	6 Ergo oppositio luminarium.

Ergo medium plenilunium factum est, secundo die Decembris, horis post meridiem 7. scrup. 48. Gerardus Mercator 9. horis & 19. scrup. ab hoc calculo aberrat, inde etiam oritur illi error in die passionis Dominicæ.

Iosephus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 218

L. Nonius, P. f. M. n. Asprenas Torquatus. M. Arricinius Clemens.

—Iosephus historiam Iudaicam scripsit 13. anno Cæsaris Domitiani, anno ætatis 56. natus enim est primo anno Caligulæ. Ioseph in vita sua & ant. Iud. lib. 20. cap. vlt.

840 —Menander Samaritanus Simonis Magi discipulus, furore dæmoniaco agitatus, Antiochiam venit, & multos magicæ artis præstigijs in fraudem induxit. Euseb. lib. 3. cap. 20.

—Cerinthus & Ebion hæresiarchæ, in Christo fuisse solam humanam naturam, & opera legis esse necessaria ad salutem docuerunt. Irenæus lib. 1. cap. 25. 26. & lib. 3. cap. 3. Euseb lib. 3. cap. 21. & 22.

845

93

19 19 E

4061

Imp. Fl. Domitianus Augustus XVII. T. Flavius, T. f. T. n. Clemens.

—Nicolaitæ hæretici, qui Nicolaum vnum ex septem diaconis, qui ab apostolis ad curam egentium suscipiendam cum Stephano diligebantur, suæ sectæ autorem fuisse dictitabant, circa hæc tempora

841 vagas libidines & adulteria pro adiaphoris habenda esse contēderunt. Apocal. 2. Iren. lib. 1. cap. 27. Euseb. lib. 3. cap. 24.

—Cerinthus hæresiarcha his temporibus à balneo, in quod lauandi causa ingressus erat, vna cum suis discipulis obruitur. Irenæus lib. 3. cap. 3. Euseb. lib. 3. cap. 22.

—II. PERSECVTIO CHRISTIANORVM. Domitianus Imperator, post multas in nobiles ac senatores Romanos perpetratas cædes, arma tandem in Deum quoq; vertit, innocentem Christianorum sanguinem fundens, & IOHANNEM Euangelistam in Pathmon relegauit, vbi APOCALYPSIN seu diuinam reuelationem de statu ecclesiæ à Christo accepit. Irenæus lib. 5

846

94

842

1 20 D

4062

Pompeius Collega, Cornelius Priscus.

—Iulius Agricola moritur Collega Priscoq; Coss. decimo Calend. Septemb. anno ætatis 56. natus enim erat Caio Cæsare ter Cons. Idibus Iunijs Corn. Tacit. in vita Agricolæ.

—DIONYSIVS AREOPAGITA apostoli Pauli auditor, iussu Romani præsidis apud Parisios propter Euangelij prædicationem capite truncatur VII. Idus Octobris.

—Flauia Domicilla ex sorore Consulis Flauij Clementis prognata, ob fidem Christianā cum multis alijs in insulam Pontiam supplicij & mulctæ causa extruditur anno Domitiani 15. Euseb. lib 3. cap. 14.

847

95

2 21 CB

C. An. C. Ful.

—TIMOTHEVS Ephesi à cultoribus Dianæ lapidibus obruitur.

4063

Domitia-

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

843

30 Iulij

[illegible] ississimus, L. f. C. n. Veius, [illegible] nius Valens

—Domitianus Imperator, Christianorum sanguine non contentus, Iudæos quoq; qui de stirpe Dauidis essent, conquiri occidiq; iussit, inter quos cùm duos nactus esset de posteris IVDÆ fratris Domini, eosq; pauperes innocentesq; reperisset, absolutos liberè dimisit, edictisq; propositis persecutionem sustulit. Euseb. lib. 3. cap. 15.

—Domitianus Philosophos & Mathematicos per edictum Roma iterum extrudit. Apollonius Taneus, & Euphrates insignes Philosophi habentur. Euseb.

—Domitianus septem vulneribus confossus est 14. Calend. Octobris Antistio & Valente Coss. cùm regnasset annis 15. diebus 5. obijt anno ætatis 45. successit illi,

848 — 96 — 3 — 22 A — 4064 — Olym. 219 — 844

Imp. Nerua Cæsar Augustus III. T. Virginius Rufus. III.

—COCCEIVS NERVA XIII Romanorum Imperator, qui præfuit Romano Imperio annum vnum menses 4. dies 9. Xiph. in epitome Dionis.

—Scribunt Suidas & Nicephorus, Neruæ tempore IOHANNEM Apostolum ex Pathmo Ephesum rediisse, vbi post reditum annos quatuor vixit, Et reditum eius ornauit Deus illustri testimonio, quia Drusiana quæ efferebatur cùm Iohannes vrbem ingrederetur, per eum in vitam reuocata est.

—VLPIVS TRAIANVS XIIII Romanorum Imperator annis 19. mensib. 6. diebus 15. Hic natione fuit Hispanus, adoptatus à Nerua, cum quo imperauit mensibus 3. Aurel. Victor.

849 — 97 — 4 — 23 G — 4065 — 845

Imp. Nerua Cæsar Augustus IIII. Vlpius Traianus Nerua Aug. f. Cæsar II.

—Coniunctio Lunæ & Spicæ virginis, obseruata Romæ à Menalao anno primo Traiani, 845. à Nabonassaro, Mechir 15. sequente 16. exacta hora 10. siue post mediam noctem horis. 5. Huius apparitionis calculum & picturam subijcio.

—Nerua Imperator moritur 6. Cal. Febr. anno ætatis 67.

—Primo anno Traiani, cùm Abilius 13. annos Ecclesiæ Alexandrinæ præfuisset, Cerdon eo dignitatis gradu potitus est, hic tertius post Anianum primum episcopum eam rexit ecclesiam. Euseb. lib. 3. cap. 16.

850 — 98 — 5 — 24 F — 4066

[illegible] Se[illegible] A. Cor[illegible]

—CORNELIVS TACITVS scriptor historiæ Augustæ, gener Iulij Agricolæ, & PLVTARCHVS Chæronensis Philosophus, cuius vitæ & Moralia verè aurea extant, sub Traiano floruerunt.

ANNO

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

ANNO PRIMO TRAIANI MENELAVS ROMÆ OBSERVAVIT CONIVNCTIONEM LVNÆ ET SPICÆ VIRGINIS, ANNO à Nabonassaro 845. Mechir secundum Ægyptios die 15, sequente 16, exacta hora decima à nocte concubia, siue post mediam noctem horis æqualibus 5. & ad Alexandria meridianum horis 6. scrup. 20. Sole in 20. gradu ♑ constituto, cùm Luna eodem tempore abesset ab æstiuali Solstitio gr. 85. scrup. 45. Ptolom. lib. 7. cap. 3.

A prima meridie Nabonassari ad hanc coniunctionem Lunæ & Spicæ Virginis sunt completi anni Ægyptij 844. menses 5. dies 14. horæ 18. scrup. 15. si supputatio dirigatur ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Ab initio annorum Christi ad eandem hanc visibilem coniunctionem Lunæ & Spicæ virginis, numerantur completi anni Iuliani 97. dies 10. horæ 6. scrup. 15. sub eodem meridiano Regiomontano.

Incidit ergo hæc obseruatio iuxta Ægyptiorum annorum rationem, in annum à Nabonassaro 845. in 15. diem mensis Mechir, horis á meridie elapsis 18. scrup. 15. Sed iuxta annorum Iulianorum rationem, eadem hæc obseruatio facta est, anno à natiuitate Christi 98. die vndecimo Ianuarij, nocte illa quæ fuit inter 10. & 11. diem Ianuarij, hoc est, inter diem Mercurij & diem Iouis, scrup. 15, post horam sextam matutinam. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	6	53	38
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	16	51	10
Solis simplicis	4	41	43	24
Solis compositi	4	48	37	2
Anomaliæ Solis annuæ	3	40	11	13
Longitudinis lunæ à Sole	4	1	3	16
Anomaliæ Lunæ	4	20	34	12
Latitudinis Lunæ	4	8	3	46
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	6	14	2

SPICA VIRGINIS igitur stella primæ magnitudinis in ♍ part. 26 14′ 2″. habens latitudinem australem duarum partium.

	sex.	part.	′	″	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	54	8	scrup. proport. 58′ 52″.
Anomalia Solis coæquata	3	42	5	21	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	38	40	

ERGO ☉ in ♑ part. 19 36′ 6″. Fuit igitur Sol in 20. gradu Capricorni, sicut & Ptolemæus scribit.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	2	2	6	32	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	9	18	15	scrup. proport. 47 59.
Anomalia Lunæ coæquata	4	29	52	27	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	7	3	51	

ERGO ☽ in ♍ part. 26 4′ 33″.

Luna igitur Orientali ſua circumferentia acceſsit ad Spicam Virginis.


Motus latitudinis Lunæ coæquatus $\overset{\text{ſex.part.}}{4}\ 15\ 7'\ 37''$.

Ergo latitudo Lunæ auſtralis decreſcens $\overset{\text{part.}}{1}\ 16'\ 54''$.

Propter diuerſitatem meridianorum Romæ ſubtrahenda ſcrup. 42. vnius horæ, & propter inæqualitatem dierum naturalium auferenda ſcrup. 3.

Romæ ergo hæc coniunctio Lunæ & Spicæ Virginis conſpecta eſt, ſcrupulis 30. poſt horam quintam matutinam.

Subijcio nunc picturam huius apparitionis.



Luna fuit ἀμφίκυρτος quinta nocte poſt plenilunium.

IOHAN-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. Sosius Senecio II. A. Cornelius Palma.

IOHANNES Euangelista & apostolus domini nostri Iesu Christi, adolescentem qui fuerat princeps latronum, cùm agnosceret peccata sua, ageretq; pœnitentiam, reduxit circa hæc tempora in ecclesiam. Euseb. lib. 3. cap. 18. Irenæus lib. 2. cap. 39.

846

851
99

6 25 ED

Euaristius episcopus Romanus annis 9. cœpit tertio anno Traiani. Irenæus lib. 3. cap. 3. Substitutus est hic Euaristius sine dubio Clementi exulanti, ideoq; ante mortem Clementis anni eius sunt inchoandi.

4067

M. Vlpius Traianus Imperator. III. M. Cornelius Fronto.

847

852
100

29 Iulij.

IOHANNES EVANGELISTA moritur Ephesi, anno 68. post passionem Domini. Hieron. anno ætatis 91. Niceph. lib. 2. cap. 32.

7 26 C

Imp. M. Vlpius Traianus Cæsar. IIII. Sex. Articuleius Pætus.

4068

9. Cal. Decembris Clemens episcopus Romanus alligata ad collum ancora mandato Traiani in mare proiectus est. Platina.

Olymp. 220.

Traianus imperator de Dacis triumphauit. Euseb. in Chronico. Postea in theatrum gladiatores saltatoresq; reduxit. Idemq; Traianus pacis tempore in foro Augusti, & in portu Liuiæ, ac in plerisq; alijs locis, ius pro tribunali dixit. Xiphilin.

848

853
101

8 27 B

Quadratus apostolorum discipulus prophetia clarus habetur. Histor. Ecclesiast. cap. 38.

L. Licinius ... C. Sosius ...

4069

Traianus

Ab initio mundi. | Romæ conditæ. Christi vulgares. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

…sius Senecio. II. …nius Sura.

4069 | 849

—Traianus Cæsar Decebalum Dacorum regem vicit, qui mortem sibi consciuit. Idem Traianus in eo bello Istri siue Danubij ripas in Bulgaria ponte coniunxit magno & mirando opere, nec procul inde Nicopolin condidit, totamq; Daciam trans Danubium in prouinciam redegit. Dion. Nic. & Euseb. Per idem tempus Palma præfectus Syriæ cepit eam Arabiæ partem quæ Petram attingit, redegitq; in ditionem populi Romani. Xiphilin. in epitome Dionis.

854 | 102 | 9 | 28 A

Imp. Cæsar Traianus optimus Aug. V. Q. Articuleius Maximus. II.

4070 | 850

—Traianus victo Decebalo Vlpiam Traianiam in Transyluania condidit, & subacta Dacia & Transyluania Romam reuersus, spectacula edidit dierum centum viginti trium, in quibus gladiatorum decem millia inter se certauerunt. Iisdem temporibus strauit paludes Ponticias lapidibus, extruxitq; iuxta vias ædificia, pontesq; magnificentissimos fecit. Xiphil. in epitome Dionis.

855 | 103 | 10 | 1 GF

Suranus II. P. Neratius Marcellus.

4071 | 851 | 28. Iul.

—Traianus iisdem his temporibus Bibliothecas extruxit, ac in foro suo columnam maximam collocauit, cuius altitudo centum quadraginta pedes habuit, quæ & hodie Romæ monstratur. Sub hac columna cineres eius in vrna aurea Romam postea relati, maxima pompa humati sunt. Vide Eutrop. & Xiphilinum in epitome Dionis.

856 | 104 | 11 | 2 E

C. Iuli… L. Nus…

4072

Onesimus

Ab initio mundi.	Christi vulgares.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Olym. 221 | ...us Candidus II. ...milius, T. f. Quadratus. | 852

—Onesimus apostoli Pauli discipulus hoc tempore ecclesiæ Ephesinæ episcopus fuit, ad quem Diuus Ignatius epistolam scripsit, Euseb. lib. 3. cap. 30.

857 | 105 | 12 | 3 | D

4073 | L. Ceronius, L. f. Commodus Verus. L. Tutius Cerealis.

—L. Florus Epitomen Liuij edidit.

853

—Polybius Ecclesiæ Trallianæ præfuit. Euseb. lib. 3. cap. 30.

858 | 106 | 13 | 4 | C

—PAPIAS ecclesiæ quæ Hierapoli erat episcopus, magna fama & celebritate floruit, Euseb. lib. 3. cap. 30.

4074 | C. Sosius, Senecio IIII. L. Licinius, Sura III.

854

—L. Licinij Suræ funus Traianum Cæsarem publica sepultura honoratum esse, antequam orientem bello aggrederetur, Xiphilinus testatur in epitome Dionis.

859 | 107 | 14 | 5 | BA

4075 | Ap. An... M. Ati...

Traianus

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Traianus Cæsar secundo bello orientem adijt, vt Armeniam occuparet.

855
27 Iulij

nius Trebonius Gallus. lius, Metilius Bradua.

860
103

—7. Cal. Nouemb. Occisus est Euaristus, Ap. Annio Trebonio Gallo, & M. Atilio Metilio Coss. vacat sedes Romana dies 19. Succedit 17. Cal. Decemb. Alexander, qui sedet annis 7. m. 5. d. 19. Onuph.

15 6 G

4076

—Annum circiter duodecimum Imperii Traiani Primus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, successit Cerdoni, estq; hic quartus episcopus post Marcum Euangelistam, Euseb. lib. 4. cap. 1.

A. Cornelius Palma II. C. Caluisius Tullus II.

Olym. 224

856

—III. PERSECVTIO CHRISTIANORVM

—SIMEON frater Domini Cleophæ filius, Episcopus Hierosolymitanus, qui paulò ante destructionem vrbis Hierosolymæ cum Christianis in oppidum Pellam trans Iordanem discesserat, hoc tempore iussu Traiani Cæsaris & Attici viri consularis (coram quibus fidem Christi constanter professus erat) crucifigitur annos natus centum & viginti. Successit illi IVSTVS, Iudæus quidam qui se ad fidem Christi transtulerat. Euseb. lib. 3. cap. 26. & 29. IGNATIVS quoq; Episcopus Antiochenæ ecclesiæ, eodem hoc tempore, Romam abductus bestijsq; in cibum proiectus est. Hic cùm iam immanissimis proijceretur bestijs dixisse fertur. Frumentum ego sum Dei, bestiarum dentibus molor & subigor, vt panis mundus efficiar Christo. Successit illi Heros in ecclesia Antiochena. Euseb. lib. 3. cap. 30. Irenæus lib. 5.

861
109

16 7 F

4077

Clodius Crispinus. ...... Solenus Orphitus.

857

862
110

17 8 E

—PLINIVS Secundus Iunior Nouocomensis Clarus orator Hispaniæ præfectus, epistolam ad Traianum misit, & persecutionem Christianorum aliquo modo sedauit. Euseb. lib. 3. cap. 27.

L. Cal- ....Pets

4078

Cæsar

Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

phurnius Piso.
ius Rusticus Bolanus.

—Cæsar Traianus capta Nisibi, Parthicus cognominatus est. Xiphil.

—Persecutionem Ecclesiæ statim secuta est diuina vltio.

858 —Aurea domus Neronis Romæ conflagrauit repentino incendio. Pantheum Romæ à Domitiano constructum fulmine concrematum est. Eutrop. & Oros.

863
III

18 9 D C Imp. Vlpius Traianus Nerua VI. C. Iulius Africanus II.

—Antiochia anno libertatis suæ 159, cùm Cæsar Traianus ibi hyemaret, terræmotu penè tota euersa est. Ipse Cæsar à spectro eductus vix euasit. Pedo suffectitius consul in illo terræmotu oppressus interijt. Dion. Euagr. & Niceph.

4079 —Ineunte vere Cæsar Traianus in fluuio Tigri classem instituit, totam Assyriam subegit, Arbela quoq; ab eo capta est, vbi Alexander olim Darium superauerat. Dion.

859
26. Iul.

864
112

19 10 B L. Publius Iuuentius Celsus iurisconsultus II. C. Clodius Crispinus.

—Terræmotu quatuor vrbes Asiæ subuersæ sunt: Ælea, Mirina, Pytane, Cyme, & duæ Græciæ ciuitates, Pinthorium & Orthorium. Item tres Galatiæ ciuitates terræmotu corruerunt, quarum nomina non extant. Vide Oros. & Eutrop.

4080 —Traianus Armeniam, Assyriam & Mesopotamiam fecit prouincias. Euseb. in Chronico.

Olym. 223

860 —Traianus Babylonem venit, Ctesiphontemq; expugnauit, & statuit mare rubrum traijcere, & in Indiam vsq; exercitum traducere. Messanam quoq; insulam Tigris, in qua Athambilus regnabat nullo labore cepit, atq; in ijs locis propter vim hyemis & rapidum Tigrum, æstumq; maris in magnum periculum venit. Dion.

865
113

1 11 A Q. Nin... P. Ha...

4081

Cæsar

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

...nius Hasta. *...ilius Popilius*

—Cæsar Traianus, de suis Victorijs ad senatum scribit. Sed paulò pòst totus fermè oriens ab eo iterum defecit.

861 —Iudæi qui Cyrenen incolebant, Andrea duce Romanos & Græcos obtruncant eosq; deuorant, 18. anno Traiani inchoante. Euseb. lib. 4. cap. 2. & Xiphil. in epitome Dionis.

866

114 —Similis seditio in Ægypto & in Alexandria apud Syrenem & Thebaidem à Iudæis mota est, item in Cypro duce Artemione.

2 12 G

M. Valerius, M. f. M. n. Messala. *C. Popilius Carus Pedo.*

4082 —Iudæi victi sunt à ducibus Traiani. Dion.

862 —Traianus Cæsar Agarenos qui defecerant frustra oppugnat. Xiphil. Ita Traianum tunc fortuna deseruit, eò quòd sæuitiam aduersus ecclesiam exercuisset.

867

115

3 13 FE

Ebonius Aelianus. *L. Antistius, L. f. C. n. Vetus.*

4083 —5. Non. Maij occisus est Alexander episcopus Romanus, vacat sedes mens. 1. dies 4. Xistus succedit 6. Idus Iunij, qui sedit an. 9. mens. 9. dies 30. Onulph.

863 —Cæsar Traianus mortuus est in Cilicia 3. Idus Augusti, anno ætatis suæ sexagesimo quarto.

25. Iul.

—P. ÆLIVS ADRIANVS XV. Romanorum Imperator annis 20. mensib. 11. Æl. Spart. Cœpit imperare circa initium 864 anni à Nabonassaro, sicut demonstrant astronomicæ obseruationes Ptolemæi.

868

116

4 14 D

Quin- *Vipsa-*

4084 —Nonis Martij quidam Traianum mortuum esse scribunt Nigro & Aproniano coss. Eberus in Calendario.

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 224

Sine Niger.

nis Apronius, Pater Dionis Cassij Historici.

864 —Adrianus Cæsar imaginem Traiani curru triumphali vexit, vt ita optimus imperator nè post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. ÆL. Spart.

869
117
5 15 C
4085

Imp. Ælius Adrianus Augustus. I I.

Ti. Claudius, Ti. F. Fuscus Salinator

865 —PLVTARCHVS Philosophus clarus habetur.

870
118
6 16 B
4086

Imp. Ælius Adrianus Cæsar, Aug. III.

Q. Iunius Rusticus.

—Adrianus secundo tumultuantes Iudæos domuit. Euseb.

866 —PRIMVS Alexandrinæ ecclesiæ episcopus mortuus est cùm 12. annos illi ecclesiæ præfuisset, successit illi Iustus. Euseb lib. 4. capite 4. Hist. ecclesiast.

871
119
7 17 AG
4087

T. Au.

L. Ca

Bellum

Ab initio mundi. | A Christi vulgares. | Romæ cōditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Bellum contra Sauromatas gestum.

—Terræmotu Nicomedia ruit, & magna pars Niceæ vrbis, ad quarum instaurationem Adrianus de publico est largitus. Euseb. in Chron.

867

24 Iulij

872

120

S 18 F

4088

Olym. 225

M. Antonius Philosophus, qui postea imperauit, natus est sexto Cal. Maij, auo suo iterum & Augure Coss. Iul. Capitol.

868

873

121

9 19 E

—Euphrates Philosophus senectutis & perpetui morbi tædio, impetrata prius ab Adriano venia, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, atq; ita spontanea morte moritur. Euseb in Chron. Dion.

4089

—Adrianus Atheniensibus leges conscripsit, ex Draconis & Solonis aliorumq; legibus. Euseb.

869

874

122

10 20 D

Hieroso-

4090

... tius Seuerus. ... relius, T. f. T. n. Fuluus.

M. Annius, M. f. Verus. II. ... Augur.

Man. Acilius Auiola. C. Cornelius Pansa.

Q. Ar- C. Ven-

A Nabonassaro. Romæ conditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

vius Pætinus. [Aproni]anus.

—Hierosolymitanæ Ecclesiæ successiuè quindecim præfuerunt episcopi, vsq; ad secundam euersionem, vel potius ad reliquarum ruinarum destructionem, factam ab Adriano, videlicet. Iacobus Alphæi filius & Simeon Cleophæ filius fratres Domini, deinde Iustus, Zachæus, Tobias, Beniamin, Iohannes, Matthias, Philippus, Seneca, Iustus, Leui, Ephres, Ioseph & Iudas, qui omnes fuerunt ex circumcisione. Euseb. hist. eccles. lib. 4. cap. 5.

870

875
123
11 21
CB
Man. Acilius, Man. f. Glabrio. C. Bellicius Torquatus.

4091

—IVLIVS CELSVS Iurisperitus, Saluius Iulianus & Neratius Priscus imperatoris consiliarij clari habentur. Spart.

—Nonnulli qui à CHRISTO erant ad sanitatem restituti & à mortuis in vitam reuocati, ad Quadrati vsq; tempora, qui sub Adriano floruit, vitam perduxerunt. Euseb. hist. eccles. lib. 4. c. 3.

871
23. Iul.

876
124
12 22
A
P. Cornelius, P. f. Scipio Asiaticus. II. Q. Vettius Aquilinus.

—QVADRATVS Apostolorum discipulus & Aristides Philosophus Athenienses, libros Apologeticos ad Adrianum Cæsarem dederunt, ne innocentem Christianorum sanguinem funderet. Serenus Grenius legatus, vir apprimè nobilis, eadem de causa quoq; literas ad imperatorem misit, quibus commotus Adrianus, Minutio Fundano Asiæ proconsuli scripsit, sine obiectu criminum Christianos non condemnandos. Euseb. in Chronico & hist. eccles. lib. 4. cap. 3.

4092
Olym. 226

—ECLIPSIS LVNÆ facta est, anno 9. Cæsaris Adriani, Pachon 17. sequente 18. ante mediam noctem horis 3. scrup. 36. Alexandriæ. Distat medium huius à prima meridie Nabonassari annis Ægyptijs 871. diebus 256. & æqualibus horis simpliciter octo, scrup. 24. Distat item à medio Eclipsis Lunaris obseruatæ anno 31. Darij primi, annis Ægyptijs 615, diebus 133. horis æqualibus 21. scrup. 50. Ptol. lib. 4. cap. 9. In huius Eclipsis medio Luna distabat à maxima epicycli longitudine gr. 251. scrup. 53. erat iuxta nodum descendentem, & defecit sexta pars diametri eius à meridie. Medius motus eius fuit minor vero gr. 4. scrup. 53. Ptolom.

872

877
125
13 23
G
... An[ius] ... [illegible]

4093

CALCV-

Ab initio mundi. | Vulgares Christi. | Romæ conditæ. | à Nabonassaro.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO IX. CÆSARIS ADRIANI, ANNO CHRISTI 125. Cui reſpondet

Aureus numerus 12
Cyclus Solaris 22
Litera Dominicalis A.

A prima meridie Nabonaſſari ad hanc Eclipſin numerantur completi anni Ægyptij 871, dies 256, horæ 7. ſcrup. 46. Sub meridiano Regiomontano in Boruſsia. Facta igitur eſt hæc Eclipſis anno à Nabonaſſaro 872. die 17. menſis Pachon, horis poſt meridiem 7. ſcrup. 46.

Ab initio annorum Domini ad eundem hunc defectum Lunæ ſunt completi anni Iuliani 124. menſes 3. dies 4. horæ 19. ſcrup. 46. Igitur hæc Eclipſis facta eſt anno Chriſti 125. Quinto die Aprilis, tali videlicet nocte, quæ fuit inter 5. & 6. diem Aprilis, ſcrupulis 46. poſt ſeptimam horam veſpertinam, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales ſub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Boruſsiæ.

	ſex.	part.	′	″	
Præceſsionis ſimplicis æquinoctiorum	0	7	16	27	
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	0	19	42	35	
Solis ſimplicis	0	5	8	12	
Solis compoſiti	0	12	24	40	
Anomaliæ annuæ Solis	5	3	24	27	
Longitudinis lunæ à Sole	2	57	5	49	
Anomaliæ Lunæ	4	12	15	11	
Latitudinis Lunæ	1	14	37	28	
Ergo præceſsio vera æquinoctij	0	6	31	8	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	13	0	ſcrup. proport. 58′ 26″.
Anomalia Solis coæquata	5	5	37	27	
Abſoluta æquatio orbis addenda	0	1	53	4	

ERGO ☉ in ♈ 13 part. 32′ 24″.

	ſex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	54	11	38	
Æquatio ſecundi epicycli ſubtrahenda	0	1	35	25	ſcrup. proport. 0′ 15″.
Anomalia Lunæ coæquata	4	10	39	46	
Abſoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	4	47	21	

ERGO ☽ in ♎ 13 part. 32′ 30″.

Caput draconis in ♈ 24 part. 7′ 41″.

Cauda autem draconis in ♎ 24 part. 7′ 41″.

Diſtat ergo ☽ à cauda draconis 10 part. 35′ 11″. contra ſignorum ordinem.

Motus Latitudinis Lunæ coæquatus 1 ſex. 19 part. 24′ 49″.

Ergo latitudo Lunæ Borealis decreſcens 55′ 3″.

Semidiameter Lunæ 16′ 43″.

Semidiameter vmbræ 46′ 12″. Variatio vmbræ auferenda 0′ 11″.

Semidiameter igitur vmbræ coæquata 46′ 1″.

Summa vtriuſq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 62′ 44″.

Ablata latitudine Lunæ ſcrupula reliqua de ſumma Semidiametrorum 7′ 41″.


Diameter Lunæ apparens 33′ 26″.

DIGITI ECLIPTICI 2. ſcrup. 45. Defecit ergo ſexta diametri pars ab auſtro, ſicut & Ptolemæus annotauit.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 30
Motus horarius Lunæ 31′ 9″.
Durauit ergò dimidius defectus 57. ſcrupulis vnius horæ, Totus autem defectus horam vnam ſcrup. 53.
Propter diuerſitatem meridianorum Alexandriæ addenda ſunt ſcrup. 55. vnius horæ.
Et propter inæqualitatem dierum naturalium addenda ſcrup. 7. Ergo Alexandriæ hic defectus Lunæ conſpectus eſt horis poſt meridiem 8. ſcrup. 48. Tribus horis & 12. ſcrupulis ante mediam noctem.
Latitudo Lunæ in initio Eclipſis Borealis decreſcens 57′ 47″. Et in fine defectus itidem Borealis decreſcens 52′ 18″.

Subijcio nunc picturam huius Eclipſis.



Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ælius Vespronius, Candidus Verus II. ... Ambiguus Bibulus Pius.

873

878
125
14 22
F

4094

Gallicanus. Cælius Titianus.

874

879
127
15 25
ED

4095

L. Nonius, L. f. Asprenas Torquatus II. A. Annius, M. f. Libo.

875
22 Iulij

880
128
16 26
C

4096

— 8. Idus Aprilis occisus est Xistus Romanæ ecclesiæ episcopus, Vespronio Vero & Vibullio Pio Coss. vacat sedes dies 2. successit Telesphorus 5. Idus Aprilis, qui præfuit Romanæ Ecclesiæ ann. 10. m. 8. d. 28.

— AQVILA, hoc tempore floruit, qui Prophetas Ebræos in Græcum sermonem vertit, cuius diuus Hieronymus crebram mentionem facit.

— Imperator Adrianus pater patriæ appellatus est, & vxor eius Augusta. Euseb.

— Cornelius IIII. Antiochiæ ordinatur episcopus. Euseb. in Chronico.

— S. C. Libonianum, Annio Libone Cos. factum, aduersus eum qui ob aduocationem, testimoniaue instituenda, pecuniam acceperit pactusue fuerit. L. Cornel. de falsis.

— Monumentum Salomonis corruit, lupi quoq; & hyænæ in vrbes Iudæorum rugientes & vlulantes introierunt. Dion.

Bar-

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ab initio Mundi.	Christi vulgares.	Romæ condita.	A Nabonassaro.	
Olym. 227	lius Balbus.	nenius, Celsus IL-	876	Barcochab siue Bencochab Iudaicæ factionis princeps sex annis in Iudæa tumultuatur. Nicopolis & Cæsarea Palæstinæ vrbes terræmotu conciderunt. Euseb in Chron. Antinous puer, quem Adrianus amauerat, in Ægypto moritur.
4097	129 (17) M. Flauius Aper.	881 (27) B Q. Fabius Catullinus.		Eumenes Alexandrinæ ecclesiæ episcopus successit Iusto, qui vndecim annos in episcopatu illo transegerat. Euseb. Hist. eccles. lib 4. cap. 5. Præfuit autem ecclesiæ Alexandrinæ annis 13. Euseb. lib. 4. cap. 10. Antinous puer regius eximiæ pulchritudinis in Ægypto adoratur, quem Adrianus in delicijs habuerat, eamq; ob causam in Deos retulit, & templum ei apud Mantineam construxit, Antinoeamq; vrbem in Ægypto in honorem eius condidit. Euseb.
4098	130 (18) M. Antonius Rufinus.	882 (28) A Ser. Octauius Lenas Pontianus.	877	Barcochab pseudomessias Iudæorum Christianos nisi negarent Christum ad supplicia traxit. Igitur Adrianus postea cùm pelleret Iudæos, distinxit ab eis Christianos. Phauorinus & Palæmon rhetores insignes habentur, item Dionysius Milesius, & Heliodorus, de quibus vide Dionem in Adriano.
4099	131 (19) Iunius	883 (1) GI .... Hi-	878	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

bernus. Silanus Sisenna.

—Iudæi in arma versi, Palæstinam depopulati sunt, tenente prouinciam Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles, Cæsar Adrianus misit exercitum. Euseb.

879
21 Iulij

—● in ♎ ÆQVINOCTIVM AVTVMNALE obseruatum à PTOLEMÆO Alexandriæ in Ægypto, anno Adriani Imp. 17. mensis Athyr die 7. post meridiem duabus proximè horis æqualibus, quod à primo anno Nabonassari, primæq; diei eiusdem meridie, distabat annis Ægyptijs 879. diebus 66. & æqualibus horis 2. Sol medio motu distabat ab apogæo eccentrici grad. 116. scrup. 40. Ptol. lib. 3. cap. 8. Huius Æquinoctij calculus paulò pòst sequitur.

884
132
1 2 E

C. Iulius Seruilius, Vrsus, Seruianus. II. C. Vibius, Iuuentius Verus.

4100

—Adrianus Athenis cum multa alia, tum & bibliothecam miri operis extruxit. Euseb.

Olym. 228

—ECLIPSIS LVNÆ obseruata à Ptolemæo Alexandriæ in Ægypto anno Adriani 17. Pauni mensis die 20. quem 21. sequebatur, cuius medium fuit tribus quadrantibus vnius horæ ante mediam noctem, defecit tota Luna, sole existente in ♉ 13. 14. part. Ptol. lib. 4. cap. 6. Huius ecclipsis calculus mox sequitur.

880

—Adrianus aduersus Iudæos misit Iulium Seuerum, vocatum è Britannia, qui multis leuibus prælijs eos vicit, quinquaginta eorum arces munitissimas expugnauit, Vici quoq; celeberrimi nongenti Octoginta quinq; funditus euersi sunt, cæsa sunt in excursionibus prælijsq; hominum quingenta Octoginta millia. Dion.

885
133
2 3 D

Pompe- L. Iulius

4101

CALCV-

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares. | A Nabonassaro.

CALCVLVS ÆQVINOCTII AVTVMNALIS QVOD FACTVM EST XVII. ANNO CÆSARIS ADRIANI, ANNO CHRISTI 132. BISEXTILI.

A prima meridie Nabonassari vsq, ad hoc æquinoctium autumnale sunt completi anni Ægyptij 879, dies 66, hora vna & scrup. 5. sub meridiano Montis regij in Borussia. Factum igitur est hoc æquinoctium, die septimo mensis Athyr, hora vna & scrup. 5. post meridiem.

Ab initio annorum Domini, ad eundem hunc introitum Solis in ♎, numerantur completi anni Iuliani 131, menses 8, dies 24, horæ 13, scrup. 5. Sub eodem meridiano Regiomontano. Incidit ergo hoc æquinoctium autumnale in annum Christi vulgarem 132. & in 25. diem Septembris, hora vna & scrup. 5. post meridiem, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	22	42	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	20	29	36	
Solis simplicis	2	55	34	23	
Solis compositi	3	2	57	6	
Anomaliæ annuæ Solis	1	53	47	26	
Præcessio vera æquinoctij	0	6	35	45	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	18	8	Scrup. proport. 58′ 19″.
Anomalia Solis coæquata	1	56	5	34	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	10	15	

ERGO ☉ in ♎ 0 part. 0′ 2″.

Propter diuersitatem meridianorum Alexandriæ addenda sunt 55. scrup. vnius horæ.

Ergo Alexandriæ in Ægypto hoc æquinoctium factum est duabus horis æqualibus post meridiem, sicut & Ptolemæus habet. Vides ergo quanta sit in calculo Prutenico certitudo.

CALCV-

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO XVII. CÆSARIS ADRIANI, ANNO CHRISTI 133. Cui respondet

Aureus numerus 1
Cyclus Solaris 2
Litera Dominicalis E.

A prima meridie Nabonassari ad hanc Eclipsin sunt completi anni Ægyptij 879, dies 289, horæ 10. scrup. 1. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Facta igitur est hæc Eclipsis die 20. mensis Payni, post meridiem horis 10. scrup. 1. anno à Nabonassaro 880.

Ab initio annorum Christi, ad eundem hunc defectum Lunæ numerantur completi anni Iuliani 132. menses 4. dies 5. horæ 22. scrup. 1. Igitur hæc Eclipsis facta est anno Christi vulgari 133. sexta die Maij, horis post meridiem 10. scrup. 1. Si ad meridianum Montis regij in Borussia calculus dirigatur, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales,

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	23	13	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	20	33	27	
Solis simplicis	0	35	43	50	
Solis compositi	0	43	7	2	
Anomaliæ Solis annuæ	5	33	56	37	
Longitudinis lunæ à Sole	2	57	31	3	
Anomaliæ Lunæ	5	14	8	2	
Latitudinis Lunæ	4	22	36	17	
Præcessio vera æquinoctij igitur	0	6	36	17	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	18	34	scrup. proport. 58′ 18″.
Anomalia Solis coæquata	5	36	15	11	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	55	15	

ERGO ☉ in ♉ part. 13 15′ 22″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	55	2′	6″	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	21	40	scrup. proport. 0′ 9″.
Anomalia Lunæ coæquata	5	13	0	45	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	3	24	25	

ERGO ☽ in ♏ part. 13 15′ 35″.

Caput draconis in ♏ part. 17 43′ 8″.

Absuit ergo caput draconis à Luna part. 4 27′ 33″.

Latitudinis motus Lunæ coæquatus sex. part. 4 25 32′ 27″.
Ergo latitudo Lunæ australis decrescens 23′ 18″.
Semidiameter Lunæ 15′ 21″.
Semidiameter vmbræ 41′ 23″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 56′ 44″.
Ablata latitudine Lunæ scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 33′ 26″.
Diameter Lunæ apparens 30′ 42″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 13. scrup. 3. Tota igitur Luna defecit.

Differentia scrupulorum vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 26′ 2″.
Scrupula moræ dimidiatæ 12′. Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 52′
Motus horarius Lunæ 27′ 37″. Ergo dimidius defectus durauit horam vnam & scrupula 53. integer autem defectus horas 3. scrup. 46.
Mora dimidiata durauit 26. scrup. vnius horæ, Integra autem mora 52 scrup. vnius horæ.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Australis decrescens 28′ 13″. Et in fine Eclipsis itidem australis decrescens 18′ 23″.

Ascensio

Ascensio recta veri loci Solis temporum 4. 47. 50.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium 17. scrup. vnius horæ addenda, & propter diuersitatem meridianorum sub meridiano Alexandrino addenda 55. scrup. vnius horæ.
Ergo Alexandriæ in Ægypto hæc Eclipsis visa est horis post meridiem 11. scrup. 13. ante mediam noctem scrupulis 47. quæ respondent tribus quadrantibus vnius horæ, sicut & Ptolemæus habet. Vides ergo quanta in calculo Prutenico sit certitudo.

Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.



Hanc Eclipsin secuta est vltima clades Iudæorum, Pseudomesias Bencochab, quem postea Iudæi nominârunt Bencozba, id est, filium mendacij, à Iulio Seuero ad oppidum Bethoron victus & occisus est, atq; ita meritas scelerum pœnas dedit. Omnis deinde Iudaica natio, cuius pars magna, longiore obsidione, fame, pestilentia, siti, intestinisq; seditionibus interierat, ad postremum è tota Palæstina & eiecta, proposito edicto, ne ex sublimiore eis loco, terram illam patribus eorum promissam, contueri saltem liceret. Pseudomesias vt alluderet ad vaticinium: Orietur stella ex Iacob, nominatus erat Bencochab, id est, filius stellæ. Alij scribunt Barcochab, quod prorsus idem est. Sed cum in prælio caderet, reipsa declarauit se fuisse Bencozba, hoc est, filium mendacij: Numerus Iudæorum qui in hoc bello occisi sunt, scribitur fuisse quinquies centena millia hominum. Alij qui pestilentia & fame perierunt, non potuerunt numerari.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Pompeianus Lupercus.

L. Iulius, L. f. Atticus Acilianus.

—Bencochab pseudomessias Iudæorum 18. anno Adriani in prælio occiditur, populo Iudaico ex illo tempore interdictum est, ne pedem in agrum Ierosolymitanum quandoq; referret, imo ne vel ex edito loco paternum Solum Iudæi oculis aliquando aspicerent. Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 6.

881

—PTOLEMÆVS ASTRONOMVS CLARET.

886

134

3 4

—ECLIPSIS LVNÆ obseruata est à Ptolemæo Alexandriæ in Ægypto anno 19. Cæsaris Adriani, Chæac secundum AEgyptios die secundo, sequente tertio, cuius medium fuit ante mediam noctem vna hora æquali, Sole vero motu existente in ♎ 25 part. 6'. Luna medio motu existente in ♈ 29 50. & secundum inæqualitatem à maxima epicycli longitudine 54 part. 38'. Defecit à Septentrione medietas & tertia diametri pars (distans nimirum à nodo descendente gradib. 5. scrup. 39. vt addit Copernicus) Huius Eclipsis calculum & picturam subijcio.

4102

L. Ceionius, L. f. L. n. Commodus Verus.

Sex. Vetulenus, Civica Pompeianus.

—Pharasmanes Alanorum siue Massagetarum rex Armeniam, Cappadociam, & Mediam vastauit. Dion.

—Cæsar AElius Adrianus ex Ierosolymæ ruinis vrbem ædificauit, quam à suo nomine AELIAM nominauit, & Suem ex marmore factam portæ qua Bethlehem itur affixit, pulsisq; Iudæis, Christianis concessit vt ibi habitarent, fuitque primus Episcopus ibi MARCVS, non ex Iudæis parentibus natus. Euseb. hist. eccles. lib. 4. cap. 6.

882

887

135

4 5

BA

—Basilides, Carpocrates & Saturninus hæretici, fidem Christianam oppugnant, de quibus Irenæus lib. 1. cap. 22. 23. & 24. & Euseb. hist. eccles. lib. 4. cap. 7.

L. Ælius

C. Cali.

—CASTOR AGRIPPA egregius Scriptor ecclesiasticus habetur, qui Basilidis deliramenta refutauit. Euseb.

4103

CALCV-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ cõditæ. | A Nabonassaro.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO XIX. CÆSARIS ADRIANI, ANNO CHRISTI 134. Cui respondet

Aureus numerus 2
Cyclus Solaris 3
Litera Dominicalis D.

A prima meridie Nabonassari ad hanc Eclipsin numerantur completi anni Ægyptij 881, dies 91, horæ 9. scrup. 39. Sub meridiano Regiomontano in Borussia. Visa igitur est hæc Eclipsis in Borussia, anno à Nabonassaro 882. secundo die mensis Chæac, horis post meridiem 9. scrup. 39. æqualibus.

Ab initio annorum Domini ad eundem hunc defectum Lunæ sunt completi anni Iuliani 133. dies exacto Septembri completi 19. horæ 21. scrup. 39. Sub meridiano montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Conspecta igitur est hæc Eclipsis anno Christi 134. die 20. Octobris, horis post meridiem 9. scrup. 39. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales, ad eundem meridianum Regiomontanum.

	sex.	part.	′	″	
Præcesionis simplicis æquinoctiorum	0	7	24	26	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	20	42	37	
Solis simplicis	3	20	3	30	
Solis compositi	3	27	27	58	
Anomaliæ annuæ Solis	2	18	15	42	
Longitudinis lunæ à Sole	3	2	48	33	
Anomaliæ Lunæ	1	4	44	43	
Latitudinis Lunæ	1	39	56	45	
Ergo præcesio vera æquinoctij	0	6	37	13	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	19	33	scrup. proport. 58′ 17″.
Anomalia Solis coæquata	2	20	35	15	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	33	24	

ERGO ☉ in ♎ 25 part. 7′ 22″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	5	37	6	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	32	20	scrup. proport. 0′ 11″.
Anomalia Lunæ coæquata	1	6	17	3	
Absoluta æquatio 1. epicycli subtrah:	0	4	21	46	

ERGO ☽ in ♈ 25 part. 7′ 33″.

Caput draconis in ♎ 19 part. 32′ 34″.

Cauda igitur draconis in ♈ 19 part. 32′ 34″.

Abfuit ergo ☽ à cauda draconis 5 part. 34′ 59″.

Motus Latitudinis Lunæ coæquatus 1 sex. 35 part. 34′ 59″.
Ergo latitudo Lunæ australis crescens 29′ 8″.
Semidiameter Lunæ 15′ 42″.
Semidiameter vmbræ coæquata 41′ 45″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 57′ 27″.
Ablata latitudine Lunæ scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 28′ 19″.
Diameter Lunæ apparens 31′ 24″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 10, scrup. 50. Defecit ergo à septentrione medietas Lunæ, & tertia insuper diametri pars, sicut & Ptolemæus habet.

Scrupula incidentiæ 51
Motus horarius Lunæ 28′ 33″.

Durauit ergo dimidius defectus horam vnam scrup. 47. Integer autem defectus horas 3. scr. 34.
Latitudo Lunæ initio Eclipsis australis crescens 24′ 20″. Latitudo eiusdem in fine Eclipsis itidem australis crescens 33′ 56″.

temp.
Ascensio recta veri loci Solis 203 16′ 27″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 25. scrup. vnius horæ.
Et propter diuersitatem meridianorum Alexandriæ addenda sunt 55. scrup. vnius horæ.
Ergo Alexandriæ in Ægypto hæc Eclipsis conspecta est horis post meridiem 10. scrup. 59. hoc est, hora vna ante mediam noctem, quod exacte congruit cum Ptolomæi obseruatione, vnde denuo calculi Prutenici certitudo apparet.

Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.



Hanc Eclipsin secutum est bellum, quod Pharasmanes Alanorum siue Massagetarum rex mouit, qui Cappadociam, Armeniam & Mediam igni & ferro horribiliter vastauit, teste Xiphilino in epitome Dionis. Gerardus Mercator integro anno à nostro calculo aberrat, ponit enim hanc Eclipsin anno Christi vulgari 135. quam tamen anno Christi vulgari 134. factam esse calculo Prutenico satis probauimus. Iniuste ergo Nicolaum Copernicum hoc loco accusat Gerardus Mercator. Idem quoq; tali anno hunc defectum Lunæ ponit, qui habuerit literam Dominicalem C, hoc est, Cyclum Solarem 4. & iuxta Dionysij Cyclum decemnoualem, aureum numerum habuerit 3. Nos ècontra, huic anno quo Eclipsis hæc facta est, aureum numerum respondere 2. (cum quo cohæret Cyclus Solaris 3. & Litera Dominicalis D.) Sic probamus: Aureus numerus hic 2. hoc nostro tempore in Calendario Bartolomæi Sculteti monstrat plenilunium apud 16. diem Octob. Ab hac Eclipsi autem Ptol. ad nostra vsq; tempora, numerantur completi anni Iuliani 1448. Hi anni diuidantur per 304. tot enim dierum interuallo, aurei numeri vna die anticipant. Facta igitur partitione, colliges dies 4. addendos ad decimum sextum diem Octobris, atque ita plenilunium hoc Eclipticum denuo recte incidet in vigesimum diem Octobris. Sed si iuxta Mercatoris calculum ternarium sumpseris pro aureo numero, is tibi monstrabit plenilunium apud quartum diem Octobris, si adieceris dies 4. incidit tibi plenilunium hoc Eclipticum in 8. diem Octobris Sole perambulante 14. gradum ♎. Supputationem ergo Mercatoris integro anno aberrare luce clarius apparet.

Cyclus

Ab initio mundi.	Christi vulgares.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	Cyclus ☽	Cyclus ☉
	C. Cælius, P. f. Balbinus, Vibullius Pius.	L. Ælius, Adriani Aug. f. Verus, Cæsar II.	883 / 20. Iul.		
4104 / Olym. 229	136	888		5	6 G
	Quinctius Niger Magnus.	Sulpitius Camerinus.	884		
4105	137	889		6	7 F
	Bru-	Imp.			

—EGESIPPVS Historiographus inter alios Scriptores Ecclesiasticos hoc tempore floruit. Euseb. lib. 4. cap. 8.

—IVSTINVS eodem hoc tempore viguit veræ ac diuinæ Philosophiæ fautor maximus. Euseb. ibidem.

—L. AElius Verus Cæsar quem Adrianus adoptauerat. Cal. Ianuarijs moritur. Iul. Capitol.

—Nonis Ianuarij occisus est Telesphorus Episcopus Romanus, Quinctio Nigro & Sulpitio Camerino coss. Succesit illi Higinius Idib. Ianuarijs, sedit annis vndecim. Extat eius epistola scripta 10. Cal. Martij, Magno & Camerino coss.

Quinto Cal. Mart. Antoninus Pius adoptatus est ab Adriano Imperatore. Iul. Capitol.

—ANTONINVS Pius cœpit imperare 6. Idus Iulij Imperauit annos 22. menses 7. dies 26. Onuph.

—GALENVS Medicorum lumen hoc tempore floruit.

Nico-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cæsar T. Ælius Adrianus, Antoninus Pius, Aug. 11. tiuo præfuit.

885

Nicolaus Copernicus lib. 3. cap. 11. reuolutionum, computat à prima meridie Nabonassari ad primum annum Iulianum annos Ægyptios 702. dies 118. cum semisse. Inde ad mortem Antonij & Cæsaris Octauiani Monarchiam annos Ægyptios 15. dies 246. cum semisse, vt sint à prima meridie Nabonassari anni 718. Deinceps ad primum annum Christi vulgarem annos Ægyptios 29. dies 130. cum semisse, vt sint à prima meridie Nabonassari ad initium annorum Christi, anni Ægyptij 747. dies 130. horæ 12. Inde ad secundum hunc annum Antonini Pij idem Nicolaus Copernicus ponit annos Ægyptios 138. dies 89. quod tempus longe intra secundum hunc annum Antonini excurrit, scilicet vsq; ad confinia Veris, quo tempore Ptolemæus stellarum positus obseruauit. Hæc supputatio Copernici exactè congruit cum nostro calculo.

Obseruatio VENERIS facta est anno secundo Antonini Pij, 29. die mensis Tybi, sequente 30. post mediam noctem horis æqualibus 4. scrup. 45. Sole medio motu in ♐ 22. 9. Distat hæc ab ea quæ anno 13. cum semisse Philadelphi facta est annis Ægyptijs 409. & diebus 167. Ptol. lib. 10. cap. 4.

890
138

7 | 8 E

Imp. Cæsar. M. Ælius,

Obseruatio inæqualitatis LVNÆ facta à Ptolemæo Alexandriæ, anno 2. Antonini Phamenoth secundum Ægyptios die 15. (24. scribendum est, vt colligitur ex tempore à Nabonassaro) post ortum ☉, ante meridiē horis æqualib. 5. scrup. 15. ☉ viso in ♒ 16 27. Luna medio motu existente in ♏ 17 20. A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem numerantur anni AEgyptij 885. dies 203. & horæ æquales 18. scrup. 45. Ptolom. lib. 5. cap. 3. Sequitur demonstratio vtriusq; obseruationis per calculum Prutenicum.

4106

CAL-

Ab initio mundi. | Romæ cōditæ. Christi vulgares. | A Nabonassaro,

CALCVLVS VENERIS QVAM PTOLEMÆVS OBSERVAVIT ANNO à NABONASSARO 886, *secundo anno Imperatoris Antonini Pij, anno Christi 138. Cui respondet*

Aureus numerus 6.
Cyclus Solaris 7.
Litera Dominicalis F.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem Ptolemæi sunt completi anni Ægyptij 885. dies 148. horæ 15. scrup. 55. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Et ab initio annorum Christi sub eodem meridiano, ad hanc obseruationem sunt completi anni Iuliani 137. menses 11. dies 15. horæ 3. scrup. 55. Facta igitur est hæc obseruatio Veneris anno Christi 138. die 16. Decembris, scrupulis 5. ante horam quartam matutinam. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

VENVS.



	sex.	part.	′	″
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	27	55
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	21	8	47
Solis simplicis	4	15	29	3
Solis compositi	4	22	56	58
Anomaliæ seu commutationis Veneris	3	52	0	39
Ergo præcessio vera æquinoctii	0	6	39	54
Adde motum Solis simplicem	4	15	29	3
	4	22	8	57

Ergo ☉ motu medio in ♐ 22 part. 8′ 57″. Sicut & Ptolemæus habet.

	Sex.	part.	′	″	
Anomalia Eccentri Veneris	3	27	8	3	
AEquatio Eccentri Veneris addenda	0	0	55	34	scrup. proport. 56′ 17″.
Motus longitudinis coæquatus	4	16	24	37	
Anomalia Eccentri coæquata	3	28	3	37	
Motus commutationis coæquatus	3	51	5	5	
Absoluta æquatio parallaxeos orbis subtrahenda	0	46	15	15	

ERGO ♀ in ♒ 6 part. 49′ 16″. Habens latitudinem Borealem 3 part. 2′ 8″.

Propter diuersitatèm meridianorum Alexandriæ in AEgypto ad tempus addenda scrup. 55. Ergo Alexandriæ à Ptolemæo hæc obseruatio facta est, post mediam noctem horis æqualibus quatuor scrup. 50. quod ad tempus à Ptolemæo annotatum quam proximè accedit.

CALCVLVS INÆQVALITATIS LVNÆ QVEM PTOLEMÆVS OBSERVAVIT ANNO à NABONASSARO 886, *secundo anno Imperatoris Antonini Pij, anno Christi 139.*

Cui respondet

Aureus numerus 7.
Cyclus Solaris 8.
Litera Dominicalis E.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem numerantur completi anni Ægyptij 885. dies 203. horæ 17. scrup. 58. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Facta igitur est hæc obseruatio inæqualitatis Lunæ die 24. mensis Phamenoth, horis à meridie elapsis 17. scrup. 58. hoc est, die 9. Februarij, scrup. 58. post quintam horam matutinam, vt sint ab initio annorum Christi completi anni Iuliani 138. mensis vnus, dies 8. horæ 5. scrup. 58. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, si ad eundem meridianum Montis regij calculus dirigatur.



	sex.	part.	′	″
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	28	2
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	21	9	43
Solis simplicis	5	9	46	36
Longitudinis Lunæ à Sole	4	30	53	20
Anomaliæ Lunæ	1	27	25	35
Ergo præcesio vera æquinoctii	0	6	39	59
Ergo ☾ motu medio in ♏		17	19	55
Et ☉ motu medio in ♒		16	26	35
Motu vero autem in ♒		18	42	27

Propter diuersitatem meridianorum Alexandriæ ad tempus addenda sunt 55. scrup. Ergo Alexandriæ in AEgypto hæc obseruatio facta est, paulò pòst ortum Solis, horis 5. & scrup. 7. ante meridiem, quod ad tempus à Ptolemæo annotatum quam proximè accedit.

Cyclus

Ab initio mundi.	vulgares. Christi.	Romæ conditæ.	A Nabonassaro.	
	Cyclus ☽ Cyclus ☉			
	Imp. Cæsar, T. Ælius Adrianus Antoninus Pius III. M. Ælius, Aurelius, Pij Aug. f. Cæsar.		886	—Obseruatio periodici motus MERCVRII facta à Ptolemæo Alexandriæ in Ægypto, anno secundo Cæsaris Antonini, qui fuit 886. annus á Nabonassaro, mensis Epephi die 2. sequente tertio, ante mediam noctem horis æqualibus, 4. scrup. 30. Sole existente motu medio in ♉ 22 34. Distat hæc obseruatio ab ea quæ anno 21. secundum Dionysium facta est (anno mundi 3804. notata) annis Ægyptijs 402. diebus 283. horis 13. scrupulis 30. Ptol. lib. 9. cap. 10. Huius obseruationis calculum paulò pòst subijciemus.
				—Antoninus Pius tertio anno Imperij sui vxorem Faustinam amisit, quæ honorificè sepulta est. Iul. Capitol.
				—ÆQVINOCTIVM autumnale obseruatum à Ptol. anno 3. Antonini, qui est 463. à morte Alexandri magni, 9. die AEgyptij mensis Athyr, post vnam horam à Solis ortu factum. Ptolom. pag. 66. & 75. Hoc æquinoctium hoc anno Christi vulgari 139. 26. die Septembris factum esse paulò pòst demonstrabimus calculo Astronomico.
	139	891		
4107	8 · 9 DC M. Peducæus, Syloga Priscianus. T. Hœnius Seuerus.			—Antoninus Imperator pater patriæ appellatus est. Euseb. in Chronico.
				—AEQVINOCTIVM vernum obseruatum à Ptolemæo 7. die Ægyptij mensis Pachon, vna hora post meridiem, in anno 463. à morte Alexandri, & 285. annis post idem æquinoctium obseruatum ab Hipparcho 32. anno tertiæ secundum Calippum Periodi. Ptol. pag. 66. & 75.
			887 19. Iul.	—SOLSTITIVM AESTIVVM obseruatum à Ptolemæo anno 463. post mortem Alexandri, vndecimo die AEgyptij mensis Mesori, post mediam noctem, quam sequebatur 12. dies mensis Mesori.
				Has obseruationes Astronomicas Ptolemæi, rectè à nobis positas esse, calculo Prutenico demonstrabimus.
	140	892		
4108	9 · 10 B L. Cassius L. Statius			—Valentinus Hæresiarcha & Cerdo magister Marcionis, circa hæc tempora sub Hygino Romanæ Ecclesiæ Episcopo Romam venerunt. Euseb. & Irænęus lib. 3. cap. 4.

CALCV.

CALCVLVS MERCVRII QVEM PTOLEMÆVS ANNO à NABONASSARO 886, *anno secundo Cæsaris Antonini Pij, anno Christi 139. Cui respondet*

Aureus numerus 7.
Cyclus Solaris 8.
Litera Dominicalis E.

A prima meridie Nabonassari ad hanc obseruationem Mercurij sunt completi anni Ægyptij 885. dies 301. horæ 6. scrup. 35. Et ab ab initio vulgari annorum Christi ad eundem hunc positum Mercurij numerantur completi anni Iuliani 138. menses 4. dies 16. horæ 18. scrup. 35. Facta igitur est hæc obseruatio Mercurij, iuxta Ægyptiorum annorum rationem anno 886 à Nabonassaro, secundo die mensis Epephi, horis à meridie elapsis 6. scrup. 35. Et iuxta nostrorum annorum rationem, eadem hæc obseruatio facta est, anno Christi 139. die 17. Maij, horis post meridiem 6. scrup. 35. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur.



	sex.	part.		
Præcesionis simplicis æquinoctiorum	0	7	28	15
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	21	11	24
Solis simplicis	0	45	53	56
Solis compositi	0	53	22	11
Apogæi Mercurii	3	8	48	17
Commutationis Mercurii	1	43	31	11
Præcesio vera æquinoctii igitur	0	6	40	9
Anomalia Eccentri Mercurii	3	37	5	39
Æquatio Eccentri Mercurii addenda	0	1	57	16
Motus longitudinis coæquatus	0	47	51	12
Anomalia Eccentri coæquata	3	39	2	55
Motus commutationis coæquatus	1	41	33	55
Absoluta æquatio parallaxeos orbis ad-(denda	0	23	26	17

scrup. proport. 57′ 26″.

ERGO ☿ in ♊ part. 17 57′ 38″. Latitudo eius austrina 48′ 39″.

Sol motu medio in ♉ part. 22 34′ 5″. Quod exactè cum Ptolemæi obseruatione congruit.

Apogæon ☿ in ♎ part. 15 28′ 26″.

Propter diuersitatem meridianorum sub meridiano Alexandrino addenda sunt 55. scrup. vnius horæ ad tempus æquale. Ergo Alexandriæ in Ægypto Ptolemæus hunc positum Mercurii obseruauit tribus quadrantibus vnius horæ post Solis occasum, horis à meridie elapsis 7. scrup. 30. hoc est, horis 4. scrup. 30. ante mediam noctem, sicut & Ptolemæus habet.

CALCV-

CALCVLVS ÆQVINOCTII AVTVMNALIS QVOD FACTVM EST ANNO à NABONASSARO 887. TERTIO ANNO ANtonini Pij Imperatoris, Anno Christi 139.

Cui respondet

Aureus numerus 7,
Cyclus Solaris 8,
Litera Dominicalis E.

A prima meridie Nabonassari ad hoc æquinoctium autumnale sunt completi anni Ægyptij 886, dies 67, horæ 18, scrup. 22. sub meridiano Regiomontano in Borussia. Contigit ergo hoc æquinoctium tempore matutino, cum eodem die circa meridiem inciperet 9. dies AEgyptii mensis Athyr, qui incidit in 26. diem Septembris.

Ab initio annorum Christi ad idem hoc æquinoctium numerantur completi anni Iuliani 138. menses 8. dies 25. horæ 6. scrup. 22. Incidit ergo in annum Christi vulgarem 139. & in 26. diem Septembris, horis à media nocte elapsis 6. scrup. 22. ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, si ad meridianum Montis-regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	28	33	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	21	13	40	
Solis simplicis	2	55	29	51	
Solis compositi	3	2	58	24	
Anomaliæ annuæ Solis	1	53	39	55	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	6	40	23	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	22	56	Scrup. proport. 58′ 12″.
Anomalia Solis coæquata	1	56	2	51	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	10	14	

ERGO ☉ in ♎ 0 part. 0′ 0″. Sol igitur in principio Libræ.

Veri loci Solis ascensio recta 180 temp. 0′ 0″.

Igitur æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 19′ scrup. vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum in Alexandrino addenda 55. scrup. vnius horæ.

Ergo Alexandriæ in Ægypto hoc æquinoctium factum est, 26 die Septembris, scrupulis 36. post septimam horam matutinam.

CALCV

CALCVLVS ÆQVINOCTII VERNALIS QVOD FACTVM EST ANNO à NABONASSARO 887. TERTIO ANNO ANtonini Pij Imperatoris, Anno Christi 140.

Cui respondet

Aureus numerus 8,
Cyclus Solaris 9,
Literæ Dominicales D & C.

A prima meridie Nabonassari ad hoc æquinoctium vernale sunt completi anni Ægyptij 886, dies 245, hora 23, scrup. 38. sub meridiano Regiomontano in Borussia. Et ab initio annorum Christi ad idem hoc æquinoctium sunt completi anni Iuliani 139, dies 81, horæ 11, scrup. 38. Sub eodem meridiano. Factum igitur est hoc æquinoctium 7. die mensis Pachon, qui respondebat 22 die mensis Martij, paulò ante meridiem, horis à media nocte elapsis 11. scrup. 38. ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	7	28	58	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	21	16	45	
Solis simplicis	5	51	9	6	
Solis compositi	5	58	38	4	
Anomaliæ annuæ Solis	4	49	18	58	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	6	40	42	
Æquatio centri addenda	0	2	23	16	Scrup. proport. 58′ 11″.
Anomalia Solis coæquata	4	51	42	14	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	10	13	

ERGO ☉ in ♈ 0 part. 0′ 1″, Ergo Sol præcisè in principio Arietis.

Propter inæqualitatem dierum naturalium addenda ad tempus æquale duo scrupula vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum in Alexandrino Horizonte adijcienda sunt 55. scrup. vnius horæ.

Ergo Alexandriæ in Ægypto hoc æquinoctium Vernale factum est, septimo die Ægyptij mensis Pachon, qui respondebat 22. die Martij, post meridiem scrup. 35.

CALCVLVS SOLSTITII ÆSTIVI QVOD FACTVM EST ANNO 887. à NABONASSARO, 140. ANNO CHRISTI

Cui respondet

Aureus numerus 8,
Cyclus Solaris 9.
Literæ Dominicales D & C.

A prima meridie Nabonassari ad hoc Solstitium æstiuum, numerantur completi 886, dies 340. horæ 11. scrup. 18. Sub meridiano Regiomontano in Borussia.

Factum igitur est hoc Solstitium æstiuum die 11. Ægyptij mensis Mesori, horis post meridiem 11. scrup. 18. Si ad eundem meridianum calculus dirigatur.

Ab initio annorum Christi, ad idem hoc Solstitium æstiuum numerantur completi anni Iuliani 139, menses 6, in anno Bisextili, dies 23, horæ 23, & scrup. 18.

Factum igitur est hoc Solstitium 24. Iunij, horis post meridiem 11. scrup. 18. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Præcessio-

	sex.	part.	′	″
Præcesſionis ſimplicis æquinoctiorum	0	7	29	11
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	0	21	18	26
Solis ſimplicis	1	24	16	42
Solis compoſiti	1	31	45	54
Anomaliæ annuæ Solis	0	22	26	27
Ergo Præceſsio vera æquinoctij	0	6	40	52
Æquatio centri addenda	0	2	23	27
Anomalia Solis coæquata	0	24	49	54
Abſoluta æquatio orbis ſubtrahenda	0	0	57	34

Æquatio centri addenda: Scrup. proport. 58′ 11″.

ERGO ☉ in ♋ part. 0 0′ 0″. Ergo Sol præciſè in principio Cancri.
Propter inæqualitatem dierum naturalium addenda ſunt ad tempus æquale ſcrup. 14.
Et propter diuerſitatem meridianorum Alexandriæ adijcienda ſunt ſcrup. 55. vnius horæ.
Ergo Alexandriæ in Ægypto hoc Solſtitium æſtiuum factum eſt, ſcrup. 27. poſt mediam noctem, quod cum tempore à Ptolemæo annotato rectè conuenit. Redeo nunc ad ſeriem annorum.

Ab initio mundi.	Romæ conditæ, Christi vulgares. Cyclus ☽	Cyclus ☉	A Nabonassaro.	
Olym. 230	L. Scatius Quadratus.	L. Cuſpius Ruſinus.	888	IVSTINVS Philoſophus librum Apologeticum Imperatori Antonino Pio pro Chriſtianis obtulit. Euſeb.
4109	893 / 141 / 10 — Ti. Claudius, Atticus Herodes.	11 — A — C. Bellius, C.f. Torquatus.	889	Antiochæ V. conſtituitur Epiſcopus Heros. Euſeb.
4110	894 / 142 / 11 — C. Gra-	12 — G — ... Loll-		Alexan-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

lianus Auitus. *nius, C. f. Maximus.*

—Alexandrinæ ecclesiæ septimus episcopatum suscepit Marcus annis 10. Euseb.

890

895
143
12 13 FE

4111

Imp. T. Antoninus Pius Aug. IIII. *M. Ælius Aurelius Pij Aug. f. Cæsar. II.*

—Mesomedes Cretensis Citharœdorum carminum musicus Poëta agnoscitur. Euseb.

891
18. Iul.

896
144
13 14 D

4112

—VI. Idus Aprilis nascitur Seuerus, Erucio claro II. & Seuero coss. Spart. in Seuero imperatore.

Sex Erucius, M. f. Clarus II. *Cn. Claudius Seuerus.*

Olym. 231

892

—Taurus Berytius, Philosophus Platonicus GELLII Familiaris hoc tempore floruit sub Antonino Pio Imperatore. Scripsit de differentia Sectarum Platonis & Aristotelis, de corporeis & incorporeis, & alia vt autor est Suidas.

897
145
14 15 C

M. Va- *M. Va-*

4113

Arianus

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Ierius Largus.

Ierius, M. f. Messianus.

893

Arianus Philosophus Nicomediensis, & Maximus Tyrius Philosophus clari habentur. Euseb. Arianus simul historicus fuit, Xenophon minor cognominatus, scripsit enim historiam Alexandri Magni, & de Epicteto Philosopho eiusq; disceptationibus opus edidit tribus voluminibus. Vtrumq; opus habetur in Bibliotheca Vaticana.

898

146

4114 15 16 B

C. Bellicius, C. f. Torquatus, II.

M. Salvius, Iulianus, II.

894

Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus & Basilides Syropolitanus Philosophi & Veri Cæsaris præceptores, illustres habiti sunt. Euseb.

899

147

4115 16 17 AG

Ser. Cornelius, Scipio, Orphitus.

Q. Nonius Priscus.

3. Idus Ianuarij occisus est Higinius episcopus Romanus Ser. Cornelio Scipione Orphito, & Q. Nonio Prisco Coss. Vacat sedes dies 3. Creatus in eius locum 18. Cal. Februarij Pius Aquilegiensis, qui Imp. Cæs. T. Ælio Adriano Antonino Augusto Pio, sedit annos 4. mens. 5. dies 27. Onuph.

895

17 Iulij.

900

148

4116 17 18 F

Antoni-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ cõditæ. | A Nabonassaro.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 232

mulus Gallicanus. *sius Vetus.*

Antoninus Imperator cognomento Pius, multis suorum ministris Salaria subtraxit, eò quòd ociosi viuerent, dicens, nihil esse sordidius imò crudelius, quam si rempublicam ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent, Iul. Capit. Hunc si nostri magistratus imitarentur, non haberemus tantam copiam ociosorum heluonum in ecclesijs & aulis, & fortasis ij qui strenuam nauarent operam, iustiorem pro suo labore mercedem caperent.

901 149

18 19 E

4117

Sex Quintilius Gordianus. *Sex Quintilius Maximus.*

902 150

19 20 D

4118

Sex. Acilius, M. f. Glabrio. *C. Valerius, C. f. Omullus Verianus.*

Tatianus hæreticus hoc tempore in Mesopotamia coniugium ab ipso Deo institutum, damnat. Epiphan hæres. lib. 46. & Irenæus lib. 1. cap. 31.

903 151

1 21 CB

Bru- *Ano-*

4119

s. Idus

Mundi. Christi vulgares. Romæ cōditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

tius Præsens. II. nius Rufinus.

5. Idus Iulij Occisus est Pius Aquilegiensis, episcopus Romanus, Brutio Præsente & Antonino Rufino Coss. Vacauit sedes dies 13. Creatus in eius locum 8. Calend. Augusti Anicetus, qui Impp. Cæss. T. Ælio Antonino Pio, & M. Aurelio Antonino & L. Ælio Aurelio Antonino, & L. Ælio Aurelio Vero Commodo Antonino, sedit annos 8. menses. 8. dies 24. Onuph. Eodem hoc tempore Celadion Octauus episcopus Alexandrinæ ecclesiæ præficitur, qui quatuordecim annos eo munere perfunctus est. Euseb.

904
152
2 22 A

L. Aurelius Commodus Cæsar postea Augustus appellatus. Sextilius Lateranus.

4120

Olym. 233

905
153
3 23 G

Circa hæc tempora Cassianus XVII. Hierosolymorum episcopus post Marcum ordinatur, cui successerunt ordine, 18. Publius, 19. Maximus, 20. Iulianus, 21. Gaianus, 22. Symmachus, 23. Gaius, 24. Iulianus, 25. Capito, neq; horum tempora distincta sunt in historia, nos eorum nomina ex Eusebio huc transtulimus.

C. Iulius Seuerus. M. Rufinus Sabinianus.

4121

906
154
4 24 F

Plau- M. Fi-

4122

POLY-

Mundi. Christi vulgaris. Romæ conditæ.

Mundi.	Olym.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Christi vulgarę.	Romæ conditæ.	Consules
						tius Sylvanus / *bullius Seuius Augurinus.*
				155	907	
4123		5	25 ED			*Barbatus.* / *Regulus.*
				156	908	
4124	Olym. 234	6	26 C			*Q. Flauius Tertullus* / *Licinius Sacerdos.*
				157	909	
4125		7	27 B			*Plauti-* / *Stati-*

POLYCARPVS, Iohannis apostoli discipulus, Smyrnensis ecclesiæ episcopus, circa hæc tempora Romam venit, & cum Aniceto eius ecclesiæ episcopo collocutus est de controuersia, quæ erat de diei Paschatis celebratione suscepta. Multos etiam, qui à Valentino, Cerdone & Marcione hæreticis seducti erant, idem Polycarpus, ab errore, sua doctrina correxit. Cumq; forte obuiam haberet Marcionem dicentem: Agnosce me, respondit vir pius Polycarpus: Agnosco te primogenitum diaboli. Irenæus lib. 3. cap. 3. Euseb. Histor. ecclesiast. lib. 4. cap. 13. EGESIPPVS quoq; iisdem his temporibus Romam venit, qui ibi mansit vsq; ad Eleutherum.

Atidius Cornelianus Syriæ administrator fuit.

Antoni-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

...us Quintilius. ...us Priscus.

—Antoninus Pius Imperator, suo patrimonio opulentissimus, proprias opes amicis liberalissimè tribuit, ærarium vero publicum opulentissimum reddidit. Euseb.

910
158
8 28
A

T. Vibius Varus. Ap. Annius Pradus.

4126

—Fronto Orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Cæsarem latinis literis erudiuit.

—Valentinus hæreticus allegoricam turbam Deorum effinxit.

911
159
9 1
GF

M. Ælius, Aurelius Aug. Pii. f. Cos. III. L. Ælius, Aurelius, Aug. Pii. f. Cos. III.

4127

—PridieNon. Martij mortuus est Antoninus Pius, eodemq; die imperare cœperunt, duo eius filij M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS, & L. ÆLIVS AVRELIVS VERVS Antoninus, quorum hic annos 8. menses 9. diesq; aliquot, ille annos 19 & dies 11. Imperauit, vtroq; consule existente, L. Vero II. & M. Aurelio III. Onuph.

—Tiberis inundatio facta est Romæ, eamq; secuta grauissima fames, quam Imperatores sua præsentia temperarunt.

912
160
10 2
E

—Vologesus Parthorum rex vicinas sibi Romanas prouincias depopulatus est.

Q. Iu... ...Vet...

4128

15. Cal.

Mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 235

...nius Rusticus. *...ius Aquilinus.*

—15. Cal. Maij occisus est Anicetus episcopus Romanus, Iunio Rustico iterum & Vectio Aquilino consulibus. Vacauit sedes dies 17. Successit 3. Non. Maij Soter Fundanus Campanus, qui sedit an. 7. mens. 11. d 18. Extat epistola Soteri iuncta Clementi Romano pag. 92. quæ data fuit Nonis Maij, Rustico & Aquilino Coss. Bellum Parthicum eodem hoc tempore cum Vologeso gestum est.

913
161

11 3
D

4129

L. Papyrius Ælianus. *... Iunius Pastor.*

—IVSTINVS Philosophus qui Antonino Pio Apologeticum pro religione Christiana obtulerat, hisce temporibus in habitu Philosophico Euangelium Christi magno cum fructu docet. Euseb. hist. eccl. lib. 4. capite 11.

—Auidius Cassius & Nartius Verus aduersus Parthos cum exercitu emissi, Babyloniam & Mediam vsq; armata manu peruenerunt.

914
162

12 4
C

—Dionysius Corinthiorum episcopus clarus habetur. Euseb.

C. Iulius Macrinus. *L. Cornelius, C. f. Celsus.*

—Seleucia Vrbs Assyriorum nobilissima cum 5000. hominum capta. Eutrop.

4130

—L. Aurelius Verus Imperator Atiochiæ in Syria vixit in delicijs. Iul. Capitol.

915
163

13 5
BA

—Aufidius Victorinus aduersus Cattos qui Rhetiam inuaserant missus est & Calphurnius Agricola in Britanniam.

... Ser- *L. Cor-*

IIII. PERSE.

4131

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

...nilius Pudens. ...nelius Scipio Orphitus.

—IIII. PERSECVTIO CHRISTIANORVM. Beatus POLYCARPVS Smyrnæ, IVSTINVS Philosophus Pergami & S. FELICITAS Romæ cum septem filijs Martyrium fecerunt. De hac persecutione vide Euseb. Hist. Eccl. lib. 4. cap. 14. 15. & 16. & in Chronico. Et Eutrop. lib. 10.

916
164

—In Gallia quoq; plurimi sunt ob Christi fidem & confessionem damnati, miserandisq; cruciatibus affecti. Inter alios autem martyrium ibi subierunt, Attalus Pergamenus, Beata Blandina, Pothynus Lugdunensis Ecclesiæ episcopus agens annum ætatis tunc nonagesimum, Sanctus vir pius, & multi alij, de quibus vide Euseb. lib 5. cap. 1.

14 6 G

4132

Olym. 236

T. Vitrasius Pollio. ...... Servilius Pudens II.

—IRENÆVS post martyrium Pothyni, Lugdunensis ecclesiæ declaratur episcopus, qui ineunte ætate Polycarpi fuerat auditor.

—Marcus & Lucius Antonini Imperatores de Parthis triumpharunt.

917
165

—Tanta pestilentia Romæ fuit, vt vehiculis cadauera sint exportata sarracisq; Grauissima hæc lues fuit pœna persecutionis aduersus ecclesiam.

15 7 F

4133

Imp. Cæs. L. Aurelius dic. s. Verus Aug. III. T. Numidius Quadratus.

—Bellum Marcomannicum ad quod se parabant ambo Impp. pestilentia aliquandiu impediuit.

—Pinitus Cretensium episcopus, & Philippus Gortynensis ecclesiæ episcopus qui accuratissimum opus contra Marcionem contexuit, Modestus quoq; & alij ecclesiastici scriptores his temporibus viguerunt. Euseb.

918
166

16 8 E

T. Iu... L. Ve...

4134

Alexandri-

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Alexandrinæ ecclesiæ IX. præficitur Episcopus Agrippinus annis 12.

—Antiochiæ 6. Episcopus ordinatus est Theophilus. Euseb.

—Ambo Imperatores exercitum duxerunt aduersus Germanos Marcomannos, hoc est, Morauos, Quados, id est, Silesios, & Hermunduros qui nunc Misnenses dicuntur, cumq; Aquileiam venissent, pleriq; reges pœnitentia ducti, tumultus autoribus cæsis, veniam rogarunt. Quadi autem amisso rege suo, non prius se confirmaturos eum qui erat creatus dicebant, quam id Romanis placuisset Imperatoribus. Iul. Capit.

919 167 — 17 9 DC — 4135 — Q. Cælius Apollinaris. Sosius P. sius.

—Meliton Sardensis ecclesiæ episcopus, & Apolinarius, episcopus Hieropolitanæ ecclesiæ, permagna famæ celebritate floruerunt. Euseb.

920 168 — 18 10 B

—Lucius Verus Imperator in reditu ex bello Marcomannico Apoplexia moritur, Marcus deinceps solus regnat.

4136 — L. Iunius Clarus. M. Aurelius Seuerus Cethegus. — Olym. 237

—10. Cal. Maij occisus est Soter, L. Iunio Claro, & M. Aurelio Seuero Cethego Coss. Vacat sedes dies 21. Electus est pridie Idus Maij Eleutherus, qui ecclesiæ Romanæ præfuit annis 15. d. 13. Onuph.

—Imp. M. Antoninus Philosophus iterum ad bellum Germanicum proficiscens filiam suam Claudio Pompeiano dedit, nondum decurso luctus tempore propter obitum collegæ L. Veri Imperatoris. Iul. Capit.

921 169 — 19 11 A — 4137 — ... Hc. L. S.

Imp.

Mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

pinius Seuerus II. remianus.

—Imp. M. Antoninus Philosophus Marcomannos, qui hodie Moraui dicuntur, in ipso transitu Danubij deleuit. Deinde aduersos Quados, id est, Silesios fortiter pugnauit, quo tempore milites CHRISTIANI in ea legione quæ Melitina appellabatur, in ipsa acie, cum exercitus siti laboraret, ardentibus precibus à Deo largum imbrem impetrauit & fulmen, quo hostium copiæ percussæ sunt. Eamq; ob causam Cæsar Christianos magno honore affecit, legionemq; illam κεραυνοβόλον, id est, fulmineam appellauit. Vide Xiphilinum in Epitome Dionis, & Eusebium historia ecclesi. lib. 5. capite 5.

922
170

1 12 G Claudius Maximus. Cornelius Scipio Orphitus.

4138

—Idibus Herculeis, siue Septemb. Maximo & Orphito coss. L. Commodus imperatoris Antonini Philosophi filius appellatus est Germanicus. AEl. Lamprid. Eodem hoc anno idem Commodus anno ætatis 12. balneatorem cum tepidius forte lotus esset, in fornacem conijci iussit.

923
171

2 13 FE Cn. Claudius Seuerus II. M. Aurelius Claudius Pompeianus.

4139

—Auidius Cassius Syriæ præses ab Imperatore Antonino Philosopho defecit, seq; Imperatorem appellauit, qui tamen paulò pòst interemptus est, caputq; eius ad Antoninum delatum. Vulc. Gallic.

924
172

3 14 D Ap- ......

—Musanus & Bardasanes ecclesiastici Scriptores clari habentur. Euseb. hist. eccl. lib. 4. cap. 27. & 28.

Imp.

4140

Mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 238 — *Flaccus.* — *Annius Trebonius Gallus.*

—Imp. Antoninus Philosophus in Orientem profectus, multa egit cum regibus & pacem confirmauit. Apud Ægyptios ciuem se egit & Philosophū, in omnibus studijs templis & locis. Fuit Alexandriæ clementer cum eis agens. Postea Antiochiam in Syriam venit. Vxoremq; suam Faustinam in radicibus montis Tauri, in vico Halale exanimatam subito morbo amisit. Iul. Capitol.

925
173
4 15 C

4141 — *M. Saluius Iulianus.* — *Calphurnius Piso.*

—EGESIPPVS & IRENÆVS clari habentur.

—Montanus Phryx ijsdem his temporibus se paracletum à Christo promissum esse iactitans, Cataphrygum Pepusianorum sectam condidit. Euseb. hist. eccles. lib. 5. cap. 15. & in Chronico.

—13. Calendas Inuictas siue Octob. Pisone & Iuliano coss. Commodus Imperatoris filius assumptus est in omnia collegia Sacerdotalia Sacerdos. Æl. Lamprid.

926
174
5 16 B

4142 — *M. Flauius, M. f. Aper. II.* — *T. Vitrasius, T. f. Pollio II.*

—Orientalibus rebus ordinatis Imp. Antoninus Philosophus Athenis fuit, & inter alia Cereris templum adijt. Reuertens ad Italiam nauigio, tempestatem grauissimam passus est. Per Brundusium deinde Romam reuersus cum filio Commodo triumphauit. Iul. Capitol.

927
175
6 17 AG

4143 — *Imp.*

—5. Cal. Decemb. L. Ælius Aurelius Commodus Imp. Aug. à patre appellatus, vna cum illo imperat annis 3. mens. 3. d. 18. Onuph. idemque cum patre de Marcomannis triumphauit. Iul. Capitol.

Senten-

Ab initio mundi. | Christi, vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Cæs. L. Aurelius Commodus. ... Plautius Quintilius.

Sententia Platonis semper in ore Imperatoris Antonini Philosophi fuit: Florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent aut imperatores Philosopharentur. Iul. Capit.

Imp. Antoninus Philosophus triennio bellum cum Marcomannis, Hermunduris, Quadis & Sarmatis gessit, & si anno vno superfuisset, prouincias ex his fecisset. Iul. Capitol. Eodem hoc anno Seuerus qui postea imperauit, prætor designatus ab imperatore M. Antonino Philosopho, anno ætatis suæ 32. in Hispania res egregiè administrauit. Spart.

928
176

7 18 F

4144

Olym. 239

Cornelius Scipio Orphitus. ... Vettius Rufus.

III. Nonas Commodias, id est, Augusti, Orphito & Ruffo Coss. Commodus cum patre Antonino Philosopho profectus est ad bellum Germanicum. Æl. Lamprid.

929
177

8 19 E

4145

Vespronius Candidus Verus. Imp. Cæs. L. Ælius Aurel. Commodus.

Theodotion, qui S. Scripturas ex Hebræo transtulit, Ephesi claret. Smyrna vrbs Asiæ ingrata, quæ Polycarpum episcopum Apostoli Iohannis discipulum interfecerat, terræmotu corruit, ad cuius instaurationem decem annorum immunitas tributorum, ab imperatore concessa est. Euseb.

930
178

9 20 C

... Æli... Arri...

Ante 16. diem Cal. Aprilis obijt Imp. M. Antoninus Philosophus, Coss. Arrio Præsente & Ælio Gordiano, successit illi filius L. AVRELIVS ANTONINVS COMMODVS qui imperauit solus annis 12. mens. 8. d. 15. Onuph.

4146

Iulianus

Mundi | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

…us Præsens. II. *…us Gordianus.*

—Iulianus X. Alexandriæ episcopus annis 10. Euseb.

—Imp. Antoninus Commodus de Germanis nondum victis triumphauit, anno primo Imperij sui.

—Pantænus vir præstantissimus institutioni Christianorum præficitur in Schola Alexandrina. Irenæus, & Euseb. hist. eccl. lib. 5. cap. 10.

931
179

—Templum Serapidis Alexandrinæ incensum. Euseb. in Chronico.

10 21 CB

4147

Imp. Cæsar. L. Aurel. Commodus Aug. III. *…………Anistius Byrrhus.*

—Rhodon varijs libris Marcionis hæresin oppugnat. Euseb. hist. eccles. lib. 5. cap. 13.

932
180

11 22 A

4148

Olym. 240

……Patronius Mamertinus. *…………Rufus.*

—Clemens Alexandrinus qui περὶ στρωματῶν καὶ ὑποτυπώσεων libros scripsit, hoc tempore audiuit Pantænum præstantissimum doctorem in schola Alexandrina. Euseb. lib 5. cap. 11. hist. ecclesiast.

933
181

12 23 G

Imp. Cæ- *M. Au-*

4149

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Rhodon

Cyclus ☽ Cyclus ☉

sar L. Aurel. Commodus Aug. IIII.
fidius, M. f. victorinus.

— Rhodon Asiaticus varijs libris Christianam fidem declarauit, Marcionisq́; hæresin strenuè impugnauit. Euseb. lib. 5. cap. 13.

934
182
13 24
F

M. Eggius Marullus.
N. Papyrius Ælianus.

4150

— Montanus in Phrygia à quibusdam Pseudoprophetis, Spiritus sanctus & paracletus vocatur. Et duæ mulieres Pristilla & Maximilla, & eius quasi ludo egressæ, prophetissæ Montani appellantur. Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 14.

935
183
14 25
ED

Triarius Maternus.
M. Atilius, Metilius Bradua.

4151

— 8. Cal. Iunij occisus est Eleutherus episcopus Romanus, L. Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua coss. Vacat sedes dies 5. Succedit Victor Afer Calendis Iunijs, qui præfuit ecclesiæ Romanæ annis 12. mense vno, dieb. 28. Onuph. Hic episcopos Asiæ à communione exclusit, quòd non eodem die quo Romana ecclesia festum paschatis celebrarent. Sed propter hanc iniustam excommunicationem idem Victor reprehensus est ab Irenæo Lugdunensis Ecclesiæ Episcopo, cuius magna illo tempore fuit autoritas. Euseb. hist. eccl. lib. 5. cap. 24.

936
184
15 26
C

Imp. Cæ-
Sex. Ari-

4152

Capito-

Romæ conditæ, Christi vulgares. Ab initio mundi.

Ab initio mundi.	Christi vulgares.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Romæ conditæ.	
Olym. 241		lius, Sex. f. Man. n. Glabrio II.	sar. L. Aurel. Commodus. V.		—Capitolium fulmine tactum, facta inflammatione, bibliotheca nobilissima & vicinæ quæq; ædes concrematę sunt. Euseb. in Chronico.
	185			937	
4153		16	27 B Tullius Crispinus. Papyrius Ælianus.		—Apollonius Senator Romanos ob Christi fidem accusatus, cum insigne volumen, quod de religione sua piè conscripserat, Senatui prælegisset, ex Senatusconsultu securi percussus est. Euseb. hist. eccl. lib. 5. cap. 20.
	186			938	
4154		17	28 A C. Allius, C. f. Fuscianus. Dullius Silanus.		—Perennis à militibus laceratus est, cui successit Cleander. Hunc Imperator Commodus postea neci tradidit. Lamprid.
	187			939	
4155		18	1 GF Iunius, Servi-		

6. dio

Mundi.	Christi vulgares.	Romæ conditæ.	
	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
	lius Silanus.	*Silanus.*	—6. die Aprilis naſcitur Baſsianus Caracalla, qui poſtea imperauit. Spartian. & Dion.
	188	940	
	19	2 E	
4156	*Petronius Septimianus.*	*Imp. Cæſar L. Aurel. Commod. Anton. V I.*	—Alexandrinæ Eccleſiæ vndecimus præficitur Epiſcopus Demetrius annis 43. Euſeb. Serapion eodem tempore octauus Antiochiæ ordinatur epiſcopus. Floruerunt eodem hoc tempore Bacchyllus Corinthiorum & Polycrates Eccleſiæ Epheſinæ Epiſcopi. Vide Euſeb. lib. 5. cap. 21. hiſtor. Eccleſ.
Olym. 242			
	189	941	
	1	3 D	
4157	*M. Atilius, Metilius Bradua. II.*	*Caſsius Apronianus.*	—Thalmud Iudaicum ſcribitur 120. anno poſt vltimam templi Ieroſolymitani deſtructionem, anno 500. numeri contractuum qui cum annis Maccabæorum congruit.
	190	942	
	2	4 C	
4158	*P. Hel-*	*Imp. Cæ-*	NARCI-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

sar. L. Aurel. Commodus, P. f. II. — nius, P. f. Pertinax II.

—NARCISSVS Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus clarus habetur. Euseb.

943
191
3 5 BA

Q. Sosius Falco. — C. Iulius Erucius Clarus.

—Cal. Ianuarij occisus est Imp. Commodus, successit P. HELVIVS, P. f. PERTINAX, qui imperauit menses 2. dies 22.

4159

—Ad diem 5. Cal. Aprilis occisus est Imp. P. Heluius Pertinax, successit M. DIDIVS, M. f. COMMODVS SEVERVS IVLIANVS AVG. qui imperauit mens. 2. dies 5. Onuph.

—Didio Iuliano Commodo Cal. Iunij occiso, C. Pescennius imperium iuuadit, & imperat annum 1. ac dies aliquot, contraq; hunc L. SEPTIMVS SEVERVS, qui imperauit annis 17, mens. 8. diebus 3. Onuph. Hic in honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari iussit.

944
192
4 6 G

Imp. Cæsar L. Septimius, M. f. Severus Aug. II. — D. Clodius Ceronius Septim. Albin. Cæs. II.

4160

—Seuerus Imperator Pescenium Nigrum tribus prælijs victum, capite plecti iussit. Spart. Herodianus.

Olym. 243

—Candidus Christianorum disputator cautissimus, clarus habetur. Euseb.

945
193
5 7 F

Q. Fla. — T. Fla.

4161

Quæstio.

Romæ conditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

nius Clemens. nius Tertullus.

Quæstione orta inter episcopos, an secundùm legem Moysis 14. die mensis Nisan Pascha obseruandum esset, vel die Dominico pòst, Victor Romanæ ecclesiæ episcopus & Narcissus Ierosolymorum, Polycrates Ephesiorum, Bacchyllus Corinthiorum & Irenæus Lugdunensium in Gallia, plurimiq; aliarum ecclesiarum orientalium episcopi, quid eis probabile visum fuerit, literis ediderunt. Euseb.

946
194
6 8
E

C. Domitius Dexter. II.
L. Valerius Messala, Thrasea Priscus.

4162 Seuerus imperator cum bellum aduersus Albinum pararet, missa exercitus parte Bizantium fame expugnauit, omnibusq; ornamentis sublatis, in vici formam redegit, Perinthijsq; adiudicauit. Herodian.

947
195
7 9
DC

Ap. Claudius Lateranus.
M. Marius, M. f. Titius Rufinus.

4163 Seuerus Imp. Clod. Albinum apud Lugdunum vicit, vrbem incendit, & caput Albini Romam misit. Spart.

5. Cal. Augusti occisus est Victor episcopus Romanus, Ap. Claudio Laterano & M. Mario Rufino Coss. Vacat sedes dies 12. succedit 4. Idus Augusti Zephirinus Romanus, qui præfuit ecclesiæ Romanæ annos 20. dies 17. Onuphr. Extat epistola Victoris ad Africanos scripta, Calend. Septemb. Laterano & Rufino Coss. Vide opus recogn. Clementis, pagina 93. Sed si 5. Calend. Augusti occisus est Victor, quomodo potuit eodem anno Cal. Septemb. epistolam scribere?

948
196
8 10
B

Ti Ate-
C. Arri-

4164

Seuerus

Mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus. ☉

rius, Ti. f. Saturninus.
us, Ap. f. Trebonius Gallus.

Olym. 244

—Seuerus Imperator Romam reuersus in amicos Albini & optimates grauiter animaduertit.

—Extat epistola Zephirini episcopi Romani data 8. Cal. Nouemb. Saturnino & Gallicano coss.

949
197

9 11 A

P. Cornelius Anullinus II.
M. Aufidius, M. f. Fronto.

4165

—Artemonis hæresis circa hæc tempora initium habuit, quam ferè collapsam & extinctam Paulus Samosatenus post annos sexaginta ferè, magno suo & ecclesiarum detrimento iterum resuscitauit. Euseb. Hist. ecclesiast. lib. 5. cap. vlt.

—Seuerus Romanorum Imperator bellum in orientem transfert, aduersus Barsenium Atrenorum regem. Herodian. lib. 3.

950
198

10 12 G

Ti. Claudius Seuerus.
C. Aufidius Victorinus.

4166

—Armeniæ rex fœdus cum Seuero icit. Augarus Osroenorum rex se dedidit, liberosq; suos dedit obsides. Imperator Seuerus hostili exercitu in Arabiam felicem excurrit, vbi permultos vicos vrbesq; expugnauit. Herodian. lib. 3.

951
199

11 13 FE

L. Ann
M. No-

4167

Seuerus

Romæ cōditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

nius, M. f. Mutianus. *nus Fabianus.*

—Seuerus Romanorum Imperator Atras Barsenij Atrenorum regis vrbem frustra obsedit. Deinde fortuna magis quam consilio ad Parthorum fines nauibus delatus, Artabanum regem Ctesiphonte expulit, vrbemq; cepit vbi thesaurorum regiorum & maximæ prædæ compos factus est. Herodian. lib. 3.

952
200

12 14 D

Imp. Cæs. L. Aurel. L. f. Antoninus Bass. Aug. *Imp. Cæs. L. Septimius Seuerus Aug. III.*

4168

—✶ Cometes Romæ per multos dies visus est. Dion.

Olym. 245

—Persecutio à Seuero imperatore aduersus ecclesiam suscipitur, qua LEONIDES pater ORIGENIS, qui tum puer decem & septem annorum erat, hortante filio, gloriosam martyrij coronam cum multis alijs accepit. Euseb. hist. Eccles. lib. 6. cap. 1. & 2. In Chronico hæc persecutio ab eodem Eusebio decimo anno Seueri annotatur.

953
201

—Nuptiæ celebratæ sunt Romæ Antonini Bassiani, filij imperatoris Seueri, & Plautillæ Plautiani filiæ. Hic Plautianus tantum filiæ suæ dedit, quantum reginis quinquaginta satis fuisset, teste Dione qui eodem tempore Romæ fuit.

13 15 C

L. Septimius Plautianus II. *P. Septimius. M. f. Geta, Cæsar.*

4169

—ORIGENES decimum octauum ætatis annum agens Catechetes factus est in Alexandrina Ecclesia. Euseb. hist. eccles. lib. 6. cap. 3.

954
202

14 16 B

M. Au- *L. Fa-*

4170

Plutar-

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, Christi vulgares.

Cyclus ☽ Cyclus ☉.

[…]bius, M. f. Cilo Septimius II.
M. Annius, M. f. Libo.

—Plutarchus, Heraclides, Serenus, & alij discipuli Origenis martyrio coronati sunt. POTAMIENA sancta virgo cum matre Marcella ignis incendijs absumta, mortem oppetijt. Basilides qui eam ad suppliciũ deduxerat, paulò pòst conuersus, propter nominis Christi confessionem securi percussus est. Euseb. hist. Eccles. lib. 6. cap. 4.

955
203
15 17
AG

Cass. M. Aurel. L. f. Bassianus Anton. Aug. II.
P. Septimius, L. f. Geta Antoninus Cæsar.

—NARCISCVS Hierosolym. Episcopus, ob persecutionis metum circa hæc tempora in deserto aliquot annis latuit, cui substituitur Dius, cui mox successit Germanion, huic Gordius.

4171

—Alexander qui postea Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus designatus est, hoc tempore ob nominis Christi confessionem insignis habetur. Eus.

956
204

—CLEMENS quoq; Alexandrinæ ecclesiæ Presbiter multa edidit scripta, fuit hic auditor Pantæni, & Præceptor Origenis. Euseb. lib. 6. cap. 5. & 11.

16 18
F

M. Nummius Ceionius Annius Albinus.
Fuluius Æmylianus.

4172

—Plautianus circa hæc tempora ob insidias Imperatoribus structas occiditur. Dion.

Olym. 246

—TERTVLLIANVS Afer Carthaginensis, Centurionis proconsularis filius, cuius scripta & hodie plurima extant, sub Cæsaribus Seuero & Antonino Caracalla floruit. Huius scriptis adeo delectatum Cyprianum scribit Hieronymus, vt nunquam absq; Tertulliani lectione vnum diem prætermitteret. Scribunt hunc vixisse vsq; ad decrepitam ætatem.

957
205
17 19
E

M. Fla-
L. Al-

Antoni-

4173

Romæ conditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

uius, M. f. Aper. bius Maximus.

—Antoninus Baſsianus & Geta fratres.

—Seueri Imp. filij, cœperunt omnia pro libidine agere, mulieres dedecore afficere, pueros violare, colligere pecuniam, gladiatores atq; aurigas ſibi ſocietate deuincire, & tamen inter ſe contrarijs ſtudijs diſsidere. Xiphil. in epitome Dionis.

958
206

18 20 D

Imp. Cæſ. M. Aurel. L. f. Anton. Baßianus Aug. III. P. Septimius L. f. M. n. Geta Anton. Cæſ. II.

—Seuerus Imp. in Britanniam cum exercitu proficiſcitur tertio anno antequam è vita decederet. Vtq; prouincias ab incurſione Barbarorum ſecuriores redderet, vallum 132000. paſſum á mari ad mare duxit, per milliaria Germanica 33. Euſeb. in Chronico & Æl. Spart.

4174

959
207

19 21 C B

M. Aurelius, M. f. Claudius Pompeianus. ..... Lollianus Auitus.

4175

—Seuerus Imperator in Britannia varium curſum Solis, itemq; noctium ac dierum æſtiuorum atq; hybernorum magnitudinem diligentiſsimè cognouit. Dion. Hæ obſeruationes aſtronomicæ factæ ſunt ad littus Britanniæ Septentrionale.

960
208

1 22 A

Man. C. Ce-

4176

Cùm

Romæ conditæ. Christi vulgares. Mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Olym. 247

Acilius, Man. f. Man. n. Faustinus. Sonius, C. f. Mater Rufinianus.

—Cùm Britanni iterum deficerent, Seuerus militibus suis mandauit, vt insulam denuò inuaderent atq; omnes qui occurerent interficerent.

—Antoninus Caracalla patrem equitantem gladio percutere voluit, sed clamore equitantium perterritus se abstinuit. Xiphil. in epitome Dionis.

961
209

2 23 G

4177

Epidius, L. f. Rufus Lollian, Gelian9 ...... Pomponius Bassus.

—Pridie Non. Februarij Gentiano & Basso Coss. mortuus est Imp. Seuerus. Eodem die cœperunt imperare eius filij M. AVRELIVS ANTONINVS BASSIANVS CARACALLA, qui imperauit annos 6. mens. 2. dies 5. & P. SEPTIMIVS GETA ANTONINVS, qui imperauit an. 1. dies 22. Onuph.

—Plautilla cum fratre Plauto, iussu mariti Imperatoris Caracallæ occiditur in exilio. Dion.

962
210

—Asclepiades IX. Antiochiæ episcopus ordinatur.

3 24 F

4178

M. Pompeius, M. f. Asper. .... Asper.

—Crudelissimus tyrannus Antoninus Caracalla, fratrem Getam interfecit pendentem de collo matris Iuliæ, & clamantem: MATER OPEM FER MIHI, INTERFICIOR. Ac mater non tantum sanguine filij respersa est, sed etiam vulnus in manu accepit, neq; tamen luxit interitum filij, sed quasi foret in maxima fœlicitate lætari & ridere coacta est, adeo verba eius nutusq; & color obseruabantur. Xiphil. in epitome Dionis.

963
211

4 25 ED

Imp. P. Ca-

—Imp. Antoninus fratrem Getam inter diuos retulit dicens: SIT DIVVS MODO NON SIT VIVVS. Spart. in Geta.

4179

Nar-

Mundi. | Christi vulgaris. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cæsar, M. Aurelius Antoninus Basſianus Caracalla Aug. IIII. | lius, P. f. Balbinus II.

—Narcissus Ierosolymitanæ ecclesiæ episcopus reuersus ex deserto, rursus à fratribus ad præsidendum rogatur. Sed cùm propter ingrauescentem ætatem ministerio amplius præesse non posset, collega illi adiungitur Alexander XXXV. Hierosolym episcopus. Euseb.

—Imp. Antoninus Basſianus à vestis genere cognominatus est Caracalla. Hic Romæ thermas sui nominis ædificauit. Euseb.

964
212

5 26 C
4180

—Papinianus Iurisconsultus à Basſiano occiditur, quòd excusare necem Getæ nollet, sed tyrannico imperatori ita responderet: NON TAM FACILE EST EXCVSARE PARRICIDIVM, QVAM FACERE. Spart.

Olym. 248

Q. Aquilius Sabinus. | .... Silius Messala.

—Iulia Nouerça cùm per negligentiam in præsentia imperatoris Basſiani nudasset sinum, & ille diceret: VELLEM SI LICERET, illa respondit.: SI LIBET, LICET, AN NESCIS TE IMPERATOREM ESSE, ET LEGES DARE NON ACCIPERE. Publicè igitur Basſianus Iuliam nouercam suam vxorem duxit. Euseb. Spart. & Eutrop.

965
213

6 27 B
4181

Anicius Cerealis. | Æmylius Lætus. II.

—Imp. Antoninus Basſianus Caracalla trucidauit in vrbe Alexandria multa millia ciuium, Scholas quoq; Aristotelicas ibidem aboleuit, & libros Aristotelis comburere conatus est, dicens, Aristotelem iuuisse consilium mittendi venenum ad necandum Alexandrum. Abijt quoq; in Galliam, vbi proconsulem Narbonensem & multos alios magistratus occidit. Inde accesit Rhetiam, & trucidatis aliquot millibus Germanorum, nominauit se Germanicum. Satellites etiam multos, ex Germanis sibi delegit.

966
214

7 28 A
4182

Six. Cor. | Q. A-

Anto-

Mundi | Christi vulgares. | Romæ còditæ.

Cyclus ☾ Cyclus ⊙

quillius Sabinus. II. | ..velius, P. f. Anullinus.

—Antoninus Caracalla Imp. Artabani Parthorum regis filiam, falsò vxorem petit, sicq; traiecto Euphrate,& Parthis nihil eiusmodi suspicantibus, vt qui eum pro amico generoq; regis accipiebant, magnam multitudinem Parthorum occidit. Herodian.

967
215

8 1
GF

4183

Brutius Præsens. | Extricatus.

—6. Idus Aprilis pugione confossus est M. Aurelius Antoninus Caracalla, successit illi 3. Idus Aprilis M. OPELIVS AVRELIVS SEVERVS MACRINVS, qui imperio Romano præfuit an. 1. m. 1. d. 28.

—7. Cal. Septemb. Occisus est Zepherinus episc. Romanus Brutio Præsente & Extricato Coss. Vacat sedes dies 6. successit Calistus 4. Non. Septembris, qui sedit annos 6. m. 1. d. 13. Onuph.

968
216

9 2
E

4184

Olym. 249

M. Opelius Anton. Diadumenian. Cæsar. II. | Aduentus.

—Stella per multas noctes visa est ab occidente ad orientem solem tendens Xiphil. ✳═══

—His Coss. 7. Idus Iunij victus est ab Eutichiano Imp. Macrinus, & Idibus Iunij occisus est. Successit in Imperium ANTONINVS HELIOGABALVS, qui imperauit annos 3. mens. 9. dies 4. Onuph.

969
217

—Antiochiæ decimus constituitur episcopus Philetus. Euseb.

10 3
D

Imp.

M. Varius

4185

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Cos. M. Aurel. Anton. Aug. II. .... *Licinius Sacerdos.*

—M. Varius Antoninus Heliogabalus Imperator, superauit turpitudine omnes, qui in historijs infames sunt propter libidines. Nominatus est Sardanapalus, sed multo fuit contaminatior. Nam viri & vxoris fungebatur officio eaq; patiebatur quæ faciebat mulieribus. Cum propria matre quoque rem habuit Veneream. Repudiata Cornelia Paula, quod maculam haberet in corpore, virginem Vestalem Aquiliam Seueram duxit. Stabat sæpè nudus ante fores vt scorta solet. Postremo nupsit etiam viro, appellabaturq; domina & regina, vir eius erat Hierocles auriga. Vide Xiphilinum in epitome Dionis, Eutropium & multos alios Historiographos.

970
218
11 4 C

4186

Imp. Cæs. M. Aurel. Anton. Aug. III. *M. Aurel. Eutychianus Comazon. II.*

971
219
12 5 BA

4187

Gratus. .... *Claudius Seleucus.*

—In Palæstina condita est vrbs Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, legationis indrustriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum. Euseb.

972
220
13 6 G

Imp. M. Au-

4188

6. Idus

Romæ condita. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. M. Aurel. Anton. Pius f. Aug. IIII. vel Seuerus Alexand. Nobilis Caes.

Olym. 250

—6. Idus Martij his coss. occisus est M. Antoninus Heliogabalus. Successit M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER, qui imperauit annos 13. dies 9. Onuph.

973

221

14 7 F

Maximus. Papyrius Ælianus.

4189

—ORIGENES commentarios scripsit in sacras literas. Euseb.

974

222

—Pridie Idus Octobris occisus est Calistus episcopus Romanus, Maximo iterum, & Papyrio Æliano coss. vacat sedes dies 6. Succedit Vrbanus Romanus 12. Cal. Nouembris, qui sedit annis 7. mens. 7. d. 5. Onuph.

15 8 E

4190

Claudius Crispinus. Claudius Iulianus.

—Mammea mater Alexandri imperatoris, audita Origenis fama, Antiochiam eum ad se accersiuit. Euseb. hist. eccles. lib. 6. cap. 16.

975

223

16 9 DC

L. Turrel. Mide.

4191

Vlpianus

Romæ conditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

pilius, L. f. Dexter. | tius Rufus.

—Vlpianus Iurisconsultus assessor Alexandri Imperatoris, clarus habetur. Euseb. Vixerunt eodem tempore & alij Iurisconsulti præcipui, ex quorum libris PANDECTÆ iuris Romani collectæ sunt.

976
224

17 10 B

Imp. Cæs. Aurel. Seuerus Alexand. Aug. II. | C. Quintilius Marcellus.

4192 —Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificantur. Euseb.

Olym. 251

—Gemianus Presbiter Antiochenus, Hyppolytus, & Beryllus Arabiæ Episcopus Bostrenus, & multi alij Scriptores Ecclesiastici floruerunt. Euseb. Sed Beryllus paulò pòst in errorem prolapsus, docuit Christum non fuisse æternum Deum, quem Origenes firmissimis argumentis confutauit, atque ita ad rectam pristinamque de Christo opinionem reduxit. Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 26.

977
225

18 11 A

D. Cælius, P. f. Balbinus II. | M. Clodius Pupienus Maximus.

4193

—Artaxerxes rex Persarum Artabanum Parthorum regem obtruncauit, regnumque Persis restituit, cœpitque regnare annis 548. post Alexandri Magni regnum. Regnauit annos 14. menses 10. Agath. lib. 4.

978
226

19 12 G ...... | ......

Antio-

4194

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Vettius Modestus. ... Probus.

—Antiochiæ XI. constituitur Episcopus Zebennus. Euseb.

979
227

1 13 FE

Imp. Cæs. M. Aurel. Seuer. Alexand. Aug. III. ... Cassius Aproniani, f. Dio. II.

4195

—Artaxerxes Persarum rex despecta majestate Romana, hostili exercitu vastauit prouincias Romanas. Aduersus hunc exercitum eduxit Alexander Imperator, qui disciplinam militarem seuerè rexit, militesq; sæpè & tribunos militum, qui socios iniuria affecerant capitali iterum affecit supplicio, iussitq; præconem clamare. QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS. Quam sententiam à Christianis audiuerat. Vide Ælium Lampridium.

980
228

8 14 D

Calpurnius Agricola. ... Clementinus.

4196

Olym. 252

—Alexander Imperator circa 9. annum Imperij sui, Persarum Regem Artaxerxem vicit, & de eo triumphauit. Lamprid. Sed Herodianus scribit, Alexandrum multitudine Persarum repressum esse.

981
229

9 15 C

M. Au-

4197

8. Cal.

Romæ conditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

vel. M. f. Claudius Pompeianus. ... Peligenus Pelicianus.

—8. Cal. Maij occisus est Vrbanus Episcopus Romanus M. Aurelio Claudio Pompeiano, & Fœliciano Coss. Vacauit sedes (mens. 1.) dies 30. Successit Pontianus 8. Cal. Iulij, qui sedit annos 4. mens. 4. dies 27. Onuph. Extat Epistola Pontiani data 3. Cal. Maij, Seuero & Quintiano Coss.

982
230
4 16 B

—ORIGENES anno decimo Alexandri Seueri ab vrbe Alexandria Cæsarem Palæstinæ transijt, ibiq; Presbyter ordinatus est. Euseb. hist. eccles. lib. 6. cap. 20.

4198 ...... Maximus. ..... Iulius Lupus.

—Heraclas duodecimus ordinatur Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ. Hic fuit ex discipulis Origenis, & præfuit ecclesiæ Alexandrinæ annis 16. Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 20. Quo tempore Firmilianus Cæsareæ Cappadocensis Episcopus magno nomine & celebritate fuit. Euseb. ibidem.

983
231
5 17 AG

4199 ...... Ouinius Paternus. ...... Maximus II.

—Germani Rhenum Danubiumq; transgresi, Romanos in fines hostiliter intrant, & exercitus ripis insidentes viriliter oppugnant. Herodian.

984
232
6 18 F

4200

Alexan-

Mundi. | vulgares. | Christi | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 253 — Vrbanus. — Maximus.

—Alexander Imperator alteram suscepit expeditionem aduersus Germanos, vbi cum asperius milites regeret, venit in odium, matris quoq; Mammææ accusata est auaritia, quæ dicebatur expilare Prouincias, & impedire liberalitatem filij erga milites. Herodian. & Lamprid.

985 — 233 — 7 — 19 — E — L. Ragonius, L. f. Vrinatius Quintian. — L. Catilius Seuerus.

4201

—15. Cal. Aprilis his Coss. Imp. Seuerus Alexander occisus est. Successit illi C. IVLIVS MAXIMINVS cum filio C. Vero Maximo, qui imperauerunt annis duobus & aliquot mensib. Onuph.

—PERSECVTIO aduersus CHRISTIANOS à Maximino suscitata, quæ cum eius imperio pariter & cæpit & desijt. Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 21. Orol. lib. 7. cap. 12.

—13. Cal. Decembris mortuus est in exilio Pontianus episcopus Romanus L. Catilio Seuero, & L. Ragonio Coss. Vacat sedes diem 1. Succedit 11. Calend. Decemb. Antherus, qui sedit mens. 1. dies 14. Morte affectus est 3. Nonas Ianuarii C. Iulio Maximino, & C. Iulio Africano Coss. Vacat sedes dies 13. Succedit 17. Calend. Februarij Fabianus, qui sedit annis 14. d. 4. Onuph.

986 — 234 — 8 — 20 — D — C. Iulius Africanus. — Imp. Cæs. C. Iulius Maximinus Aug.

4202

—Babylas vir sanctus & pius 12. Antiochenæ Episcopus, Zebino successit. Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 23.

—ORIGENES librum scripsit de martyrio, & opus illud Ambrosio Episcopo, atq; Protocteto ecclesiæ Cæsariensis presbytero, propterea quòd vtrumq; non exigua persecutionis procella exagitauerat, dedicauit. Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 24.

987 — 235 — 9 — 21 — CB — L. Ost. — P. Ti.

6. Cal.

4203

Ab initio mundi. — Christi vulgares. — Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

tius Perpetuus,
nius Rusticus Cornelianus.

6. Cal. Iunij his Coss. Imperat M. ANTONIVS, M. f. GORDIANVS cum filio Antonio Gordiano, mens. 1. d. 6. Mortui ambo Cal. Iulij. Ad 8. Idus Iulij imperant D. COELIVS BALBINVS, & M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS, imperant vnâ annum 1. Onuph.

988
236
10 22 A *M. Vlpius Crinitus.*
..... Proculus Pontianus.

4204
Olym. 254

HORRIBILIS ECLIPSIS ☉, facta est 12. die Aprilis. Eodem tempore M. ANTONIVS GORDIANVS Iunior imperare cœpit, agens annū ætatis XIIII. Consulibus Vlpio Crinito & Proculo Pontiano, præfuitq; Romano Imperio annis plus minus Sex. Sed indicium non diu Imperaturi Gordiani, fuit horribilis defectio Solis, quæ fuit tanta, teste Iulio Capitolino, vt nox crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquam agi posset. Cæterum hanc Eclipsin hoc primo anno Gordiani in Sole factam esse, calculo astronomico demonstrabimus, vt ita luce clarius appareat, hanc annorum distributionem ac dispositionem, cum motuum cœlestium periodis rectè congruere. Facta est hæc eclipsis Solis, anno Christi 237. die Mercurij, duodecimo die Aprilis, M. Vlpio Crinito, & proculo Pontiano Coss. cum in proximum annum consules designarentur ipse Imperator Gordianus & Man. Acilius Aniola.

989
237
11 23 G *Imp. Cæsar M. Antonius Gordian. Aug.*
Man. Acilius Aniola.

4205

990
238
12 24 F *Vetti-*
......

4206

CALCV-

Romæ conditæ, Christi vulgares.

Ab initio mundi.

CALCVLVS ECLIPSIS ☉, QVÆ *FACTA EST PRIMO ANNO GORDIANI IVNIORIS, Romanorum Imperatoris, anno verò post Christi natiuitatem 239. Qui est annus Christi 237.*

Cui respondet

Aureus numerus 10
Cyclus Solaris 22
Litera Dominicalis A.

Ab initio annorum Christi ad hanc eclipsin Solis sunt completi anni Iuliani 236. menses 3. dies 11. horæ 17. scrup. 27. Facta igitur est hæc defectio Solis anno Christi 237. die 12. Aprilis, horis post meridiem 5. scrup. 27. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	8	50	14	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	31	27	40	
Solis simplicis	0	11	12	4	
Solis compositi	0	20	2	19	
Anomaliæ annuæ Solis	5	8	40	34	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	0	21	41	
Anomaliæ Lunæ	3	24	47	6	
Latitudinis Lunæ	4	32	11	11	
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	7	46	41	
Æquatio centri Solis addenda	0	3	27	47	scrup. proport. 56′ 4″.
Anomalia Solis coæquata	5	12	8	21	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	41	52	

ERGO ☉ in ♈ 20 part. 40′ 37″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	0	43	22	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	0	11	54	scrup. proport. nulla.
Anomalia Lunæ coæquata	3	24	59	0	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	2	15	30	

ERGO ☾ in ♈ 21 part. 56′ 35″. Si auferantur scrup. 55. tanta enim fuit parallaxis Lunæ à Sole secundum longitudinem, Sol & Luna erunt in coniunctione visibili.

Caput Draconis in ♈ 17 part. 9′ 15″. Abfuit ergo Luna à capite draconis 4 part. 26′ 41″.

Motus Latitudinis Lunæ coæquatus 4 sex. 34 part. 26′ 41″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 23′ 13″.

Veri loci Solis ascensio recta 19 temp. 6′ 41″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium addenda sunt ad tempus æquale 11. scrup. vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum iterum auferenda Romæ in Italia 42. scrup. vnius horæ.

Ergo Romæ hic defectus Solis conspectus est horis post meridiem 4. scrup. 56.

Parallaxis Lunæ à Sole secundum longitudinem 54′ 56″.

Parallaxis Lunæ à Sole secundum latitudinem 18′ 12″.

Ergo latitudo Lunæ visibilis Borealis crescens 5′ 1″.

Semidiameter Solis 15′ 53″.

Semidiameter Lunæ 17 40.

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & Solis 33′ 33″.

Ablata latitudine Lunæ visibili scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 28′ 32″.

Diameter Solis apparens 31′ 46″.

ROMÆ DIGITI ECLIPTICI 10, scrup. 46. In Germania autem totus Sol defecit.


Scrupula

Scrupula incidentiæ 28′ 10″. Motus horarius Lunæ 34′ 37″.

Durauit ergo dimidius defectus horā vnam scrup. 11. Totus autem defectus horas 2. scrup. 22. Cœpit Sol deficere quadrante horæ ante quartam horam pomeridianam. Fuitq; Eclipsis maxima post meridiem horis 4. scrup. 56. paulò ante quintam horam vespertinam. Finita est eclipsis post sextam vespertinam scrup. 7. paulò ante Solis occasum.

Latitudo Lunæ visibilis in initio eclipsis Borealis crescens 2′ 34′. Et in fine itidem defectus itidem Borealis crescens 7′ 28′.

Sequitur nunc pictura.



De hac eclipsi scribit Iulius Capitolinus, eam tantam fuisse, vt nox crederetur, nec sine luminibus accensis quicquam agi posset: secutus est terræmotus, quo magnæ vrbes corruerunt, & multi homines oppresi sunt. Contigit etiam paulò pòst factio in Africa, contra Gordianum imperatorem suscepta, & exarsit de integro bellum Persicum in Oriente. Satis ergo apparet, quid hæc eclipsis Solis denotauerit.

Cyclus

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

Vettius Sabinus. ...... *Venustus.*

—Venusto & Sabino Coss. inita est seditio in Africa contra Gordianum imperatorem, duce Sabiniano, qui per Mauritaniæ præfectum ad deditionem compulsus est. Iul. Capitol.

991
239
13 25
E,D

Imp. Cæsar M. Antonius Gordianus. Aug. II. *M. Aurelius, M. f. Claudius Pompeianus.*

4207

—Finita sollicitudine in Africa, Gordiano iam iterum & Papiniano Coss. bellum Persicum natum est. Quare priusquam ad bellum proficisceretur adolescens Gordianus, Misithei filiam vxorem duxit. Erat hic Misitheus vir sapiens ac iustus, cuius strenuam operam paulò pòst in bello Persico expertus est Gordianus. Iul. Capitol.

—Tantus terræmotus circa hæc tempora factus est, vt magnæ vrbes corruerint, & multi homines ruinis oppressi sint. Iul. Capitol.

992
240
14 26
C

C. Aufidius Atticus. *C. Asinius Prætextatus.*

4208

—Sapores secundus rex Persarum annis 31. Agath.

Olym. 255

—Attico & Prætextato Coss. Gordianus Imperator Romanorum aperto Iano Gemino (quod signum erat indicti belli) profectus est contra Persas cum ingenti exercitu, & opera soceri sui Misithei, qui erat præfectus Prætorio & dux belli, Saporem Persarum regem vicit, Antiochiam Syriæ quam Persæ occupauerant recepit, Carras deinde cæterasq; vrbes Romano imperio reddidit, & Nisibin vsq; peruenit. Sed Misitheus paulò pòst è vita decessit.

993
241
15 27
B

C. Iu- ......

4209

Mortuo

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ cōditæ. Chri-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

…ius Arrianus. Aemylius Pappus.

Mortuo Misitheo Arriano & Papo Coss. Philippus Arabs cum præfectus prætorij fieret, immemor accepti beneficij, Gordianum imperatorem insidijs & fraude ab imperio deturbauit. Iul. Capitol.

Argunthis Scytharum rex audita morte Misithei, Romanorum fines vastat. Iul. Capitol.

994
242
16 28
A

Fuluius Aemylianus. Peregrinus.

Philippus præfectus prætorij nacta occasione, Gordianum imperatorem interfici præcepit.

4210 His Coss. mense Martio occisus est Imp. M. Antonius Gordianus. M. IVLIVS PHILIPPVS ex præfecto prætorij ab exercitu in oriente imperator renunciatus est. Contra hunc electus est Romæ à. S. P. Q. R. Marcus, quo defuncto in eius locum creatus est Seuerus Hostilianus, quo etiam paulò pòst mortuo imperium obtinuit Philippus cum filio M. Iulio Philippo; qui Romano imperio præfuerunt annis 5. & aliquot mensibus Onuph.

995
243
17 1
GF

Ti. Fabius Titianus. Imp. Cæsar M. Iulius Philippus P. F. Aug.

4211 Philippus Arabs imperator facta pace cum Persis, accessit ad vrbem Romam, Mesopotamiam & Assyriam hostibus relinquens, quæ res ei odium apud populum Romanum peperit. Sed Philippus vt aboleret ignominiã, Persis bellum indixit. Res sine sanguine peracta est, Persis prouincias restituere pollicentibus. Pomp. Læt.

996
244
18 2
E

Num- Bru-

Philip-

4212

Ab initio mundi. Christi vulgares. Romæ cõdita.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 256 — *tius Præses. mius Albinus.*

—Philippus Imperator cultum Christiani nominis simulans, cum tamen esset homo Punica fide deterior, cum vltimo die Paschatis accessurus esset ad cænam Domini, non prius admissus est, ab Episcopo Romano Fabiano, quàm publicam egisset pænitentiam, & stetisset in loco peccatorum. Euseb. hist. eccles. lib. 6. cap. 27.

997
245

19 3 D

4213

Imp. Cæs. M. Iulius Philippus Aug. II. M. Iulius Aug. f. Philippus Nobiliss. Cæsar

—Alexandrinæ ecclesiæ præficitur XIII. Episcopus Dionysius. Euseb. Præfuit hic Dionysius ecclesiæ Alexandrinæ annis. 17.

998
246

1 4 C

4214

Imp. Cæs. M. Iulius Philippus Aug. III. Imp. Cæs. M. Iul. Aug. f. Philip. Aug. II.

—Philippus Arabs Imperator, filium participem imperij declarauit, qui adeò seueri & tristis animi fuit, vt nullo prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit, patremq; ludis secularib⁹ petulantius cachinnantem vultu notauerit auersato. Egnat. Sex. Aurel. Pomp. Læt.

—Philippus Imp. in natali agro, hoc est, in Arabia, Philippopolin vrbem sui nominis condidit, alia autem in Thracia est Philippopolis, quam Philippus Macedoniæ rex olim condidit. Pomp. Læt.

999
247

2 5 BA

4215 — *Vet- Ful-*

21. die

Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

tius Aquilinus. nius Æmylianus.

—21. die Aprilis, qui est natalis Romæ, agon 1000. annorum actus est à Philippo Imp. Coss. Fuluio Æmyliano & Vettio Aquilino. Rectè ergo horum consulatus incidit in annum vrbis Romæ millesimum. Cassiod.

—Eodem hoc anno occisi sunt Impp. Cæss. Philippi Augg. Successerunt tres Decij. CN. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS pater, cum filijs Q. Herennio Etrusco Messio Decio, & C. Valente Hostiliano Messio Quincto Decio, qui tenuerunt Romanum imperium annis duobus & aliquot mensibus. Onuph.

1000

248

3 6 G

—13. Calend. Febr. hoc est, 20. die Ianuarij, in crudelissima persecutione, quam Decius aduersus CHRISTIANOS excitauerat, occisus est FABIANVS Episcopus Romanus, vacat sedes mensem 1. diebus 26. Succedit 14. Cal. Aprilis Cornelius Romanus, qui sedit ann. 2. m. 5. d. 27. Onuph.

4216

Olym. 257

...... Annius Gratus. Imp. Cæs. Cn. Messius Traian. Decius Aug. II.

—S. LAVRENTIVS in veru tostus est die 10. Augusti. BABYLAS quoq; Antiochenus cum tribus filijs supplicio affectus est. ALEXANDER Ierosolymorum Episcopus in carcere moritur, cui successit Mazabanes. Et Babylæ in Antiochena Ecclesia suffectus est Fabius. Euseb. hist. Eccl. lib. 6. cap. 32.

1001

249

4 7 F

—9. die Febr. APOLLONIA virgo admiranda & admodum prouecta ætate, propter confessionem Christi extusis dentibus, Alexandriæ in Ægypto cremata est. Euseb. hist. Eccles. lib. 6. cap. 34.

4217

Q. Herennius Etrusc. Mess. Decius Cæsar. Imp. Cæs. Cn. Mess. Traian. Decius Aug. III.

—Hoc anno post mortem Traiani Decij Imp. appellati sunt Imperatores C. Valerius Hostilianus, & M. Perpenna Licinianus, qui non longè pòst occisi sunt, successit C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS cum C. Vibio Volusiano filio, & Herennio Etrusco Messio Decio, Decij Aug. filio. Imperarunt vnà annum vnum, menses 6. & dies aliquot. Onuph.

1002

250

5 8 E

—Antiochiæ XIIII. Episcopus ordinatur Demetrianus. Eusèb.

Imp. Imp.

Gallus

4218

Ab initio mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cæs. C. Vibius Trebon. Gall. Aug. II. Cæsar, C. Vibius Volusianus, Aug.

—Gallus Imperator Christianam fidem profitentes acerba persecutione afflixit, quam secuta est horribilis lues per totum orbem terrarum.

—19. Cal. Octob. occisus Cornelius Episc. Romanus Gallo & Volusiano Coss. Valeriano iam Imperatore facto, vacat sedes m. 1. dieb. 5. Successit 14. Cal. Nouemb. Lucius Romanus, qui sedit an. 1. mens. 4. d. 14. Onuph.

1003
251 —Hoc anno Decius Iunior Imp. Aug. occisus est. Onuph.

6 9 DC *Imp. Cæs. C. Vibius Volusianus Aug. II. M. Valerius Maximus.*

—Imp. Trebonianus Gallus cum filio Volusiano Aug. hoc anno occiditur, successit C. IVLIVS ÆMYLIANVS, qui imperauit menses 4. Onuph.

4219

—Occiso Æmyliano Augusto, successit P. AVRELIVS P. F. LICINIVS VALERIANVS cum filiis P. Aurelio Licinio Gallieno, & P. Aurelio Licinio Valeriano. Imperauit cum filiis pater Valerianus annos 7. Onuph.

1004
252 —Nouatus Præsbyter Romanus lapsis post baptismum veniam negauit. Euseb.

7 10 B *Imp. Cæsar P. Aurelius Valerian. Aug. II. Imp. Cæsar P. Arel. Licinius Gallienus Aug.*

—3. Non. Martij occisus est Lucius Episc. Romanus, Impp. Cæss. Valeriano Aug. iterum, & Gallieno Aug. Coss. vacat sedes mens. 1. dies 5. Succedit Stephanus Romanus 4. Idus Aprilis, qui sedit annos 3, dies 24. Onuph.

4220

Olym. 258

—ORIGENES circa hæc tempora moritur agens annum ætatis 69. in vrbe Tyro vbi etiam sepultus est.

1005
253

8 11 A *Imp. Imp.*

—Valerianus Imp. in initio sui imperij aliquandiu mitis fuit erga Christianos. L.

4221

Beatus

Romæ conditæ. | Christi vulgares. | Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. P. Aurel. Licin. Valerian. Aug. III.
Coss. P. Aurel. Licin. Gallien. Aug. II.

—Beatus Cæcilius CYPRIANVS primum Rhetor, deinde Presbyter, ad extremum Carthaginensis Episcopus clarus habetur. Huius extant Epistolæ ad Stephanum Episcopum Romanum & eius antecessorem Lucium scriptæ.

—SABELLII hæresis orta est hisce temporibus, qui docuit trinitatem nominum sine substantia personarum. Huius & NOVATI etiam errores, refutauit firmissimis argumentis DIONYSIVS ALEXANDRINVS, Origenis discipulus.

1006
254

9 12
G

M. Valerius Maximus, II.
Man. Acilius Glabrio.

4222 —GREGORIVS Neocæsariensis Origenis discipulus, præfuit hoc tempore Ecclesijs in Ponto, qui ab edendis miraculis θαυματουργὸς dictus est.

—Doctor quidam & princeps Magorum Ægypti, Valerianum Imperatorem deprauauit, & persuasit ei, vt profanas exerceret præstigias, humanas hostias mactaret & Christianos acerbè persequeretur. Euseb. lib. 7. cap. 9.

1007
255

10 13
FE

Imp. Cæs. P. Aurel. Licin. Valeri. Aug. IIII.
Imp. Cæs. P. Aurel. Licin. Gallien. Aug. III.

4223 —Valerianus Imperator persecutionem in CHRISTIANOS mouet.

—4. Nonas Augusti interfectus est Stephanus Episc. Romanus Impp. Cæss. Valeriano IIII. & Gallieno III. Coss. Vacat sedes dies 22. Succedit Xistus Atheniensis, qui sedet annum 1. menses 11. dies 13. inijt Episcopatum 8. Cal. Septemb. Onuph.

1008
256

—CHEREMON Episcopus in vrbe Nicopoli, in exilium fugiens, spectante multitudine in cœlum sublatus est cum vxore.

11 14
D

M. Au... ......

M. Aurelio

4224

Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus Cyclus. ☽ ☉

Olym. 259

M. Aurelio Memmio & Pomponio Basso Coss. primi ex triginta tyrannis qui sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, Romanum imperium inuaserunt, Cyriades in Antiochia Syriæ, & Ingenuus in Pannonia tumultuari cœperunt. Onuph.

...Pomponius Bassus. ...relius Memmius Fuscus.

Antiochiæ XV. constituitur Episcopus PAVLVS SAMOSATENVS, qui docuit Filium Dei non fuisse λόγον ὑφιστάμενον, antequam ex Maria nasceretur. Ab hoc tempore vsq; ad annum Christi 1517. quo D. Martinus Lutherus contra indulgentias disputare cæpit, sunt anni 1260. qui faciunt 42. menses annorum maiores, quorum singuli constant ex 30. annis. Confer Apocalypsin Iohannis cap. 10.

1009 | 257

12 | 15 C

Pomponius Bassus II. Fuluius Æmylianus.

4225

8. Idus Augusti occisus est Xistus Episc. Romanus Fuluio Æmyliano, & Pomponio Basso secundo Coss. Vacat sedes dies 35. succedit 11. Calend. Septemb. Dionysius Monachus, qui sedit annis 9. mens. 4. dies 5. Onuph. CYPRIANVS eodem hoc tempore die 26. Septembris martyrio coronatus est Tarraconæ. Et Dionysius Alexandrinus in exilium pulsus est.

1010 | 258

13 | 16 B

4226

........Iunius Donatus. ....Cornelius Secularis II.

Cornelio Seculare II. & Iunio Donato Coss. Imperator P. Licinius Valerianus à Persis captus est. Succesit eius filius P. AVRELIVS LICINIVS GALLIENVS cum filijs, Imperauit annis 8. post captum patrem. Onuph.

1011 | 259

14 | 17 AG

.... Imp.

Gallienus finita persecutione Christianis pacem reddidit. Euseb.

4227

Gallieno

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Caes. P. Licinius Gallienus. Aug. IIII. ... Petronius Volusianus.

—Gallieno & Volusiano Coss. Macrianus cum filijs suis, Imperator declaratur in Oriente, hic paulò pòst in Illyrici & Thraciæ finibus ab Aureolo victus & cum filio interemptus est. Trebell. Poll.

—Odenatus interfecto Quieto altero Macriani filio, assumto nomine regali cum vxore Zenobia, totius orientis imperium obtinuit, cum Illyricum teneret Aureolus, & Romam Gallienus.

1012 260

—Per idem tempus Æmilianus apud Ægyptum sumpsit imperium, atq; ita successiuis temporibus triginta Tyranni aduersus Gallienum insurrexerunt, quorum lanienas mutuas Trebellius Pollio describit.

15 18 F

Imp. Caes. P. Licinius Gallienus Aug. V. Ap. Pompeius Faustinus.

4228 —Gallieno & Faustino Coss. inter tot bellicas clades etiam terræmotus fuit & tenebræ per multos dies, fuitq; tanta pestilentia, vt vno die quinq; millia hominum perirent. Trebell. Poll.

Olym. 260

—THEOTECNVS Cæsareæ Palæstinæ Episcopus clarus habetur, Euseb. hist. Ecclesiast. lib. 7. cap. 13. & 14.

1013 261

—Gallienus Imp. victo Posthumo, qui FRANCOS sibi adiunxerat, ad vindictam Byzantiorum conuersus, fracto fœdere quod promiserat, inermes milites apud Byzantium interfecit. Postea quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido conuolauit, & decennia celebrauit, nouo genere ludorum. Est enim hic decimus annus quo cum patre Valeriano imperare cœperat. Trebell. Poll.

16 19 E

Nummius Ceionius Albinus II. ... Maximus Dexter.

4229

—Græcia, Macedonia, Pontus & Asia depopulatæ per Gothos. Aliasque prouincias Barbarorum quassauit irruptio. Cassiod. Blond. Trebell.

—Quadi & Sarmatæ Pannonias occupauerunt.

1014 262

—Nepos quidam Episcopus in Ægypto, regnum Christi mille annorum in terra futurum docuit. Euseb. hist. Eccl. lib. 7, cap. 19.

17 20 D

Imp. ...

4230

Diony-

Ab initio Mundi. | Christi vulgares. | Christi Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cæs. P. Licin. Gallienus Aug. V. & ... Annius Saturninus.

—Dionysius Alexandriæ Episcopus moritur, cui succedit anno duodecimo Gallieni, Maximus XIIII. Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, qui præfuit annis 18. Euseb. hist. Eccl. lib. 7. cap. 22.

—Gallieno & Saturnino Coss. Odenatus rex Palmyrenorum orientis Imperator bellum Persis in vindictam Valeriani indixit, Nisibin & Carras occupauit, & ad Ctesiphontem vsq; peruenit, fugatoq; rege Sapore concubinas eius captiuas abduxit. Nec defuit tamen reuerentia Odenati circa Gallienũ. Nam captos Satrapas insultandi propè gratia & ostentandi sui ad eum misit. Qui cum Romam deducti essent, vincente Odenato triumphauit Gallienus, ac si ipse Persas vicisset. Dum hæc apud Persas geruntur Scythæ hostili exercitu Cappadociam & Bithyniam peruaserunt. Trebell. Poll. Franci itidem Saxones Germaniq; denuò in Galliam irrumpunt, in Hispaniam penetrant, Tarraconensem vrbem solo æquant, ducibus Anthario Bartheri, & Luthero Marbodi Saxonum regis filijs. Tritem. & Euseb.

1015 | 263 | 18 | 21 | CB

4231

P. Aurel. Licin. Valerianus Nobiliss. Cæs. II. L. Cæsonius, C. f. Macer, Lucill. Rufian.

—Gallienus Imperator consulto fratris sui Valeriani, & Lucilli propinqui, Odenatum ob res egregiè gestas, Augustum vocauit, eiusq; monetam qua Persas captos traheret, cudi iussit, quod & Senatus, & vrbs, omnisq; ætas gratanter accepit. Sed paulò pòst Odenatus insidiis consobrini sui Mœonij, cum Herode filio suo occisus est. Successit illi in Imperio & regno vxor ZENOBIA, bellicosissima mulier. Hæc se de Cleopatrarum Ptolemæorumq; gente iactabat, & Imperiali sagulo per humeros induta, diademate etiam ornata, nomine filiorum Herenniani & Timolai, tanquam bellicosissima Semiramis aut Amazonum regina imperauit. Adorata est more regum Persarum, ad conciones galeata processit cum limbo purpureo, gemmis pendentibus per vltimam fimbriam, media etiam ciclade veluti fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. Fuit vultu subaquilo, fusci coloris, oculis supra modum vigentibus, nigris, venustatis incredibilis: tantus candor in dentibus, vt margaritas eam pleriq; putarent habere non dentes: Vox clara & virilis, animus castus, &c. Vide de hac muliere Trebellium Pollionem. In huius reginæ aula vixit PAVLVS SAMOSATENVS, qui vt eam ad Christianos inflecteret, doctrinam de Messia transformauit in Iudaicas opiniones.

1016 | 264 | 19 | 22 | A

4232

Olym. 261

Imp. Cæs. P. Licinius Gallienus Aug. VII. ... Sabinillus.

—Victorinus quem Posthumus consortem Imperij fecerat, sublato Posthumo Lollianum quoq; interfecit, ac solus imperium obtinuit apud Gallos. Trebell. Poll.

—Hymenæus qui multis annis magna cum laude vixit, Mazabane morte consopito Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus declaratur. Euseb.

1017 | 265 | 1 | 23 | G

Ovi- ...

Gallienus Imperator vix excitatus publicis malis, Gotthis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos interemit. Trebell.

Victori-

4233

Ab initio mundi. | Romæ conditæ. | Christi vulgares.

Ab initio mundi.	Romæ conditæ: Christi vulgares.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
	... Arcesilaus.		nius Paternus.	Victorinus tyrannus apud Agrippinam ob matronarum stupra interficitur. Paulò pòst & Victorinus iunior, qui ab auia Victoria Cæsar appellatus erat, occisus est à militibus. Postea Marius qui fuit faber ferrarius Imperium triduo occupauit. Hic interfectus est statim à quodam milite, qui quondam operarius eius fabrili officina fuerat, cumq; occideret Imperatorem miles addidisse fertur hæc verba: Hic est gladius quem ipse fecisti. Successit illi Tetricus tyrannus. Trebell. Poll.
	1018 266			Aureolus tyrannus Tetricum vicit, pacem cum Gallieno fecit, qua mox soluta, Gallienus paulò pòst Mediolani occisus est cum fratre Valeriano.
4234	...... Marinianus.	2	24 F Ouinius Paternus II.	12. Cal. Aprilis occisus est apud Mediolanum Gallienus Imperator Romanorum. In eius locum ab exercitu apud Mediolanum Imperator salutatus est M. AVRELIVS FLAVIVS CLAVDIVS, qui imperauit annum vnum, menses 10. & dies 15. Onuph. Quanta fuerit huius Imperatoris virtus, ex senatus testimonio apparet, in quo hæc verba recitata sunt: Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus Senator, tu verè Princeps. In initio sui Imperij Aureolum tyrannum, conflictu habito, apud pontem Aureoli interemit. Trebell. Poll.
	1019 267			Dum se ad bellum Gotthicum præparat Claudius Imperator, Scytharum diuersi populi, Peucini, Trutungi, Austrogotthi, Virtingui, Sigipedes, Celtæ etiam & Heruli, prædæ cupiditate in Romanum solum venerunt, atq; ibi pleraq; vastarunt.
4235	.... Ouinius Paternus.	3	25 ED Imp. Cæs. M. Aurel. Claudius Aug. II.	7. Cal. Ian. occisus est Dionysius Episcopus Romanus, vacat sedes dies 5. successit Felix Romanus Cal. Ianuarij, qui sedit annos 4. menses 4. dies 30. Onuph.
				Claudius Cæsar aduersus Gotthos exercitum duxit, eosq; magna celeritate dispersos, diuersis in locis oppressit, atq; ita ducenta & viginti millia hostium trucidauit, attriuit, deleuit, duo millia nauium mersit, tantaque multitudo mulierum capta est, vt binas & ternas mulieres victor sibi miles posset adiungere. Trebell. Poll.
	1020 268			Dum hæc à Claudio aguntur, Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Ægyptios bellum sumunt, quibus fortiter restiterunt. Et quamuis Probatus dux Ægyptiorum, Timogenis insidijs occideretur, illi tamen victoriam reportantes, omnes se Romano Imperatori Claudio qui absens erat dediderunt.
4236	Furius	4	26 C Fl. Antiochianus.	Atticiano & Orphito Coss. finito sanè bello Gotthico grauissimus morbus increbuit, tunc Claudius etiam morbo affectus, mortales reliquit, pridie Non. Febr. Imperat deinde eius frater M. AVRELIVS Quinctillus dies 17. Hunc interfecerunt milites 10. Cal. Martij. Successit L. DOMITIVS AVRELIVS VALERIVS AVRELIANVS qui imperauit annos 6. minus paucis diebus, vt habet Flauius Vopiscus.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Orbitus. *[An]tiochianus.*

—Aurelianus Imperator contra Sueuos & Marcomannos fortiſsimè dimicauit, ac florentiſsimam victoriam retulit apud Placentiam, cum prius ab iiſdem populis apud Mediolanum Romani exercitus magnam cladem
Olym. 262
accepiſſent. Fuerunt autem Marcomanni partim Boiemi, partim Moraui & Auſtriaci, vt nunc nominamus, Sueui Alpibus vicini, qui ſe cum Marcomannis coniunxerunt. Vopiſc.

—Pacata Italia Romam profectus eſt Aurelianus, vbi ſeditiones vrbanas ſedauit, & multis ciuibus ac ſenatoribus interfectis, cruentius ea, quæ mollius fuerant curanda, compeſcuit, iudicia tamen vtcunq; reſtituit in Imperio Romano. Vopiſc.

1021
269

5 27 B

Pomponius Baſſus. *Imp. Cæſ. L. Domitius Aurelianus Aug.*

—Tranſactis quæ ad vrbis ſtatum pertinebant, Aurelianus Imperator aduerſus Zenobiam Palmyrenorum reginam, quæ filiorum nomine orientale tenebat Imperium, exercitum duxit. Multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. Barbaros enim in Illyrico & in Thracia vicit, Cannabam
4237
Gotthorum ducem trans Danubium interemit, & Bithyniam ſine certamine obtinuit. Vopiſc.

—Conſtantinus Magnus Imperator natus eſt, in Britannia, Aureliano & Baſſo Conſulibus. Onuph. Vixit annos 66. Pomp. Læt. in Conſtantino. Arbitror igitur eum circa finem huius anni natum eſſe.

—Thyenam cum veniſſet Aurelianus Imperator, eamq; occluſam reperiſſet, iratus dixiſſe fertur: Canem in hoc oppido non relinquam. Et paulò pòſt quidem eadem ciuitas proditione Heraclammonis capta eſt, cumq; milites iuxta illud dictum, quo canem ſe relicturum apud Thyanæos negauerat, euerſionem vrbis expoſcerent, reſpondit clementer: Canem, inquit, negaui me in hac vrbe relicturum, canes igitur omnes occidite. Heraclammonem autem proditorem patriæ, cuius proditione vrbs capta erat, per milites occidi iuſsit. Vide Fla. Vopiſcum.

1022
270

6 28 A

Voldumianus. *Quietus.*

4238
—Recepta Thyana, Antiochiam Syriæ propoſita omnibus impunitate, breui apud Daphnen certamine obtinuit. ZENOBIAM deinde reginam apud Emeſſam magno certamine vicit, & Palmyram obſidione cinxit. Regina cùm fuga ſibi conſulere ſtuderet, in itinere conſpecta ab equitibus Aureliani capitur. Vopiſc.

—PAVLVS SAMOSATENVS vltimo Antiochiæ concilio habito, omnium Epiſcoporum conſenſu abdicatus, autoritate Aureliani Imperatoris manu publica ab Eccleſia Antiochena detrahitur, & ſucceſsit illi in Epiſcopatu Domnus Demetriani filius. Euſeb. hiſt. eccl. lib. 7. cap. 24.

—Pacato oriente Aurelianus Imperator victor in Europam redijt, vbi Carporum copias afflixit. Vopiſc.

—Quieto & Voldumiano conſulibus, Tetricus Imperator, Galliæ tyrannus, ſe omnemq; exercitum Aureliano Imperatori tradidit. Iiſdem conſulibus Firmius quoq; ex Seleucia Syriæ ortus Ægyptum occupauit, qui tamen paulò pòſt ab Aureliano victus & occiſus eſt. Onuph. Inſurrexerunt & Septimius in Dalmatia, mox ſuorum fraude interfectus, & Saturninus Alexandriæ in Ægypto, pòſt ſub Imperio Cæſ. Probi occiſus. Onuph.

1023
271

7 1 GF

M. Clau-

4239

Ormiſda-

Ab initio mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ab initio mundi.	Christi vulgares.	Romæ cōditæ.	
	... Furius Placidus.	dius Annius Tacitus.	—Ormisdates III. rex Persarum anno vno diebus 10. Agath. —5. Cal. Iunij, occisus est Felix episcopus Romanus, vacat sedes dies 5. Nonis Iunij succedit Eutychianus Etruscus, qui sedit annos 9. mens. 6. dies 9. Onuph. —Aurelianus Imperator de victis hostibus, præsertim autem de Zenobia & Tetrico, hoc est, de Oriente & Occidente triumphauit. Duxit in triumpho currus regios tres, argento, auro, gemmisque distinctos, ipse insidens curru triumphali, quē trahebant quatuor cerui, capitolium inuectus est. Inter alios captiuos currum triumphalem præcesserunt, Tetricus chlamyde coccynea, tunica galbina, braccis Gallicis ornatus, adiuncto sibi filio quē imperatorem in Gallia nuncupauerat, & ZENOBIA ornata gemmis ingentibus, ita vt orna mentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima sæpissime restitisse, cum diceret, se gemmarum onera ferre non posse. Vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis: nec collo aureum vinculum deerat, quod Scurra Persicus præferebat. Huic reginæ postea concessum est, vt Romæ more priuatæ matronæ cum filiabus viueret. Vopisc.
	272	1024	
	8	2 E	
4240	C. Iulius Capitolinus	Imp. Cæs. L. Domitius Aurelianus Aug. II.	—Varranes eius nominis primus, IIII. rex Persarum, annis 3. Agath. —Eusebius Laodicensis episcopus clarus habetur. Euseb. —Aurelianus imperator Tetricum de quo triumphauerat, correctorem Lucaniæ fecit, filio eius in senatu manente, muros vrbis Romæ ampliauit, & templum Solis magnificentissimum construxit, ἀμνηστίαν etiam sanxit, ne audirentur, qui deferebant malè locutos de principibus. Vopisc.
Olym. 263			—Vixit hoc tempore Manes Hæresiarcha, genere Brachmanes, tantæ dementiæ, vt ipsius Christi personam nonnunquam induere conatus sit & ad exemplum Christi duodecim discipulos, consortes suæ nouæ & inauditæ prauitatis delegerit, interdum se Spiritum Paracletum à Christo promissum assereret. Hic tandem à Persarum rege, quòd eius filium, quem repulsis omnibus medicis sanandum susceperat, interemisset, viuus excoriatus est. Suid & Euseb. hist. eccl. lib. 7. cap. 25. Ab hoc Manichæorum secta originem traxit.
	273	1025	
	9	3 D	
4241	T. Nonius Marcellinus	Imp. Cæs. L. Domitius Aurelianus Aug. III.	—Aurelianus imperator ex vrbe Roma ad bellum Vindelicum discessit, vbi Boios, quos nunc Bohemos vocamus, egressos ex saltibus suis, & populantes oram Vindelicam, repulit. Inde in orientem iter flexit, & Persis bellicosissimis populis bellum indixit. Cumque aduersus Christianos nouam meditaretur persecutionem, fulmine, quod iuxta eum comitesque eius ruebat, nihil ad meliora flexus, sed scriptis iam mandatis in Christianorum perniciem, paulò inter Byzantium & Haracleam interfectus est à militibus, incitatis à scriba Mnesteo, cui Aurelianus necem minitatus fuerat. sed statim exercitus de Mnestheo etiam pœnas sumpsit, eumque bestijs obiecit. Fl. Vopisc. Euseb. in Chronico.
	274	1026	
	10	4 C	
4242	Vetti-	Aure-	—4. Cal. Febr. Aurelianus Imperator interemtus est: scriptæ literæ ab exercitu ad S. P. Q. R. de morte Aureliani exhibitæ fuerunt 3. Non. Febr. ab Aurelio Gordiano Consule, dum amplissimus Senatus in curiam Pompilianam conuenisset. Vopisc. in Aureliano. Inde interregnum fuit mensium 7. dierum 28. Onuph.

Hos

Cyclus ☾ Cyclus ☉

ius Gordianus. *us Cornificius Gordianus.*

—Hos. Coss. ab alijs prætermissos hic inserendos esse Fl. Vopiscus demonstrat, locis à nobis signatis, 4. Cal. Febru. & 7. Calend. Octob.

1027 275 —7. Calend. Octobris cum ordo amplissimus in curia Pompiliana consedisset, Velio Cornificio Gordiano consule suadente, imperator salutatus est M. CLAVDIVS TACITVS, Vopisc. in Tacito. Imperauit menses 6. dies 20. Onuph.

11 5 BA

4243

Imp. Cæs. M. Claudius Tacitus Aug. II. ...... *Fuluius Æmylianus.*

—Varranes eius nominis secundus, V. Persarum rex annis 17. Agath.

—Idibus Aprilis, anno vrbis Romæ 1028. Tacito Aug. II. & Fuluio Æmyliano Coss. Tacitus Imperator 200. imperij sui die obijt. Sex. Vict. Onuph Successit illi frater M. ANNIVS FLORIANVS, mensib. 2. dieb. 20. Onuph.

—5. Nonas Iulij iam dictis Coss. Florianus imperator occisus est, successit M. AVRELIVS PROBVS. Hic imperauit annos 6. menses 4. Pomp. Læt. & Eutrop.

—Probus cum ab exercitu imperator salutatus esset Tarsi in Cilicia, literas ad senatum scripsit, petijtq; vt quemadmodum superiore anno orbi terrarum principem dedissent Tacitum, ita quoq; pro sua clementia, iudicarent

1028 276 de rebus gestis ac meritis M. Aurelij Valerij Probi, cui exercitus imperium obtulisset. Fl. Vopisc.

12 6 G

4244

—Die tertio Nonas Februarias, cum Senatus Romanus conuenisset in ædem Concordiæ, inter cætera Consul Ælius Scorpianus ita locutus est: Audistis P. C. literas Aurelij Valerij Probi, de his quid videtur? Tunc acclamatum est: Probe Auguste dij te seruent. Flau Vopisc. Collega autem Ælij Scorpiani in consulatu fuit Probus, is enim in hunc annum cum Tacito consul designatus erat, vt idem Vopiscus docet.

Olym. 264

Imp. Cæsar M. Aurelius Probus Aug. I. *Ælius Scorpianus*

—Probus imperator cum ingenti exercitu Galliam petit, quam Germani & Franci occupauerant, quorum duces Proculus & Bonosus se imperatores nominauerant. Franci in Belgico victi sunt, & Proculus dux eorum occisus. Bonosus dux Rhetici limitis, cum Alemanis ad Nicrum fugatus est. Quadringenta millia hostium in hoc bello cæsa sunt, & septuaginta vrbes nobilissimæ à Barbaris receptæ, atq; ita tota Gallia iterum pacata. Vopisc.

—Anatholius Laodicenus Episcopus, Philosophus clarus habetur. Eusebhistor. ecclesiast. lib. 7. cap. vlt.

1029 277

13 7 F

Imp. ......

4245

Probus

Mundi. Christi vulgares. Romæ conditæ.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Cos. M. Aurelius Probus Aug. II. Furius Lupus.

—Probus Imperator Romanorum aduersus Alemanos exercitum duxit, eosq; ad Nicrum fluuium vicit. Sunt autem Alemani hoc nostro tempore populi inter Alpes & Moguntiam. Bonosus qui se imperatorem nominauerat, á Probo victus laqueo vitam finiuit. Et quia fuerat Heluo, & habuerat ventrem deformiter tumidum, iocus militaris sparsus est: Non hominem pendere sed amphoram. Vopisc.

1030 278

14 8 E

4246

Im. Cos. M. Aurelius Probus Aug. III. Ouinius Paternus.

—Pacatis Germanis, Probus Sarmatas in Illyrico subegit, Geticos populos in Thracia vicit. His gestis orientem petijt, atq; in itinere potentissimo quodam latrone Palfurio capto, omnem Isauriam liberauit. Vopisc.

—CYRILLVS cuius opera doctissimè scripta adhuc extant, Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus designatur. Euseb.

1031 279

15 9 DC

4247

Iunius Messala. Gratus.

—Probus Imperator Romanorum Blemyas subegit, Æthiopiæ populos, quorum captiuos Romam misit, qui mirabilem sui visum, stupente populo Romano præbuerunt. Copton quoq; eodem tempore & Ptolemaidem vrbes nobilissimas ereptas Barbarico seruitio, Romano addidit iuri. Saturninum qui orientis imperium arripuerat varijs præliorum generibus & nota virtute superauit. Parthis & Persis pacem concessit cum delictorum veniam peterent, tantamq; in oriente pacem reliquit, vt (quemadmodū vulgò loquebantur) mures rebelles nullus audiret. Vopisc.

1032 280

16 10 B

4248

Imp. C. Im

Facta

Romæ cōditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olmy. 265 | *Cæs. M. Aurelius Probus Aug. IIII* | *...nius Tiberianus.*

—Facta pace cum Persis Probus ad Thracias redijt; & Gepidas Gautunnos ac Vandalos, qui occupato bellis tyrannicis Probo, per totum penè orbem vagati erant, nec parum molestiæ Romanæ gloriæ intulerant, varijs victorijs fortiter oppresit. Vopisc.

—Maximo Alexandrinæ Ecclesiæ episcopo defuncto, succesit Theonas. Euseb. hist. eccl. lib. 7. cap. vlt. hic Theonas 19. annis Ecclesiæ Alexandrinæ præfuit.

1033
281
18 | 11 | A

—Idib. Decemb. occisus est Eutychianus Episcopus Romanus, vacat sedes dies 3. succedit 16. Calend. Ianuar. Caius Salomensis Dalmata, qui sedit annos 12. m. 4. d. 6. Onuph.

4249 | *Imp. Cæs. M. Aurelius Probus Aug. V.* | *........ Pomponius Victorinus.*

—Probus Imperator Romam reuersus, de Germanis & Blemyis gloriosè triumphauit, & venationem in circo amplissimam dedit. His rebus peractis, bellum Persicum parans, Sirmium cum venisset, ac solum patrium effœcundari cuperet & dilatari, cum milites oneraret labore siccandi paludes, aliqui tumultuantes seditionem aduersus eum mouerunt, & paulò pòst fugientem in speluncam ferream interfecerunt. Vopisc.

1034
282
13 | 12 | G

—4. Non. Nouemb. anno Domini 282. occisus est M. Aurelius Probus Aug. ipso & Pomponio victorino Coss, Succedit eodem tempore, M. AVRELIVS CARVS Manlius Aurelianus, qui cum duobus filijs imperauit annum vnum, menses diesq; aliquot. Onuph.

4250 | *Imp. Cæs. M. Aurel. Carus Aug. II.* | *M. Aurel. Cari Aug. f. Carinus Nob. Cæsar*

—Carus Imperator Romanorum in initio sui imperij Sarmatas vicit, occisis sedecim millibus & captis viginti millibus diuersi sexus. Postea bellum Persicum, quod Probus parabat, cum filio Numeriano aggressus, Mesopotamiam obtinuit, & Ctesiphontem vsq; peruenit. Vopisc.

1035
283
19 | 13 | FE

—Hic incipit 332. annus libertatis vrbis Antiochiæ.

—M. Aurelius Carus Imperator fulmine extinctus est, duobus filijs CARINO secundo & NVMERIANO Coss. qui patri in imperio Romano successerunt. Vopisc. Onuph.

Imp. | *Imp.*

5251

INCIPIT

Romæ conditæ. | Christi vulgares. | Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cos. M. Aurelius Carinus Aug. II. Cos. M. Aurel. Numerianus Aug.

1036
284

1 14 D

—INCIPIT AERA DIOCLETIANI, vndecimo Calend. Maij, hoc est, 21. die Aprilis, qui est Natalis Romæ, tali enim die, ante annos 1035. Romulus primus Rex Romanorum, aratro designauerat mœnia vrbis Romæ. Tali etiam die hoc anno vrbis Romæ 1036. post M. Aurelij Numeriani necem, ab exercitu Augustus appellatus est C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS, qui imperauit annis 20. Onuph. Sed AERA eius desijt post annos 248. anno Christi Domini 532. Beda de ratione temporum. Idem hic Diocletianus Imperator, qui matrem pariter & patriam Diocleam habuit, vnde & Dioclis nomen illi inditum est, quod ille ex græca appellatione in latinam mutauit terminationem in initio sui imperij, cum ab exercitu Augustus appellatus esset, tribunal conscendit, & Aprum occisorem Cæsaris Numeriani in conspectu militum gladio percussit. Fuit autem Aper præfectus prætorio. Vide Vopiscum in Numeriano.

4252 — 1

Imp. Cæs. C. Aurel. Diocletianus Augustus II. ...... Aristobulus.

Olym. 266

—M. Aurelius Carinus, frater Numeriani, occisus est à Diocletiano in Gallijs apud Mursum, Imp. Diocletiano Augusto II. & Aristobulo consulibus. Onuph. Fuit hic Carinus homo omnium contaminatissimus, Vxores ducendo ac reijciendo nouem duxit, pulsis plerisq; prægnantibus. Habuit gemmas in calceis, Balteum etiam sæpe gemmatum, Meretricibus palatium impleuit, Rosis Mediolanensibus & triclinia & cubicula strauit. Fla. Vopisc.

1037
285

—Amandus & Ælianus tyrannidem in Gallijs contra Diocletianum arripuerunt, (Diocletiano Aug. II. & Aristobulo Coss. Sed sequenti anno à Maximiano Herculio cœsi sunt. Onuph.

2 15 C

M. Iunius Maximus II. ...... Vettius Aquilinus.

4253 — 2

—Iulianus contra Diocletianum purpuram assumpsit in Italia, M. Iunio Maximo & Vettio Aquilino Coss. Onuph.

—11. Cal. Maij, hoc est, 21. die Aprilis Imperator à Diocletiano Augusto appellatus est M. AVRELIVS Valerius Maximilianus, qui imperauit cum Diocletiano annos 18. Onuph. Felicissima sibi imperatores nomina indiderunt, Diocletianus Iouius, Maximianus Herculeus appellati sunt, velut ille Iouis hic Herculis hæres. Pomp. Læt.

—Carausius M. Iunio Maximo II. & Vettio Aquilino Coss. in Britannia tyrannidem inuasit, & imperauit annos 7. contra Diocletianum. Onuph.

1038
286

—Iulianus Italiæ tyrannus Victus à militibus Diocletiani, acto per costas pugione in ignem abiecit se. Sex. Aurel.

3 16 B

Imp. Imp.

4254

Parata

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. C. Aurel. Diocletianus. Aug. III. *Coss. M. Aurel. Maximianus. Aug. II.*

3

Pacata Gallia Maximiani Herculeus Gentianos quoq; subegit in Africa. Milites erant omnes quinquagenarij aut vltrà, qui regnum in Africa stabilire conabantur. Pomp. Læt.

1039
287

4 17 AG

4255

M. Aurelius Maximus .... *Pomponius Ianuarius.*

4

Achilleus tyrannidem Alexandriæ in Ægypto contra Diocletianum inuasit, M. Aurelio Maximo, & Pomponio Ianuario Coss. Imperauit in oriente annos 6. Onuph.

1040
288

5 18 F

4256

Annius Bassus. II. .... *L. Ragonius Quinctianus.*

Olym. 267

5

Tanta fuit inter duos Augustos Diocletianum & Maximianum concordia, vt alter alteri, nunquam repugnauerit. Maximianus enim vt filius patri Diocletiano semper obtemperabat. Pom. Læt.

1041
289

6 19 E

Imp. *Imp.*

4257

Cum

Ab initio mundi. | Christi vulgaris. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

6 — *Cos. C. Valeri. Diocletian. Aug. IIII.* — *Cos. M. Aurel. Maximian. Aug. III.*

Cum propter diuersarum gentium motus, opus esset pluribus fidelibus ducibus, concordes Augusti duos adoptauerunt Cæsares, Diocletianus Galerium Maximianum, Maximianus Herculeus autem Constantium Chlorum, hi repudiatis prioribus vxoribus nouas duxerunt, ille Valeriam Diocletiani filiam: hic Theodoram priuignam Maximiani Herculei, cum prius habuisset Helenam Constantini matrem Britanniæ regis filiam. Pomp. Læt.

1042

290

7 20 D

4258

7 — *C. Iunius Tiberianus II.* — *Dion Cassius Nicæus Historicus.*

Cal. Martij C. Iunio Tiberiano II. & Cassio Dione Coss. anno Christi 291. pullulantibus per varia loca nouis bellis, à Diocletiano Cæsar appellatus C. Galerius Maximianus, qui imperauit in Cæsarea dignitate cum Fl. Valerio Constantio annos 13. mensem vnum, dies 21. Onuph.

1043

291

8 21 CB

4259

8 — *...... Afranius Hannibalianus.* — *M. Aurelius Asclepiodotus.*

Diocletianus Iouius Busirim & Copton ciuitates Ægypti expugnauit & diruit, cæsisq; autoribus defectionis, 9. mense Ægyptum pacauit. Pomp. Læt.

Constantius pater Constantini in Galliam cum exercitu missus multa ibi præclara gessit. Pomp. Læt.

1044

292

9 22 A

Imp. *Imp.*

Diocletianus Iouius Alexandriam obsidione cinxit, quæ 8. mense capta est. Pompon. Læt.

4260

Imp.

Ab initio Mundi. | Christi vulgarisq;. | Romæ conditæ. | Diocletiani

Cyclus ☽ Cyclus ☉

9

Olym. 268

Cæſ. C. Aurel. Diocletianus Aug. V.
Cæſ. M. Aurel. Maximian. Aug. IIII.

—Imp. Cæſ. Aurelio Diocletiano Iouio V. & Maximiano Herculio IIII. Coſs. Carauſius tyrannus in Britannia occiſus eſt. Poſt hunc iiſdem Coſs. Alectus in Britannijs imperium occupauit annis 3. Onuph.

—Varranes eius nominis tertius, 6. Perſarum rex menſib. 4. Agath.

1045
293
10 23
G

—Narſes 7. rex Perſarum ann. 7. m. 9. Agath.

4261

Fl. Valerius Constantius Nobiliſs. Cæſar.
C. Galerius Valer. Maximianus Nob. Cæſar.

10

—Achilleus tyrannus orientis à Diocletiano in prælio captus & Alexandriæ feris obiectus eſt, Conſtantio & Galerio Cæſs. Coſs. Onuph.

—10. Cal. Maij occiſus eſt Caius Dalmata epiſcop. Romanus, vacat ſedes dies 15. ſuccedit 8. Idus Maij Marcellinus Romanus. Onuph. Præfuit Eccleſiæ Romanæ annis 9. Euſeb.

1046
294
11 24
F

—Diocletianus his temporibus expeditionem ſuſcepit aduerſus Æthiopes. Pomp. Læt.

—Zabdas 37. Hieroſolym. epiſcopus deſignatur. Euſeb.

4262

11

Numius Tuſcus.
Annius Cornelius Anullinus.

—Galerius Maximianus Cæſar, à Diocletiano Auguſto aduerſus Narſen Perſiæ regem emittitur, qui Armeniam & Meſopotamiam acri bello quatiebat.

1047
295
12 25
ED

—Conſtantius Cæſar circa hæc tempora ab Alemannis in fugam vertitur, in Burgundia nam ibi Lingones populi habitarunt.

Imp.
Fl. Va-

4263

Alectus

Diocletiani. Romæ cōditæ. Christi vulgares. Ab initio mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

12 — Alectus tyrannus occiſus eſt in Britannia Imp. Cæſ. Diocletiano Iouio VI. & Conſtantio Cæſ. II. Coſs. anno Chriſti 296. Onuph.

Cæſ. C. Aurel. Diocletian. Aug. VI. — *lerius Conſtantius Nobiliſs. Cæſ. II.*

— Conſtantius Cæſar cum ſæpè cum Francis & Alemannis conflixiſſet, tandem ſexaginta millibus Francorum & Alemannorum trucidatis, recuperauit Belgicum & Rhetiam. Eo tempore SPIRAM ad Rhenum condidit, vbi matrem Claudiam ſepelijt, quæ erat filia Claudij Imperatoris eius nominis ſecundi. Alemanni autem dicti ſunt, quaſi **alle Menner/** & ſedes habuerunt inter Alpes & Moguntiam.

1048
296

13 26 C

4264

13

Olym. 269

Imp. Cæſ. M. Aurel. Maximianus Aug. V. — *G. Galerius Maximianus Nobiliſs. Cæſ. II.*

— Galerius Maximianus Cæſar cum duobus prælijs Perſarum ingentes copias profligaſſet, factus animoſior non longè à Carris iterum congreſſus, à Perſis ſuperatur, amiſſo ferè toto exercitu. Redijt ergo in Syriam & inde ad Diocletianum, à quo arrogantiſsimè exceptus eſt, ita vt per aliquot millia paſſuum ante carpentum eius purpuratus cucurriſſe referatur. Vixq; impetrauit à Diocletiano poſt multas minas, vt reparato exercitu iterum Perſas inuaderet ignominiamq; aboleret. Paul. Oroſ. & Pomp. Læt.

1049
297

14 27 B

4265

14

Anicius Fauſtus. — *Gallus.*

— Galerius Maximianus Cæſar refectis copijs, hoſtes in Armenia feliciter ſuperauit, expugnatis caſtris Perſarum. Deinde cum exercitu in Aſsyriam progreſſus eſt. Diocletianus interim Cercuſium oppidum in Meſopotamia muniuit. Pomp. Læt.

1050
298

15 28 A

Imp. *Imp.*

4266

Galeri-

Ab initio Mundi. | Chriſti vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Coss. C. Aurel. Diocletian. Aug. VII.
Coss. M. Aurel. Maximian. Aug. VI.

15 —Galerius Maximianus Cæsar expugnata Ctesiphonte totam Assyriam cepit, & quinq; Transtygritanas prouincias Romano adiunxit imperio. Narses Persarum rex vulneratus ad inuios Parthiæ montes vsq; profugit. Regis proles vxores & sorores ferè omnes sunt captæ.

1051
299

16 1
GF

Fl. Valer. Constantius Nobiliss. Cæsar III.
C. Galerius Valer. Maximian. Nob. Cæs. III.

4267

16 —Theonæ in Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopatum successit Petrus annis 12. Euseb.

—Diocletianus rebus toto Oriente compositis Europam repetijt, vbi iam Scythæ, Sarmatæ, Alani & Bastarnæ iugum subiuerant, vna cum Carpis, Cattis & Quadis. Pompon. Lætus.

1052
300

17 2
E

Fl. .... Posthumus Titianus.
Fl. Popillius Nepotianus.

4268

17

Olym. 270

—Diocletianus & Maximianus Augusti victoriosi & felices ante persecutionem Christianorum, triumphauerunt anno Imperij 18. Pomp. Læt.

1053
301

18 3
D

Fl. Va-
C. Ga-

—Misdates 8. rex Persarum annis 7. m. 9. Agath.

4269

Diocle-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

18 Diocletianus voluit adorari, velut in eo esset cœlestis maiestas, edicto igitur sanciuit, vti omnes sine generis discrimine prostrati, pedes exoscularentur: quibus venerationem quandam adhibuit, exornans calciamenta auro gemmis & margaritis, eundemq; ornatum immiscuit vestibus, vt augustior esset. Pomp. Læt.

Consuls, printed sideways in the column: Constantius Nob. Cæs. IIII. Valer. Maximian. M. Nob. Cæs. IIII.

1054 — 302

Hic incipit annus libertatis Antiochiæ 351.

PERSECVTIO CHRISTIANORVM.

19 — 4 — C

4270

Consuls, printed sideways in the column: Imp. Cæs. G. Aurel. Diocletianus August. VIII. Imp. Cæs. Aurel. Maximian. Aug. VII.

19 Diocletianus anno Imperij sui 19. mense Distro, hoc est, Martio, Dominicæ Passionis Festo appropinquante edictum publicat, vt Ecclesiæ ad pauimentum vsq; destruerentur, etc. Euseb. hist. Eccles. lib. 8. cap. 3.

6. Cal. Aprilis occisus est Marcellinus Episcopus Romanus, vacat sedes menses 2. Succedit 5. Calend. Iulij Marcellus Romanus, qui sedit annos 4. menses 6. dies 21. Onuph. De horribili hac persecutione Christianorum, quæ durauit circiter decennium, vide Eusebium lib. 8. & 9.

1055 — 303

1 — 5 — BA

4271

Consuls, printed sideways in the column: Imp. Cæs. C. Aurel. Diocletianus Aug. IX. Imp. Cæs. M. Aurel. Maximian. Aug. VIII.

20 11. Cal. Maij, hoc est, die Natali vrbis Romæ, 21. Aprilis Diocletianus Aug. se IX. & Maximianus Herculeus Aug. se VIII. Coss. abdicarunt Romano Imperio. Successerunt iterum duo Cæsares Augusti: FL. VALERIVS CONSTANTIVS CHLORVS, & C. GALERIVS Valerius Maximianus. Hic annos 7. menses plus minus 5. Constantius verò annos 2. menses 3. dies 5. imperauit, Onuph.

1056 — 304

2 — 6 — G

Consuls, printed sideways in the column: Imp. Imp.

4272

Sub

Column labels at the foot: Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 271

Cæs. Fl. Valer. Constantius Aug. V.
Cæs. C. Galerius Maximian. Aug. V.

21 —Sub Constantio Chloro imperatore nulli in Hispanijs, Gallijs & Alpibus motus fuêre. Pompon. Læt.

—Olympiadis 271. anno primo Constantius Imperator ægrotans, cœlesti nuncio ad monitus filium CONSTANTINVM Cæsarem fecit. Pompon. Lætus & Socrates Eccles. hist. lib. 1. cap. 2.

1057
305

3 7 F

Imp. Cæs. Fl. Valer. Constantius Aug. VI.
Imp. Cæs. C. Galerius Maximian. Aug. VI.

4273

22 —Cal. Martij Galerio VI. & Constantio VI. Coss. M. Aurelius Seuerus & C. Galerius Maximinus à Galerio Imperatore auunculo Cæsares appellati imperant, hic in Oriente ann. 8. Ille in Italia ann. 1. & menses aliquot. Onuph.

—A. D. 8. Cal. Augusti, anno Domini 306. mortuus est Constantius Chlorus Aug. se VI. & Galerio VI. Coss. Eodem die cœpit in Britannia imperare eius filius FL. VALERIVS CONSTANTINVS MAGNVS, qui imperauit annos 30. menses 9. dies 27. præcisè contra hunc eodem anno insurrexerunt tyranni Alexander Phryx, qui paulò pôst victus & iugulatus est: Valens in Oriente, qui aliquot annis post à Licinio occisus est: Et circa 8. Cal. Octob. anni Domini 306. M. Valerius Aurelius Maxentius Romæ, qui imperauit annos 6. Onuph.

1058
306

4 8 B

Imp. Cæs. Fl. Valer. Constantinus Aug.
M. Aurel. Valer. Maximianus Herculius IX.

4274

23 —Mense Maio Constantino Aug. & Maximiano Herculeo IX. Coss. occisus est Aurelius Seuerus Imperator, Romæ insidijs Maxentij. Onuph.

1059
307

5 9 DC

Imp.
C. Au-

4275

—17. Cal. Febr. obijt Marcellus Episcopus Romanus, Vacat sedes dies 20. Succedit 8. Idus Februarij Eusebius Græcus, qui sedit annos 2. menses 7. dies 27. Onuph.

Constan-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

24

Cæs. C.Galer. Maximian. Aug. VII. & Val. Valer. Diocletianus Iouius X.

—Constantinus tribus primis annis sui imperij interdum impellente Fausta vxore, quæ Maximiani Herculei filia erat, opinionibus veterum hæsit, dijsq; sacrificauit. Pomp. Læt.

—Quirinus Episcopus Scesianus, gloriosè pro Christo interficitur: manuali enim mola ad collum ligata, de ponte præcipitatus in flumen, diutissimè supernatauit, & cum circumstantibus collocutus, ne suo exemplo terrerentur, orans vix obtinuit vt mergeretur. Euseb. in Chronico.

1060 308 6 10 B

4276

Caius Galerius Maximinus Cæsar. M.Valerius Aurelius Maxentius Cæsar

Olym. 272

25

—Maxentius ciues Rom. libidinibus primùm, inde cædibus vexare cæpit, hinc odio haberi cœptus est. Pomp. Læt.

1061 309 7 11 A

—CONSTANTINVS admiranda fulgidæ crucis visione obstupefactus, deinceps Christum solum Deum coluit. Euseb. in vita Constantini.

C. Galerius Maximinus Cæsar. II. .... Aurelius

—Sapores eius nominis secundus rex 9. Persarum in vtero matris corronatus, regnat annos 70. Agath.

4277

26

—11. Cal. Maij, secundo anno post Consulatum Galerij Maximiani Aug. VII. & Diocletiani Iouij X. anno Domini 310. C. VALERIVS LICINIVS Augustus appellatus est in Illyrico à Galerio Maximiano Imp. Imperauit in oriente annos 14. menses & dies aliquot. Onuph.

1062 310 8 12 G

—6. Non. Octob. Occisus est Eusebius Episcopus Romanus, vacat sedes dies 7. Succedit 6. Idus Octob. Miltiades Afer, qui sedit annos 3. mens. 2.

Imp. Imp.

4278

Constan-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletian.

Cyclus ☽. Cyclus ☉.

27

Cos. C. Aurel. Licinius Aug. — Cos. C. Galerius Maximian. Aug. VIII

1063

311

9 — 13 FE

4279

—Constantinus Imperator Dei auxilio nixus, primam, secundam, & tertiam Maxentij aciem adoritur, & omnibus primo impetu perfacilè subactis, vniuersam propè Italorum peragrat regionem. Euseb. de vita Constantini lib. 1. cap. 31.

—Mense Septembri hoc anno C. Galerius Valerius Maximianus Imperator, qui fuerat crudelissimus persecutor Christianorum extinctus est grauissimo morbo. Vlcus enim inguinibus innatum virilia excedit, & marcescente tota illa corporis parte, vermes pullularunt: remedia deerant, medici desperauêre: & si erant, noua qui tentassent remedia, admouere manus non audebant, metuentes ne à sæuissimo tyranno occiderentur. In hoc cruciatu cum esset, sentiens iram Dei, sustulit edicta de persecutione Christianorum, Christianos etiam accersiri iussit, vt pro salute principis orarent. Sed pro truculento & Sanguinolento homine preces non valuêre. Si enim conualuisset, rediisset ad solitam crudelitatem. Vide Eusebium, Pomponium Lætum & alios.

28

Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus nono persecutionis anno, capite amputato insigni martyrij corona donatur, cum Alexandrinæ Ecclesiæ præfuisset annis 12. Successit illi 17. Episcopus Achillas.

Imp. Cæs. C. Aurelius Licinius Aug. II. — Imp. Cæs. Fl. Valerius Constantinus Aug. II.

1064

312

10 — 14 D

4280

INDICTIONVM INITIVM. 8. Cal. Octobris, anno Christi 312. Constantino Aug. II. & Licinio Aug. II. Coss. M. Aurelius Maxentius, pridie quam septimum tyrannidis annum inchoaret, Romæ ad pontem Miluium à Constantino victus est auspicio fulgidæ crucis, cumque fugeret cum magna multitudine suorum, fracto ponte in Tyberim decidens submersus est, anno septimo Constantini Imperatoris. Atque ita decimo anno persecutionis Ecclesiæ pax restituta est. In huius victoriæ memoriam proxima Synodo sequente Nicena, anno 20. Constantini celebrata, constitutæ sunt Indictiones 15. annorum, & primum earum initium ad huius victoriæ diem 8. Cal. Octobris constitutum est. Onuph. in Fast. Comment. lib. 2.

29

Olym. 273

—Circa mensem Iunium Constantino & Licinio Augg. III. Coss. Tarsi se strangulauit C. Galerius Aurelius Maximianus, nè à Licinio viuus caperetur. Toto hic oriente, si non truculentior, tamen non inferior Maximiano auunculo fuit. Onuph. & Pomp. Læt.

Imp. Cæs. Aurelius Licinius Aug. III. — Imp. Cæs. Fl. Valerius Constantinus Aug. III

1

—Iisdem consulibus Fl. Valerius Crispus Nobilissimus Cæsar Arelati cum M. Iulio Licinio Liciniano Iuniore, & fratre suo Constantino Iuniore, à patre Constantino magno appellatus est. Imperauit cum patre & Licinio Iuniore annos 13. Constantinus Iunior autem imperauit cum patre annos 24. & menses aliquot. Onuph.

1065

313

11 — 15 C

—4. Idus Decemb. occisus est Miltiades Episcopus Romanus. Vacat sedes dies 17. Succedit 5. Cal. Ianuarij Syluester, qui sedit annos 21. dies 4. Onuph.

..... — C. Ceio-

4281

Lactan-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Diocletiani. | Indictionum.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Dioclet. 30

.... Rufinus Volusianus. *Annianus.*

Indictionum 2

Lactantius Firmianus Crispi Cæsaris magister, vir omnium hoc tempore eloquentissimus, claret. Sed adeo in hac vita pauper, vt plerumq; etiam necessarijs indiguerit, nedum delicijs. Euseb.

1066
314
12 16 B

Imp. Cæs. Fl. Valer. Constantinus Aug. IIII. *Imp. Cæs. C. Aurel. Licinius Aug. IIII.*

4282

Dioclet. 31

Indictionum 3

Tempore pacis renouantur Ecclesiæ, templa enim solo æquata, ab ipsis fundamentis denuo ad emensam altitudinem eriguntur, ac multo maiore splendore atq; amplitudine illustrantur, quàm illa quæ dudum euersa erant, ad quamrem pecunia à Constantino Aug. donata est. Euseb.

1067
315
13 17 AG

Q. Arcadius Rufinus Valerius Proculus. *.......... Sabinus.*

4283

Dioclet. 32

Indictionum 4

πανήγυρις celebrata est decimo anno Imperij Constantini Magni imperatoris, quo tempore festos dies solennes celebrare, precesq; quibus gratias ageret, tanquam sacrificia quædam. Deo omnium regi dicare iussit. Euseb. in vita Constantini.

1068
316
14 18 F

Septi- *Ouini-*

4284

Constanti-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Indictionum. | Dioclet.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

33

...us Gallicanus, ...mius Bassus

Olym. 274

—Constantinus Magnus Imperator Dei ministros summo in honore habuit, eosq; suæ mensæ effecit participes. Euseb. in vita Constantini.

5

1069
317

15 19 E

Imp. Cæs. C. Aurelius Licinius Aug. V. Fl. Valerius Aug. f. Crispus Cæsar.

4285

34

—Supplicium crucis quod primitus apud Romanos in vsu fuerat, hisce temporibus est sublatum. In monetis autem solidorumq; imaginibus, & in picturis, crucis effigies iussu Constantini Imperatoris expressa est. Hist. Ecclesiast. Tripart. lib. 1. cap. 8.

6

1070
318

16 20 D

Imp. Cæs. Fl. Valer. Constantinus Aug. V. C. Valerius Aug. f. Licinius Iunior Cæs.

4286

35

—Licinius Aug. Christianos de Palatio suo pellit. Basilius Amasiæ Ponti episcopus sub Licinio martyrio coronatur. Euseb.

7

1071
319

17 21 CB

Imp. Fl. Va-

4287

Cum

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. | Indictionum. | Diocletiani.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Cum Licinius odium aduersus Christianos palam declararet, & aliquoties viros doctissimos, qui professionem Christianæ fidei abijcere nolebant, in vincula coniiceret, multorum etiam raperet facultates & coniuges, nonnullos etiam capitali supplicio afficeret, multi exules ad Constantinum fugientes petierunt Christianorum defensionem. Primum igitur hortatur Constantinus Licinium, vt iuxta edicta quæ simul ediderant, parcat Christianis. Ille contra Superbè respondet: Se non impediendum esse in ea parte Imperij quam regeret. Cum autem iusta sit defensio etiam contra Socios, ad debellandam sæuitiam manifestam, exarsit bellum ciuile inter Constantinum & Licinium. Vide Eusebium & Hist. eccl. Tripart.

Imp. Constantinus Magnus, partim ex consuetudine veteris Ecclesiæ, partim quod Christus tali die à mortuis resurrexisset, Dominicum diem sanctum, à Iudicijs alijsq; actionibus liberum esse decreuit. C de ferijs. l. Omnes Iudices. Hist. tripart. lib. 1. c. 9.

Crispo & Constantino Cæsaribus Coss. Romanæ Ecclesiæ antistes fuit Syluester. Alexandrinæ autem Alexander: Macarius verò Hierosolymitanæ. Episcopatum autem Ecclesiæ vrbis Antiochiæ ad Orontem fluuium sitæ, Romano iam mortuo, nemo adhuc obtinuerat, propterea quod persecutio, vt est verisimile, fuerat electioni episcopi impedimento, neq; tunc etiam propter Licinij peruersitatem, huic Ecclesiæ dari potuit episcopus. Verùm non ita multò pòst, episcopi Nicææ coacti, Eustathium propter cum vitæ, tum doctrinæ præstantiam admirati, dignum iudicarunt, qui sedem eius Ecclesiæ capesseret, & ob eam causam cū esset episcopus Berœæ vrbis finitimæ, illum inde Antiochiam transtulerunt. Vide Sozomenum hist. eccl. lib. 1. cap. 2.

ARIVS Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, dolore repulsæ, quod in electione episcopi, Alexander vir ætate & eruditione clarus illi prælatus esset, impium contra diuinitatem Christi dogma spargere cœpit: Λόγον ὑφισάμενον non esse coæternum patri, sed summam creaturam ex nihilo conditam, per quam reliquas creaturas pater æternus postea creasset.

Anno Domini 322. nocte quæ diem 29. Augusti præcedit, fuit luminarium coniunctio, quapropter Alexandrini diem 29. Augusti, qui ipsis erat prima dies Thoth mensis & anni, initium cycli sui decemnoualis constituerunt, & primam eius anni coniunctionem supputarunt, in diem 30. Thoth primi mensis, & eius horam pomeridianam 2. minutumq; 42. Paul. Forc. lib. Pasch. 5. cap. 1. & 2. Cæterum mediam coniunctionem luminarium, nocte quæ præcessit 29. diem Augusti, hoc anno Christi 322. factam esse, calculo Prutenico sic probamus.

		sex.	part.	′	″
Medij motus ☽ à Sole epoche Christi		5	29	18	22
Anni ab initio annorum Christi	300	5	21	20	38
Anni insuper completi 20		2	13	24	45
Adde & vnum annum completum		2	9	57	22
Mensis Iulius in anno communi fuit completus		1	4	26	19
Dies in Augusto etiam fuerunt completi 28		5	41	20	27
Ergo media nocte ante 29. diē Augusti, lōgit. ☽. à ☉		5	59	57	51

Facta igitur est illa nocte luminarium coniunctio, quod erat probandum.

Ab initio mundi	Christi vulgares	Romæ conditæ & Cyclus ☽ ☉	Indictionum	Diocletiani
		Coss. Fl. valer. Constantinus Aug. VI. prius Aug. f. Constantinus Iun. Coss.		36
			8	
	320	1072		
4288	A	18 · 22		37
		F. valerius Aug. f. Crispus Cæsar. II. Fl. valer. Aug. f. Constantinus Iun. Cæs. II	9	
Olym. 275				
	321	1073		
	G	19 · 23		38
4289		*Fl. Petronius Probianus. ...... Anicius Iulianus.*		
			10	
	322	1074		
	F	1 · 24		
		Fl. ... In.		
4291				

EVSEBI-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

39

—EVSEBIVS PAMPHILI Cæsareæ Palæstinæ episcopus, historiæ ecclesiasticæ scriptor, cuius præclara monumenta extant, clarus habetur.

Acilius Seuerus. ... nus Rufinus.

11

—5. Idus Octobris Acilio Seuero & Fl. Iustino Rufino Coss. anno Christi 323 Fl. Iulius Constantius à patre Constantino magno, Cæsar appellatus est, & imperauit in Cæsarea maiestate cum patre annos 13. menses 7. & dies 12. Onuph.

1075
323

2 25 ED

Fl. Valer. Aug. f. Crispus Cæsar. III.
Fl. Valer. Aug. f. Constantinus Iun. Cæs. III.

4291

40

Circa Calend. Maij, Crispo & Constantino Iuniore cæsaribus Coss.. anno Christi 324. C. Valerius Licinius Licinianus Imperator, prælio á Constantino Magno superatus, imperio abdicauit, missusq; est Thessalonicen, vt ibi cum vxore Constantia, quæ erat Soror Constantini magni, priuatus viueret. Onuph. Pomp. Læt.

Fausta vxor Constantini Magni Maximiani Herculei filia, priuignum Crispum Cæsarem, qui ex Mineruina prima Constantini coniuge natus erat, de adulterio solicitat, renuentemq; apud patrem Constantinum falsò accusat, conijcitur igitur in carcerem, & paulò pòst iussu patris interficitur. Adeo nulla est quantumuis magna felicitas in hac vita, cui non multæ calamitates misceantur. Pomp. Læt.

12

Mense Aprili iussu Constantini Thessalonicæ occisus est C. Valerius Licinius, homo septuagenarius & vecors, meritasq; luit pænas. Onuph. Pomp. Læt.

1076
324

3 26 C

Anicius Faustus Paulinus.
P. Ceionius Iulianus Camerinus.

CONCILIVM NICÆNVM celebratum est, vndecimo Calend. Iunij, hoc est, 22. Maij, Paulino & & Iuliano Coss. Socrat. lib. 1. cap. 9. Indictione 13. Niceph. 20. anno Constantini Magni imperatoris. Euseb. in vita Constantini Magni lib. 3. cap. 14.

4292

41

Olym. 276

ATHANASIVS, mortuo Alexandro, ordinatur Alexandriæ episcopus quinto mense ab initio Concilij Nicæni, & præfuit Ecclesiæ Alexandrinæ annis 46. vsq; ad consulatum Gratiani & Probi. Hist. eccl. Trip. lib. 3. cap. 4. Socrat. lib. 14. cap. 16.

13

Fl. Valerius Crispus Nobiliss. Cæsar, insidijs nouercæ occisus est, Polæ in Histria, anno 20. patris sui Constantini, ipso Octauo & Constantio Cæs. Coss. anno Christi 326. cum pater vltra ducenta milliaria Germanica ab eo abesset, Nicænamq; Synodum in Bithynia celebraret. Eodem quoq; tempore occisus est Licinius Iunior Cæsar, qui natus erat ex Constantia sorore Constantini Magni. Onuph.

1077
325

4 27 B

Fl. Iu... imp.

4293

Impera-

Ab initio mundi. | Romæ cõditæ, & Christi vulgares. | Indictionum. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Caes. Fl. Valer. Constantinus Aug. VII. — Fl. Iul. Constantius Caes.

—Imperator Constantinus Magnus, exacto vicesimo anno sui imperij, vicennalia celebrauit, patresq; concilij Nicaeni in illa festiuitate inuitauit ad conuiuia, eosq; donis competentibus honorauit. Hist. eccl. tripart. lib. 2. cap. 14. & 18.

—PAPHNVTIVS ciuitatis cuiusdam in superiore Thebaide sitae episcopus, vir adeo sanctus ac pius, vt eximia miracula ab eo ederentur, cum nonnulli in concilio Nicaeno quaestionem mouerent de coniugio sacerdotum, dissuasit legem de diuortijs sacerdotum, dixitq; honorabile esse coniugium inter omnes & torum immaculatum, concubitum etiam viri cum legitima vxore castimoniam appellauit. Haec locutus est Paphnutius in conuentu episcoporum, quamuis ipse nuptias non esset expertus, totaq; synodus eius sententiam secuta est. Imperator Constantinus hunc virum in magno honore habuit, saepissimè eum ad regiam suam accersiuit, oculumq; eius propter confessionem Christi erutum exosculatus est. Socrat. lib. 1. cap. 8.

—SPYRIDION Trimithuntis vrbis in Cypro episcopus, propter eximia miracula clarus habetur. Socrat. lib. 1. cap. 8.

Fl. Valerius Constantinus iun. Caes. IIII. — Fl. Valerius Maximus Basilius

—Imp. Constantinus Magnus Drepanam Bithyniae vrbem instaurauit, & in honorem matris Helonopolin appellauit. Hieron. in Chronicis.

—Constantinus Magnus Aug. comperta innocentia filij Crispi, qui insidijs nouercae accusatus, & occisus erat, in iram versus, vxorem Faustinam pessimam nouercam in balneas feruentes coniectam interemit. Vide Eutrop. & Pomp. Laetum.

Fl. Magnus Ianuarius. — .... Fabius Iustus.

—Concilium Nicaenum finitum est, cum durasset triennium & aliquantò diutius. Niceph.

—Peracto concilio Nicaeno, Constantinus Imperator, nulla interposita mora, ad ecclesias extruendas omne studium suum contulit. Socrat lib. 1. hist. eccl. cap. [illegible]

Imp. — Fl. Va-

Ab initio mundi.	Romae conditae, & Christi vulgares.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Indictionum.	Diocletiani.
					42
	1078 / 326	5	28 A	14	
4294					43
	1079 / 327	6	1 GF	15	
4295					44
	1080 / 328	7	2 E	1	
4296					

MACA-

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

45

Olym. 277

Cæs. Fl. Valer. Constantinus. Aug. VIII.
Valerius Aug. f. Constantin. Iunior. IIII.

— MACARIVS Ierosolymorum episcopus floruit, ad quem Constantinus Imperator literas misit. Euseb. in vita Constantini.

2

— Donatus hæreticus agnoscitur, à quo per Afficam Donatistæ extiterunt. Hieronymus in Chronicis.

— Iuuencus presbyter Hispanus, euangelia heroicis versibus explicat. Ibidem.

1081
329
8 3
D

4297

46

..... Quintius Gallicanus.
L. Aurelius Symmachus.

— 19. die Martij, anno 330 fuit ☽ decimaquarta, aureus numerus Cycli decemnoualis 8. litera Dominicalis D. Cum autem hic annus esset embolismicus apud Græcos, & proinde interlunium hoc vltimum præcedentis anni, voluerunt ipsi pascha celebrandum esse 19. die Aprilis, die Solis, ad primam videlicet sequentis anni Lunam respicientes. Latini autem, quibus cum Hebræis erat annus Cycli Lunaris 5. qui communis erat, statuerunt pascha 22. Martij die Solis, proximè æquinoctium, quod 21. Martij stabilitum fuit. Hæc prima fuit controuersia de paschate inter Latinos & Græcos. Vide Paulum Forosempt. de recta Paschæ celebratione lib. 4. cap. 2. Cæterum plenilunium 20. Martii hoc anno factum esse calculo Prutenico sic probamus.

3

	sex.	part.	′	″
Medij motus ☽ à Sole epoche Christi	3	29	58	22
Anni ab initio annorum Christi 300	3	21	10	38
Anni insuper completi 20	2	13	24	43
Adde annos 9. completos	1	50	59	15
Mensis Februarius in anno communi fuit cõpletus	5	59	15	15
Dies in Martio etiam fuerunt completi 20	4	3	48	54
Ergo media nocte ante 21. diẽ Martij, lõgit. ☽. à ☉	2	58	37	7

Factũ igitur est tali nocte plenilunium. Et per consequens decimaquarta Luna quam die proximo antecessisse necesse est, incidit in 19. diem Martij, quod erat probandum.

1082
330
9 4
C

4298

47

..... Annius Bassus.
Ablabius Ægyptius.

4

— Metrodorus Philosophus agnoscitur. Hieronymus in Chronicis.

1083
331

— Constantinus Magnus Byzantium Thratiæ vrbem, amplissimis muris circumdedit, multisq; nouis & splendidis ædificijs exornauit.

10 5
BA

4299

Ad

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ & | Indictionum. | Diocletiani.

Ab initio mundi.	Christi vulgares.	Romæ conditæ. &	Indictionum	Diocletiani.	
	Cyclus ☽	Cyclus ☉			
	Mecilius Hilarianus.	Ouinius Pacatianus.		48	—Ad 11. Cal. Maij, Constantinopolis noua Roma à Fl. Constantino magno dedicata est. Zonar. A. Cæsaris Augusti monarchia, hoc est, à morte Antonij & Cleopatræ, 362. anni exierant, cum Constantinus Constantij filius nouam ædificaret Romam Suid. Ouinio Pacatiano & Mecilio Hilarione Coss. Byzantium à constantino Augusto Constantinopolis est appellata. Marian. Casiod.
			5		—HELENA matre Imperatoris Constantini Magni, Hierosolymam profecta, Sepulchrum Christi ex quo resurrexerat à mortuis, & sanctam eius crucem inuenit, multasque in terra sancta Ecclesias fabricari iussit: Vnam in sancto Seruatoris nostri resurrectionis loco: alteram in Bethlehem vbi Christus filius Dei natus erat ex Maria virgine: Tertiam in monte oliuarum vbi Christus ascenderat ad coelos: Quartam in Gethsemane, vbi filius Dei sanguinis guttas sudauerat, eiusque sanctissima mater Maria erat sepulta: Quintam ad quercum Mambre vbi Abraham patriarcha habitauerat. Harum Ecclesiarum structuram Helena quidem incepit, sed Constantinus filius consummauit. Decessit enim Helena Octogenaria, vitamque caducam & fragilem, cum cælesti & æterna vita commutauit. Euseb. in vita Constantini. Sozomen, Hieron. &c.
	1084 332				
	11	6 G			
4300				49	
Olym. 278	M. Aurelius Xenophilus.	Fl. Valerius Dalmatius.			—Constantinus Imperator vastatis gentilium delubris, multas multis in locis Ecclesias erexit. Socrat. lib. 1. c. 14.
			6		—Frumentius ab Athanasio Indorum designatus episcopus, in India interiore Christi euangelium prædicat, atque diuina gratia donatus, multa miracula edit. Ita incolæ Indiæ interioris, Christianam fidem receperunt. Socrat. lib. 1. cap. 15.
					—Iberum quoque gens quæ ad Pontum Euxinum habitauit, ad Christianam religionem conuersa est, cum mulier captiua Christiana, regis filium & vxorem, nullo adhibito medicamento, implorans auxilium Christi sanasset. Socrat. lib. 1. cap. 16.
	1085 333				
	12	7 F			
4301				50	—Anno Domini 334. Ranio Publicio Optato, & Anicio Paulino Iuniore Coss. Constans à patre Constantino Augusto Cæsar appellatus est. Onuph.
	Anicius Paulinus Iunior.	L. Ranius Publicius Optatus.			—Constantinus Imperator multis prælijs vicit Sarmatas & Gotthos Thraciam diripientes, & omnem ferè Scythicam gentem, quibus & pacem dedit. Barbaræ illæ nationes ob id Constantino deditissimæ fuerunt, Christianamque fidem recepisse dicuntur. Indeque factum est, vt frequentes vndique ex omnibus gentibus legati adessent, & preciosa dona ad imperatorem afferrent, Coronas hi aureas: illi ex preciosis lapidibus diademata. Vide Euseb. in vita Constantini, & Hieronymum in Chronicis, & Pomp. Læt.
			7		
	1086 334				—Pridie Cal. Ianuarij anno 335. ineunte, obijt Syluester episc. Romanus, vacat sedes dies 15. successit Marcus Romanus 17. Cal. Febr. qui sedit mens. 8. dies 22 Onuph.
	13	8 E			
4302	C. Ru-	Fl. Fa-			

Impera-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

lerius Constantius. *sinus Ceionius Albinus.*

51

—Imperator Constantinus, ab Eusoio Constantiæ sororis suæ presbytero persuasus, Arium non in alia sententia esse, quàm quæ fuisset à concilio Nicæno confirmata, eúq; si in Imperatoris conspectum venire permitteretur, concilij decretis planè assensurum, exulantem Arium reuocauit, quem tamen Athanasius, cum imperatoris mandato Alexandriam reuersus esset, in Ecclesiam recipere noluit. Socrat. lib. 1. cap. 19. & 20.

8

—Pridie Non. Octob. anno 335. obijt Marcus episcopus Romanus, vacat sedes dies 20: succedit 5. Cal. Nouemb. Iulianus Romanus, qui sedit annos 15. menses 5 dies 16.

1087

335

14 9

DC

4303

—Trigesimus agebatur annus regni Constantini, cum sexaginta episcopi conuenirent in vrbe Tyro, vbi Athanasius de Arsenij brachio & alijs criminibus accusatus, ipso monstrato Arsenio suam innocentiam palam declarauit. Socrat. hist. eccl. lib. 1. cap. 21.

Fl. Popillius Nepotianus. *...... Facundus.*

52

—Episcoporum tota Synodus, Tyro Hierosolymam profecta, templum sepulchri Christi consecrauit, festumq; celebrauit encæniorum: Mox tamen Constantinopolin accersita est, vt de abdicatione Athanasij rationem redderet. Socrat. lib. 1. cap 22. Paulò pòst ATHANASIVS relegatur in Galliam, vbi exullatuit apud Maximinum Episcopum Treuirorum annos duos & menses quatuor.

—Dum hæc geruntur, trigesimus annus regni Constantini ad exitum venit 8. Cal. Augusti Socrat. hist. eccl. lib. 1. cap. 25. Tali etiam tempore Tricennalia Imperator celebrauit, in quibus Dalmatium Anniballiani fratris sui filium Cæsarem fecit, qui imperauit. annis. 3. Pomp. Læt.

9

—ARIVS denuo ab imperatore Constantinopolin vocatus, vt de tumultu & seditione Alexandrinæ rationem redderet, contra conscientiam decretis Concilij Nicæni subscripsit, & paulò pòst fœdissima morte interijt, cum in latrina ad forum Constantini, intestina effunderet. Socrat. lib. 1. cap. 25.

1088

336

15 10

B

—Imperator Constantinus iam senex aduersus Persas bellum suscepit. Pomp. Læt.

4304

—Die Paschatis Constantinus Aug. legatos Persarum pacem petentes clementer audiuit. Euseb. in vita Constantini lib. 4 cap. 57. Incidit autem hoc anno dies Paschatis in 3. diem Aprilis.

T. Fabius Titianus. *...... Felicianus.*

Olym. 279

53

—11. Cal. Iunij Ti. Fabio Titiano & Fœliciano Coss. Indictione 10. anno Domini 337. Constantinus Magnus Aug. diem suum extremum clausit. Onuph. succedunt tres eius filij. FL. IVLIVS CONSTANTIVS in Oriente, qui imperauit annos 24. menses 5. dies 13. Beda. FL. VALERIVS CONSTANTINVS IVNIOR in Occidente, Gallijs &c. Imperauit annos 3. FL. VALERIVS CONSTANS in Italia, qui imperauit annos 12. menses 9. dies 5. paulò amplius. Onuph. Eodem tempore Fl. Dalmatius Anniballianus, Constantini Magni ex fratre Anniballiano nepos, Cæsar appellatus patrui testamento, imperauit mensibus aliquot, & occisus est eodem hoc anno insidijs Constantij Imperatoris orientis. Onuph.

10

1089

337

16 11

A

4305

Diuiso

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ & | Indictionum | Diocletiani

Cyclus ☽ Cyclus ☉

54 Diuiso Romano imperio in orientale & occidentale, postthac etiam Constantinopolitani consules recitabuntur, sed à Romanis linea intercurrente diuisi.

Polemius Constantinopoli. Prosus Romae.

In oriente cum Constantio qui erat puer. 18. annorum, Dalmatius Anniballiani filius imperauit, in omni actione patruo Constantino quàm patri similior: Sed virtus obfuit. Nam factione Constantij patruelis, seditione militari interfectus est, neq; prohibente nec iubente Constantio: Sed credibilius est huius clandestino consilio facinus peractum esse. Pomp. Laet.

11

1090 | 338 | 17 | 12 | G

Imp. Caes. Fl. Iulius Constantius Aug. II. Imp. Caes. Fl. Valerius Constans Aug.

Imp. Constantinus Iunior vir magnanimus, qui ex testamento patris Galliam, Hispaniam, Britanniam, Illyricum, Graeciam & Peloponnesum tenebat, perfecit, vt Athanasius Alexandriam reduceretur, qui receptus est omnium Alexandrinorum applausu, & retinuit gubernationem eius Ecclesiae triennio. Socrat. lib. 2. cap. 2.

4306 | 55

EVSEBIVS PAMPHILI Caesariae Palaestinae episcopus mortem obijt, & Acacius discipulus eius successit in illum episcopatum. Socrat. hist. eccl. lib. 2. cap. 3.

Non longo tempore post mortem Eusebij Pamphili, Constantinus Iunior Aug. occidentis Imperator, fratri suo Constanti bellum intulit, vt Italiam occuparet. Sed cum ad Aquileiam peruenisset, à Constantis exercitu victus est. In illo praelio equus Imperatoris vulneratus sessorem Constantinum deiecit, qui absq; purpura incognitus humi iacens, multis ictibus confossus est, annos natus 25. Fl. Septimio Azyndino, & L. Aradio Rufino Proculo Coss. Onuph. & Socrat. lib. 2. cap. 3.

12

1091 | 339 | 18 | 13 | FE

Fl. Septimius Acyndinus, L. Aradius, Q. f. Rufinus Proculus.

4307 | 56

Per idem tempus Constantinopoli è vita excesit Alexander eius vrbis episcopus, (qui strenuè contra Arium dimicauerat) cum 23. annos in episcopatus administratione continuisset annosq; vixisset nonaginta octo. In eius locum electus est Paulus presbyter. Socrat. hist. eccl. lib. 2. cap. 4.

13

1092 | 340 | 19 | 14 | D

Fl. An...

Anno Domini 341. fuit secundum Graecos & Alexandrinos aureus numerus Cycli decemnoualis 19. & Luna prima 3. Nonas Martij, iterumq; pridie Nonas Aprilis, & Litera Dominicalis D. Voluerunt autem Graeci Pascha celebrandum esse 19 die Aprilis, Latini vero 22. die Martij. Paulus Forosf. lib. 4. de paschate cap. 2. Caeterum hoc anno nouilunium contigisse nocte illa quae praecessit tertium diem Aprilis, calculo Prutenico sic probamus.

In

4308

Ab initio mundi. | Romae conditae. & Christi vulgaris. | Indictionum. | Diocletiani.

		sex.	part.		
In initio annorum Christi motus medius ☽ à ☉		3	29	58	28
Anni ab initio annorum Christi completi	300	3	21	10	38
Adde insuper annos completos	40	4	26	49	25
Mensis Martius in anno communi completus		0	17	10	8
Djes in Aprili etiam fuerunt completi	2	0	24	22	53
Ergo media nocte ante 3. die Aprilis mot⁹ lõgitud. ☽ à Sole		5	59	31	20.

Factum igitur est illa nocte nouilunium. Et per consequens die proximo 3. Aprilis, vel quod idem est 3. Nonas Aprilis Luna fuit prima. Aufer dies 29 & horas 12. ita videbis Lunam fuisse etiam primam die 5. Martij, siuè quod idem est 3. Nonas Martij. Rectè ergo calculus Prutenicus conuenit cum descriptione Pauli Forosemproniensis episcopi de paschate.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 280

4309

1093 341 — 1 — 15 C

Coelius Probinus. … *Fl. Antonius Marcellinus.*

Imp. Cæs. Fl. Valerius Constans Aug. II. — *Imp. Cæs. Fl. Iul. Constantius Aug. III.*

1094 342 — 2 — 16 B

… *Fl. Pi* — P. C.

4310

Indictio: 14, 15. Diocletiani: 57, 58.

Ab initio mundi. — Romæ conditæ & Christi vulgares. — Indictionum. — Diocletiani.

—Marcello & Probino Coss. quinto anno à morte Constantini Magni, in præsentia Constantij Imperatoris concilium celebratum est Antiochiæ in Syria, ab aduersarijs Athanasij. Hic in illo concilio condemnatus paulò pòst à militibus Constantij Aug. iterum ab Ecclesia Alexandrina exturbatur. Socrat. lib. 3. cap. 5. & 8.

—Per idem tempus gens Francorum in Romanorum fines incursionem fecit. Etiam in oriente terræmotus facti sunt, grauissimi autem Antiochiæ, vbi ad annum integrum terra concussa & exagitata est. Athanasius Romam fugit.

—Eusebius Constantinopolis episcopus, paulò pòst dimissum concilium exiuit è vita. Populus igitur Constantinopolitanus Paulum denuo in Ecclesiam introduxit. Sed Arriani è contra Macedonium creauerunt episcopum, à quo Macedoniana hæresis exorta est. Socrat. lib. 2. cap. 9.

—Constans Aug. Francorum gentem vicit, cum eius frater Constantius Hermogenem militari manu Constantinopolin mitteret, vt Paulum episcopum in exilium eijceret. Sed populus Constantinopolitanus hic percitus, impetum in Hermogenem fecit, ædes in quibus erat incēdit, ipsumq; inde extractum interemit. Acta hæc sunt duobus Augustis Coss. ad tertium scilicet consulatum Constantij, & ad secundum Constantis. Socrat. lib. 2. cap. 10. Constantius autem Imperator, de cæde Hermogenis certior factus, equo conscenso Antiochia decedens, Constantinopolin rectè iter capit, Paulumq; episcopum eijcit è ciuitate. Socrat. Ibidem.

Sapo-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Imp. Cæs. Fl. Iul. Constantij III.

Furius Placidus. Sidius Romulus.

59 — Sapores Persarum rex Christianos persequitur. Neocæsarea in Ponto terræmotu subuersa, excepta Ecclesia in quam Episcopus & Christiani confugerant. Hieron.

1 — Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus Asclepas Gazæ, Marcellus Ancyræ, Lucius Adrianopolis & Paulus episcopus Constantinopolis, alius ob aliam caussam accusati, & Ecclesijs suis eiecti, Iulium episcopum Romanum de suo ipsorum statu certiorem faciunt, eiusq; literis confisi ad suas Ecclesias redeunt. Paulò pòst tamen Athanasius & Paulus, iubente Constantio Orientis imperatore, iterum á sedibus suis sunt eiecti. Socrat. lib. 2. cap. 11. 12. & 13.

1095
343
3 17 AG

4311 — 60 — Athanasius & Paulus ab Ecclesijs suis iterum eiecti, ad Constantem Occidentis Imperatorem proficiscuntur, eumq; de suis rebus certiorem faciunt. Socrat. hist. eccl. lib. 2. cap. 13.

Salustius Auctor. Leontius.

— Dyrrachium terræmotu corruit: & tribus diebus ac noctibus Roma nutauit: Plurimæq; Campaniæ vrbes vexatæ sunt. Hieron.

2 — Constans occidentalium partium Imperator, à fratre Constantio per literas petijt, vt ad se mitteret, qui de abdicatione Athanasij & Pauli, rationem redderent. Missi sunt igitur Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Chalcedonius & Marcus Syri⁹. Hi fidei suæ articulos Imperatori exposuerunt, & absq; vlla de alijs rebus reddita ratione, domum reuersi sunt. Socrat. lib. 2. cap. 14.

1096
344

— Magnis reipublicæ expensis, in Seleucia Syriæ portus efficitur. Hieron.

4312 — 4 18 F — 61

Amantius. Ceionius Rufus Albinus.

Olym. 281

— Magnus Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus in exilium eiectus, hoc tempore Romæ vixit, & à Constante Imperatore in magno honore habitus est. Sapores Persarum rex, Christianorum persecutor acerrimus, hoc eodem tempore tribus mensibus obsidione cinxit Nisibin. Hieron.

3

1097
345
5 19 E

P. C. P. C.

Triennio

4313

Ab initio mundi. | Romæ conditæ & Christi vulgares. | Indictionum | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

62

Amantij ex Cal. Maij. Imp. Constantius Aug. IIII.
Ceionij ex Cal. Maij imp. Constans Aug. III.

—Triennio post expulsionem Athanasij & Pauli, quinq; elapsis annis à morte Constantini Iunioris, Antiochenum Concilium coactum est ab episcopis orientalibus, qui nouam fidei formulam, quam μακρόστιχον hoc est, prolixam vel multas lineas complectentem nominabant, composuerunt, eamq; ad episcopos occidentis miserunt. Socrat. lib. 2, cap. 15, Item Niceph. Sozom, Theodor. etc.

4

—Protogenes Sardicensis episcopus in Illyrico, & Osius episcopus Cordubæ in Hispania clari habentur. Socrat. lib. 2. cap. 16.

1098
346
6 20
D

63

4314

Fl. Eusebius.
Fl. Ruffinus.

—Vndecimo anno post mortem Constantini Magni, Ruffino & Eusebio Coss. Concilium Sardicense coactum est in Illyria, quo Nicena Synodus confirmata est. Ariani autem excommunicati: Athanasius & qui ob veram fidem ab ecclesijs pulsi erant episcopi, in sedes suas restituti sunt. Socrat. lib. 2. cap. 16.

5

—20. die Octobris SOL DEFECIT, Vndecimo anno Constantij Imperatoris vt testantur Marianus Scotus & Hieronymus Presbyter. Cum in sequentem annum consules designati essent. Fl. Philippus & Fl. Salleas, vt ex Cassiodoro colligitur. Cæterum hoc anno & die à nobis notato, hanc defectionem contigisse sequens calculus & pictura demonstrant.

1099
347
7 21
CB

Fl. Philippus.
Fl. Salleas.

CALCV-

4315

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ côditæ. | Indictionum. | Diocletiani.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST ANNO XI. IMPERATORIS CONSTANTII, Anno Christi 347.

Cui respondet

Aureus numerus cycli decemnovalis 6.
Cyclus Solaris 20.
Litera Dominicalis D.

Ab initio annorum Domini, ad hanc Eclipsin sunt completi anni Iuliani 346. menses 9. dies 19. horæ 16. scrup. 52. Sub meridiano Montis Regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Facta igitur est hæc Eclipsis anno Christi 347. die Martis, 20. die Octobris, horis post meridiem 4. scrup. 52. Sub eodem meridiano Regiomontano in Borussia. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	10	22	45	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	43	3	18	
Solis simplicis	3	18	12	35	
Solis compositi	3	28	35	19	
Anomaliæ annuæ Solis	2	14	53	57	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	56	10	2	
Anomaliæ Lunæ	3	31	42	52	
Latitudinis Lunæ	1	14	14	56	
Ergo præcessio vera æquinoctij	0	9	11	33	
Æquatio centri Solis addenda	0	4	35	28	scrup. proport. 52′ 45″.
Anomalia Solis coæquata	2	19	29	25	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	33	29	

ERGO ☉ in ♎ 25 part. 50′ 39″.

	sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	52	20	4	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	2	5	39	scrup. proport. 0′ 21″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	29	37	13	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	2	38	33	

ERGO ☾ in ♎ 26 part. 12′ 43″. Ablata parallaxi longitudinis ☽ à Sole 22′ 4″. Sol & Luna fuerunt in visibili coniunctione.

Caput draconis in ♉ 9 part. 19′ 14″. Cauda ergo draconis in ♏ 9 part. 19′ 14″. Absuit ergo

Cauda draconis à Luna 26 part. 12′ 43″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 sex. 16 part. 53′ 29″.

Ergo latitudo ☽ vera Borealis decrescens 1 part. 7′ 58″.

Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda ad tempus æquale scrup. 24.

Et propter diuersitatem meridianorum Romæ iterum auferenda 42. scrup. vnius horæ.

Ergo Romæ hoc deliquium Solis conspectum est post meridiem horis 4. scrup. 34. Dimidia hora ante Solis occasum.

Parallaxis Lunæ à Sole secundum longitudinem in quinto climate 22′ 4″.

Parallaxis autem Lunæ à Sole secundum latitudinem 53′ 42″.

Latitudo igitur Lunæ visibilis Borealis decrescens 14′ 16″.

Semidiameter Solis apparens 16′ 48″.

Semidiameter Lunæ apparens 17′ 35″.

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & Solis 34′ 23″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa semidiametrorum 20′ 7″.


Diameter Solis apparens 33′ 36″.

DIGITI ERGO ECLIPTICI 7. Scrup. 1.

Scrupula incidentiæ 31. Motus horarius Lunæ 34′ 20″.

Durauit ergo dimidius defectus scrup. 54. vnius horæ. Totus autem defectus horam vnam & scrup. 48.

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 17′ 53″. Et in fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 11′ 38″. Subijcio nunc picturam.



Conspecta est hæc defectio Solis Romæ, dimidia hora ante Solis occasum, quo tempore radij Solares visum minus lædunt, vnde hæc Eclipsis & melius videri potuit, & terribilior apparuit. Marianus Scotus factam esse scribit 18. Cal. Ianuarij. Sed textus Scribarum incuria est deprauatus, legendum est enim 13. Cal. Nouembris, hoc est, 20. die Octobris, sicut iam calculo Astronomico demonstrauimus. Recte tamen idem Marianus hanc eclipsin vndecimo anno Constantij factam esse testatur. Cæterum quæ mala secuta sint, historiæ satis declarant. Eodem enim hoc anno vndecimo sui Imperij Constantius à Sapore, Persarum rege victus, amisit Singaram, Bizabdam & Amidam florentissimas vrbes. Paulò post Nisibis quoq; denuo obsessa est ab eodem Sapore rege Persarum, sed sanctorum angelorum defensione liberata, omne periculum euasit. Secuta sunt etiam bella ciuilia post cædem Constantis, inter Magnentium & Constantiũ. Vide. Pomp. Lætum & Socratem lib. 2. cap. 20. item Sozom. lib. 4. & Theod. lib. 2. cap. 30.

Didymus

Ab initio Mundi	Olym.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Christi vulgares	Romæ conditæ & Christi	Consules	Indictionum	Diocletiani
						Fl. Philippus. Fl. Sallust.		64
							6	
		8	22 A	348	1100	P. C. Fl. Philippi. Aeon Fabius, Catullinus Philomatius. Vlpius Limenius.		
4316	Olym. 282							65
							7	
		9	23 G	349	1101	II. P. C. Fl. Philippi. Sergius. Nigrianus.		
4317								66
							8	
		10	24 F	350	1102	III. P. C.		
4318								

—Didymus cæcus hoc tempore in Schola Alexandrina floruit, Scriptor ecclesiasticus, & excellens Mathematicus. Hic Arianis dum doctrinam concilij Nicæni constanter tueretur, non parum exhibuit molestiæ. Hunc Antonius ille magnus Ægyptii monachus, cum ex solitudine ad fidem Athanasij confirmandam, Alexandriam venisset, ita allocutus est. Non graue tibi, Neq; molestum debet esse, Didyme, illis carere oculis, quorum lacertæ, mures, & alia minuta abiectaq; animalia participia sunt, sed beatum & iucundum potius, quod oculos habes similes angelorum, quibus verè Deum contemplaris. Sozom. lib. 5. cap. 14.

—19. Martij anno 394. fuit Luna 14. & iterum 18. Aprilis, litera Dominicalis A. Græci quib. erat annus cycli decemnoualis 8. & embolismicus, Pascha in 23. diem Aprilis statuerunt. Latini vero quibus erat quintus annus cycli Lunaris, & proinde communis, 26. Martij celebrari illud voluerunt. Paul. Forol. lib. Pasch. 4. c. 2. Cæterum nouilunium hoc anno contigisse nocte illa quæ antecessit 6. Martij sic probamus.

	Sex.	part.	′	″
In initio annorum Christi long. Luna à Sole	3	09	51	28
Anni ab initio annorum Christi completi 300	3	21	10	38
Adde insuper annos completos 40	4	26	49	28
Et annos præterea 8	3	41	21	58
Mensis Febr. etiam in anno communi fuit cōpletus	3	59	15	18
Dies item in Martio fuerunt exacti 5.	1	10	57	18
Ergo media nocte ante 6. diem Martij motus long. Lunæ à Sole.	5	59	32	48

Adde dies 14. & Luna fuit decimaquarta 19. Martij. Adiectis insuper diebus 30. Luna iterum fuit decimaquarta 18. die Aprilis, quod erat probandum.

—A. D. . . . . Cal. Martias Sergio & Nigriano Coss. Indictione 8. occisus est Fl. Constans Imperator occidentis. Eodem tempore cœpit imperare Fl. MAGNENTIVS Pius Fœlix Aug. in occidente, cum fratribus Decentio & Desiderio Cæss. Imperat annos 3. mens. 6. & dies aliquot. & Fl. Popillius Nepotianus eodem tempore Romæ à populo Imperator appellatus 28. die Imperij sui occisus est. Vetranius quoq; ex magistro militum Imperator salutatus est ab Illyricianis militibus, qui imperauit annos plus minus 3. Onuph.

—Athanasius in exilium pellitur. Socrat. lib. 2. cap. 21.

—5. Idus Octobris II. P. C. Fl. Philippi Cos. Fl. Constantius Gallus Nobiliss. Cæsar, in Imperium Orientis assumtus est à Constantio, Constantini Magni filio, qui imperauit cum illo annos 4. Onuph.

—Sanctus Ephraim Syrus, hoc tempore clarus habetur, in lingua Syriaca eloquentissimus, de quo vide Sozomenum lib. 3. cap. 15.

Columna crucis effigiem exprimens in cœlo visa est. Socrat. lib. 2. cap. 24.

Britannio qui ab Illyriciano exercitu Mursæ Imperator appellatus erat, Constantium adiit, & obuius venienti factus, in Thracia, obuolutus pedibus veniam petijt & impetrauit, Pomp. Læt. & Socr. lib. 2. cap. 23.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

C. Philippi. Sergij & Nigriani.

67 — Pridie Idus Aprilis anno Christi 351. vulgari, obijt Iulius episcopus Romanus, P. C. Sergij & Nigriniani, vacat sedes dies 25. Succedit 8. Maij Liberius Romanus, qui sedit annos 15. m. 3. dies 4. Onuph.

— Post consulatum Sergij & Nigriani, quo anno propter belli tumultus & seditiones nullus consul consueta consulatus munera obire poterat, Syrmiensis congregata est Synodus, in qua & ipse Constantius Imperator affuit. In hoc concilio decreta facta sunt laude digna; Quod λόγος sit ὑφιστάμενος, & Photinus Syrmiensis Ecclesiæ presbyter, eo quod blasphemiam Samosateni renouaret, damnatus & in exilium eiectus est. Socrat. lib. 2. cap. 24. & 25.

9

1103
351

11 25 ED

Imp. Cæs. Fl. Constantius Aug. V. Fl. Constantius Gallus Nobiliss. Cæsar.

Fl. Decentius Nobiliss. Cæsar. Fl. Paulus Cathena.

4319

68 — Imperator Constantius Syrmii commoratur, expectans euentum belli contra Magnentium suscepti. Magnentius autem, simul vt Romam vrbem omnium facilè principem occupauit, trucidat ex ordine Senatorio complures: non paucos etiam ex populi multitudine è medio tollit. Verùm vbi duces Constantii, Romanorum copijs collectis, contra illum ire contendunt, Roma decedens, in Galliam proficiscitur. Ibi crebra prælia fiunt: & modo hæc, modò illa pars superior fuit. Socrat. lib. 2. cap. 27.

10

1104
352

12 26 C

Imp. Cæs. Fl. Iulius Constantius Aug. VI. Fl. Constantius Gallus Nob. Cæsar, II.

P. C. Fl. Decentij Cæsaris & Pauli.

4320

Olym. 283

69 — Constantius Magnentium ad Mursam vicit, magna hostium & suorum strage. Victor Constantius die sequenti conscendit tumulum, ex quo tota planicies conspici poterat: quam cum vidisset ingemuit, cæsa enim fuerunt supra 54. millia pugnatorum. Ea pugna attritæ fuerunt imperii Romani vires, Pomp. Læt. & Socrat. lib. 2. cap. 27.

— Magnentius denuo victus in loco quodam qui Miltoseleucus dicitur, Lugdunum fugit, vbi matrē suam & fratrem Desiderium Cæsarē interemit. Socr. ibid.

11

— Ante diem 18. Cal. Septembris, Indictione vndecima, P. C. Decentii Cæsaris, Constantio VI. & Gallo II. Coss. Magnentius Imperator sibi ipsi mortem consciuit. Decentius Cæsar qui Gallias tuebatur, audito fratris casu, laqueo se strangulauit.

— 6. Idus Octobris exactus est 30. annus Constantii Cæsaris, qui à patre Constantino Magno in Imperium assumptus erat, anno Christi 323. celebrauit igitur idē Constantius hoc tempore Trecennalia. Ammini Marcel. lib. 14. Et imperauit post mortem Magnentii in occidente annos 8. m. 2. d. 20. Onuph.

1105
353

13 27 B

Imp. Cæs. Fl. Con-

— Constantius Arelate hyemem exegit & Gallus Cæsar Antiochiæ. Ammian. Marcellin. lib. 14.

4321

Ab initio Mundi. | Romæ conditæ & Christi vulgares. | Indictionum. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

70

Flauius Gallus Cæsar III.
Fl. Constantius Aug. VII.

—Constantius Imperator septies Consul, egressus Arelate Valentiam petit, in Gundomadum & Vadomarium fratres Alemannorum reges arma moturus, qui tamen paulò pòst missis legatis pacem petierunt. Am. Marcellin. lib. 14.

12

—Imp. Constantius icto fœdere cum Alemannis, Mediolanum ad hyberna discessit. Constantia Galli vxor, Soror Constantij Aug. in Bithinia moritur. Marcellin. lib. 14.

—Constantius Gallus Cæsar occisus est Polæ in Histria, iussu Constantij Imperatoris, se III. & Constantio Aug. VII. Coss. mense Octobri anno Christi 354. Onuph.

1106
354

14 28 A

P. C. Fl. Constantij Galli, Cæs. III.
Arbetio.
Mauortius Lollianus.

—Arbetione & Mauortio Coss. anno Domini 355. Siluanus Gallus Imperium in Galliis inuasit, occisus est 29. Imperij die, apud Coloniam Agrippinam, à Constantij ducibus. Onuph.

4322
71

—Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus Romæ insignes habentur. Hieron. Presbyt.

13

—Pridie Idus Augusti anno Domini 355. Liberius Episcopus Romanus in exilium est missus, Mauortio Lolliano & Arbetione Coss. In eius locum eodem die Episcopus factus est Felix secundus, qui sedit annos 10. mens. 3. dies 11. Onuph.

1107
355

—8. Idus Nouembris Arbetione & Mauortio Coss. Fl. Claudius Iulianus, Constantij Senioris nepos, Cæsar appellatus est, à Constantio Imperatore, cum Arbetionem consulem annus haberet & Lollianum. Imperauit cum Constantio annos 5. mens. 11. dies 28. Onuph. Coniugem accepit Helenam virginem, Constantini Magni filiam, Constantij Imp. Sororem. Amm. Marcellin. lib. 15.

15 1 GF

II. P. C. Fl. Constantij Galli Cæs. III.
Imp. Cæs. Fl. Iul. Constantius Aug. VIII.
Fl. Claud. Iulianus Nobiliß. Cæsar.

4323
72

—Iulianus Cæsar aduersus Alemannos emissus Viennam venit, vbi à Gallis honorificè susceptus, & in collegium fastorum à Consule Octies Augusto adscitus est. Am. Marcellin. lib. 15. & 16.

—8. Cal. Iulias Iulianus Cæsar Augustodunum Heduorum Metropolin, quam Galli sua lingua Austun vocant, ingressus est. Marcellin. lib. 16.

14

—Iulianus Cæsar victis Alemannis & recepta Agrippina, per Treuiros hyematurus apud Senonas, oppidum tunc opportunum, abscessit. Ammian. Marcellin. lib. 16.

1108
356

16 2 E

Imp.
Fl. Clau-

—Sapor Persarum rex in confiniis Chionitarum & Halanorum hyemem agebat, Constantius autem eodem hoc tempore hyemabat Mediolani. Ammian. Marcel. ibidem.

4324

Cæsar

Ab initio mundi.	Cycli vulgares.	Romæ conditæ, & Christi.	Indictionum.	Diocletiani.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

Olym. 284

Cæs. Fl. Iul. Constantius Aug. IX. | dius Iulianus Nobiliss. Cæsar II.

Dioclet. 73 | Indict. 15

—Cæsar Iulianus exacta apud Senonas hyeme turbulenta, Augusto Constantio nouies seq; iterum Coss. in Remus exercitum duxit. Constantius interim vltimo die Aprilis aureo insidens carpento, claritudine variorum lapidum fulgens, Romam ingressus est celebri triumpho. Trigesimo deinde die, 4. Cal. Iunias, ab vrbe iterum discedens, per Tridentum in Illyricum cum exercitu festinauit. Ammian. lib. 16.

—Iulianus. Cæsar Alemannos ad Argentoratum memorabili pugna superauit. Ammian. Marcellin. lib. 16. & 17.

17. Cal. Decembris, anno Domini 357. exactus episcopatu Romano Felix, Imperatore Cæs. Constantino Aug. IX. & Iuliano Nobiliss. Cæsare II. Coss. Eodem die restitutus est Liberius Romanus, qui in schismate sedit annos 8. mens. 10. dies 10. Onuph.

1109 | 357

Castellum oppidum ad Mosam fluuium, à Iuliano Cæsare mense Decembri, & Ianuario, ad 84. vsq; diem obsessum, deditionem facere cogitur. Hisq; peractis hyematurus euertit Parisos Iulianus Cæsar. Ammian. Marcellin. lib. 17.

17 | 3 | D

P.C. Fl. Iulij Constantij Aug. IX. | Ti. Fabius Titianus. | Neratius Cerealis.

Obeliscus hoc tempore, iussu Constantij Imperatoris, Romæ in circo erectus est maximo. Ammian. ibidem.

4325

Dioclet. 74

Constantius Imperator qui apud Syrmium hyemauerat, post æquinoctium Vernale ad Istrum flumen exercitum duxit, Sarmatas & Quados vicit, & Zizaim regem eis præfecit. Iulianus Cæsar Francos Salios per deditionem accepit, Chamanos vicit, Suomarium quoq; & Hortarium Alemannorum reges pacem petere coëgit. Ammian. lib. 17.

—Ad diem nonum Calend. Septembris Nicomedia Bythiniæ vrbis terræmotu corruit, Tatiano & Cereali Coss. Ammian. ibidem.

Indict. 1

Concilium Nicenum secundum, eodem hoc tempore congregatum, simili terræmotu dissipatum est. Sozom. lib. 4. cap. 15.

Constantius Imp. Sirmij hyemauit, Iulianus Cæsar autem consuetis in hybernis, apud Parisios hyemem egit. Ammian. Matcellin. lib. 17.

1110 | 358

Constantius Imp. aduersus Limigantes Sarmatas, Valeriam exercitum duxit. Ammian. lib. 19.

18 | 4 | C

II. P.C. Fl. Iulij Constantij Aug. IX. | Eusebius | Hypatius | fratres Germ.

Limigantes impetum in Constantium Imperatorem fecerunt, sellaq; eius regalis cum aureo puluinari, nullo vetante direpta est. Imperator equo veloci impositus vix euasit. Ammian. Marcellin. lib. 19.

4326

Eusebio & Hypatio Coss. duo concilia coacta sunt, primum Arimini in Italia, alterum Seleuciæ in Isauria. Sozome. lib. 4. cap. 16. & 21.

Dioclet. 75

Amida florentissima vrbs ad Tygrim fluuium Sita, quæ 73. diebus acerba obsidione coangustata erat, à Sapore Persarum rege expugnatur. Ammian. lib. 19.

Constantius Imp. Limigantes Sarmatas vicit, & Sirmium reuersus est. Ammian. ibidem.

Indict. 2

Iulianus Cæsar eodem hoc anno Barbaros ad Rhenum vicit, Alemannorum regibus pacem petentibus dedit, multas ciuitates ad Rhenum occupauit. Ammian. lib. 18.

—Constantius Imperator Constantinopolin profectus est, vt cladibus apud Amidam acceptis mederetur, & impetus regis Persarum cohiberet. Ammian. lib. 19. & 20.

1111 | 359

—Consulatu Constantij decies terq; Iuliani, propter Scotorum Pictorumq; seditiones in Britanniam mittitur Lupicinus. Ammian. Marcellin. lib. 20.

19 | 5 | BA

Imp. | Fl.

—Iulianus hyemem agens apud Parisios, ab exercitu imposito diademate Augustus appellatus est. Ammian. lib. 20.

—Anno Christi 360. Luna fuit 14. die 18. Martij die Sabbati, & iterum

4327

Dioclețiani. | Indictionum. | Romæ conditæ & Christi vulgares. | Ab initio Mundi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cas. Fl. Iulius Constantius Aug. X. Claudius Iulianus Nobiliss. Caesar III.

76 rum 17. Aprilis, litera Dominicali existente A. Sicut calculo Prutenico paulò pòst demonstrabimus. Paul. Forosl. lib. Pasch. 5. cap. 1.

—Sapor Persarum Rex Singaram & Bezabden expugnauit. Iulianus Cæsar Rheno transmisso, Francos quos Atthuarios vocant, superauit negotio leui. Ammian. lib. 20.

—Synodus Constantinopolitana, sententiam concilii Ariminensis confirmauit. Socrat. lib. 2. cap. 32.

—Constantius Imperator Ædessam venit, vbi commoratus est vsq; ad æquinoctium Vernale. Ammian. lib. 20.

—28. die Augusti SOL DEFECIT Constantio X. & Iuliano tertio Coss. A primo auroræ exortu, vsq; ad meridiem, intermicabant iugiter stellæ. Ammian. Marcel. lib. 20. Hanc Eclipsin hoc anno & die à nobis notato factam esse, paulò post demonstrabimus calculo astronomico.

3 —Constantius Imp. Saporem Persarũ regẽ in Persiam repulit, & in Syriam reuersus est hyematurus Antiochiæ. Iulianus Cæsar autem, victis Rauracis, per Besantionem Viennam hyematurus abscessit. Ammian Marcellin. lib. 20.

1112

360 —Constantius Imp. amissa iam pridem Eusebia Faustinã coniugem accepit. Florentius iisdem diebus cum Tauro amplissimi suscepit insignia magistratus. Ammian. lib. 21.

1 6 G

Fl. Florentius præfectus prætorio Illyrici. Fl. Taurus præfectus prætorio Italiæ.

—Iulianus Cæsar mense Ianuario, die festo quem Epiphaniam vocant Christiani, ingressus est in Ecclesiam Christianorum, vtq; omnes ad sui fauorem illiceret, adhærere se culto Christiano fingebat, à quo iam pridem occultè desciuerat. Ammian. lib. 21.

4328 —Imp. Constantius hybernis egressus Ædessam petit, arma moturus aduersus regem Persarum. Ammian. Ibidem.

77

Olym. 285 —Vadomarius perfidiosus rex Alemannorum, iussu Iuliani Cæsaris, per insidias capitur, eius subditi pacem petere coacti sunt.

—Iulianus Cæsar Italiam & Illyricum cursu celeri pretergressus claustra occupauit Succorum. Quo cognito, Constantius Imperator mœrore offusus, Hierapolin reuersus est. Inde Antiochiam & paulò pòst Tarsum venit in Ciliciam, vbi leuiore febri contactus, ratusq; itinerario motu excuti posse imminutæ valetudinis discrimen, lectica vectus est per inuia itinera, vsq; ad radices montis Tauri, vbi in statione quæ appellabatur Fons Mopsi, paulò pòst decessit. Ammian. lib. 21. Pomp. Læt.

4 —Tertio Nonas Nouembris, Tauro & Florentio Coss. anno primo ducentesimæ octuagesimæ quintæ Olympiadis, mortem oppetiit Constantius Imperator, annos natus 45. Socrat. lib. 3. cap. vlt. Saturnus eodem tempore fuit in 25. parte Virginis, & Iupiter in fine Aquarii. Pomp. Læt. & Ammian. lib. 21. Hæc ita facta esse, paulò post demonstrabimus calculo Astronomico. Successit eodem die FL. CLAVDIVS IVLIANVS, qui imperauit annum vnum, menses septem, dies 23. Onuph.

1113

361

2 7 F

Post. C. Fl. Ne. Fl. Ma.

—Anno 78. die Imperii Diocletiani, Luna fuit decima quarta 6 Cal. Aprilis. Ambros lib. 10. epist. epistola. 83. Sed subiicio hunc demonstrationes Mathematicas.

4329

CALCV-

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, & Christi vulgares. | Indictionum. | Diocletiani.

CALCVLVS PLENILVNII MEDII QVOD FACTVM EST ANNO CHRISTI 360, BISEXTILI, Cui respondet

Aureus numerus 19.
Cyclus Solaris 5.
Literæ igitur Dominicales B & A.

Plenilunium hoc factum est media nocte, quæ antecesſit 19. diem Martii, quod ſic probo.

	Sex.	part.	′	″
In initio annorum Chriſti, motus medius Lunæ à Sole	3	29	58	22
Anni Domini completi 300	3	21	10	38
Adde etiam annos 40	4	26	49	25
Anni inſuper fuerunt completi 19	5	51	35	53
Menſis etiam Februarius fuit completus	0	11	26	41
Dies etiam in Martio elapſi erant 18	3	39	26	0
Ergo media nocte ante 19 diem Martii, long. ☽ à Sole	3	0	26	59

Ergo tali nocte fuit plenilunium medium. Die igitur 18. Martii, Luna fuit decimaquarta, die Sabbati, & iterum 17. Aprilis, Litera Dominicali exiſtente A. Græci & Alexandrini, quibus erat aureus numerus cycli decemnoualis 19. & annus emboliſmicus, Paſcha 23. Aprilis, Latini vero, quibus erat aureus numerus cycli Lunaris 16, & annus communis, 26. Martii celebrari illud voluerunt. Paul. Foroſ. lib. Paſch. 5. cap. 1.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST ANNO CHRISTI 360. Biſextili, Conſulibus Fl. Julio Conſtantio Aug. X. & Fl. Clau. Iuliano Cæſare III. Ammian. Marcellin. lib. 20. Reſpondet huic anno

Aureus numerus cycli decemnoualis 19.
Cyclus Solaris 5.
Literæ Dominicales B & A.

Ab initio annorum Chriſti vſq; ad hanc Eclipſin ſunt completi anni Iuliani 359. menſes 7. dies 27. horæ 4. ſcrup. 3. Sub meridiano Montis regii inclytæ vrbis Boruſsiæ.

Facta igitur eſt hæc defectio Solis, anno Chriſti 360, die Lunæ 28. Auguſti, poſt quartam horam matutinam ſcrupulis tribus, ſi ad prædictum meridianum Regiomontanum calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	ſex.	part.	′	″	
Præceſsionis ſimplicis æquinoctiorum	0	10	33	31	
Anomaliæ ſimplicis æquinoctiorum	0	44	24	14	
Solis ſimplicis	2	26	5	57	
Solis compoſiti	2	36	39	28	
Anomaliæ annuæ Solis	1	22	41	50	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	57	24	28	
Anomaliæ Lunæ	5	57	53	56	
Latitudinis Lunæ	4	32	12	36	
Ergo præceſsio vera æquinoctij	0	9	22	10	
Æquatio centri Solis addenda	0	4	42	51	ſcrup. proport. 51′ 18″.
Anomalia Solis coæquata	1	27	24	41	
Abſoluta æquatio orbis ſubtrahenda	0	2	18	38	

ERGO ☉ in ♍ 3 part. 9′ 29″.

	ſex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	54	48	56	
Æquatio ſecundi epicycli ſubtrahenda	0	1	25	15	ſcrup. proport. 0′ 10″.
Anomalia Lunæ coæquata	5	56	28	41	
Abſoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	0	16	46	

ERGO ☽ in ♍ 3 part. 9′ 21″.

Caput

Caput draconis in ♍ part. 0 39' 59". Abfuit ergo Luna à capite draconis part. 2 29' 22".

Motus latitudinis Lunæ coæquatus sex. part. 4 32 29' 22".

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 13' 0".

Veri loci Solis ascensio recta temp. 155 2' 56".

Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda 14. scrup.

Et in finibus orientalibus Mesopotamiæ ad fluuium Tigrim, vbi Ammianus Marcellinus illo tempore sub exercitu Constantij Imperatoris militauit, addendæ sunt horæ tres.

Propter parallaxin longitudinis Lunæ à Sole iterum auferenda hora vna scrup. 47.

Ergo in extremis finibus Mesopotamiæ ad fluuium Tigrim, hic defectus Solis visus est dimidia Sexta matutina, Sole oriente.

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole in quarto Climate 47' 30".

Parallaxis latitudinis Lunæ á Sole 13' 52".

Ergo latitudo Lunæ visibilis australis decrescens 0' 52".

Semidiameter Solis apparens 16' 14".

Semidiameter Lunæ apparens 15' 0".

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & Solis 31' 14".

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 30' 22".

Diameter Solis apparens 32' 28".

ERGO DIGITI ECLIPTICI VNDECIM Scrup. 13.


Scrupula incidentiæ 31' 30".

Motus horarius Lunæ 26' 33".

Dimidius ergo defectus durauit horam vnam scrup. 12. Totus autem defectus horas duas scrup. 24.

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis apparens Australis decrescens 5' 37". Et in fine Eclipsis Borealis crescens 5' 53".

Sequitur nunc pictura.



Cæpit

Cæpit Sol deficere cum adhuc esset infra horizontem, circa initium auroræ matutinæ, post horam quartam scrupulis 18. Fuitq; Eclipsis maxima, dimidia sexta, Sole emergente supra horizontem. Et finita est quadrante horæ ante septimam matutinam, cum iam dies claresceret inclinans ad tempus meridianum. Nunc vide quàm exactè hæc conueniant cum obseruatione & annotatione Ammiani Marcellini, qui lib. 20. horribilem hunc defectum Solis his verbis describit: Eodem tempore (quo videlicet Constantius Imp. X. & Iulianus Cæsar III. consulatum gerebant, tempus autem anni non expressè declaratur) per eôos tractus cœlum subtextum caligine cernebatur obscura, & à primo auroræ exortu vsq; ad meridiem, intermicabant iugiter stellæ. Hisq; terroribus accedebat, quod cum lux cœlestis operiretur, è mundi conspectu penitus luce abrepta, defecisse diutius Solem pauidæ mentes hominum æstimabant: primo attenuatum in Lunæ corniculantis effigiem, deinde in speciem auctum Semestrem, posteaq; in integrum restitutum: quod aliâs non euenit ita perspicuè, nisi quum post inæquales cursus intermenstruum Lunæ ad idem reuocatur initium certis temporum interuallis: id est, quum domicilio eiusdem signi tota reperitur Luna sub Sole lineamentis obiecta rectissimis, atq; in his paulisper consistit minutis, quas Geometrica ratio partes appellat. At licet vtriusq; sideris conuersiones & motus, scrutatores causarum intelligibilium aduerterant, in vnum eundemq; finem Lunari cursu impleto, perenni distinctione conueniunt: tamen Sol non semper obducitur: Sed cum Luna è regione velut libramento quodam, igneo orbi & aspectui nostro opponitur media. Ad Summam, tum Sol occultatur splendore suppresso, cum ipse & Lunaris globus astrorum omnium infimus, parili comitatu obtinentes circulos proprios, saluaq; ratione altitudinis interiectæ iunctim locati (vt scienter & decorè Ptolemæus exponit) ad dimensiones venerint, quos ἀναβιβάζοντας & καταβιβάζοντας ἐκλειπτικοὺς συνδέσμους, coagmenta videlicet defectiua Græco dictitant sermone. Et si contigua iisdem iuncturis præstrinxerint spatia, dilutior erit defectus. Si vero articulis ipsis inhæserint qui coärctius ascensus vinciunt & descensus, offunditur densioribus tenebris cœlum & crassato aëre, ne proxima quidem & apposita cernere queamus. Hæc totidem verè verbis de hac aliisque Eclipsibus Solaribus, eruditè disputat Ammianus Marcellinus lib. 20. Nunc consideremus etiam quæ mala hunc defectum Solis secuta sint. Tria videlicet memorabilia bella: Persicum, Ciuile & Germanicum. Saporem Persarum regem qui orientem vastabat, Constantius Imperator in Persiam repulit. Iulianus Apostata arma sumpsit adversus Constantium, vnde exarsit bellum ciuile. Vadomarius Alemannorum & Germanorum rex, Iuliano sese opposuit, sed paulò pòst insidiis Philagrii capitur & abducitur in Hispaniam. Constantius Imperator febri correptus, in ipso apparatu belli ciuilis moritur. Successit illi in Imperio crudelissimus tyrannus Iulianus Apostata, qui ingenii vanitate dedidit se magicis artib, & mactauit humanas hostias diuinationum causa, edidit edicta de persecutione Christianorum, aperiri iterum iussit templa Idolorum, Iudæos etiam adhortatus est vt politiam suam instaurarent, qui cum inciperent ædificare templum Ierosolymitanum, horribili terræmotu & fulminibus, totum opus disiectum est, & multa millia Iudæorum ruinis sunt oppressa.

Tantum hoc loco sufficiat de horribili hoc defectu Solis, & eius significationibus.

DE AN-

DE ANNO ET DIE QVO FL. IVLIVS CONSTANTIVS ROMANORVM IMPERATOR MAGNI CONSTANTINI FILIVS MORTVVS EST.

IMperatorem Constantium diem suum extremum clausisse, anno primo ducentesimæ octuagesimæ quintæ Olympiadis, Tauro & Florentio Coss. Socrat. testatur hist. Eccles. lib. 2. cap. vlt. Quod tempus iuxta hanc nostram supputationem recte incidit, in annum Christi 361. Quod si calculo Mathematico confirmetur, nemo in posterum de certissima nostra annorum serie dubitare poterit. Mortuus autem est Constantius Imperator tali anno ac tempore, quo Saturnus fuit apud 25. gradum virginis, & Iupiter in fine Aquarij. Sicut duo grauissimi autores testantur, Ammianus Marcellinus lib. 21. & Pomponius Lætus in Constantio. De die autem quo animam expirauit idem hic Imperator Constantius, aliquantulum dubitatur. Ammianus enim & Pomp. Lætus, eum ex vita decessisse scribunt 3. Non. Octobris. Sed tali die, si quis calculo Astronomico periculum fecerit, ♄ fuit in ♍ 23 part. 10′ 40″. & ♃ in ♒ 22 part. 13′ 11″. Socrates autem historiæ Ecclesiasticæ Scriptor & Onuphrius, Constantium mortuum esse affirmant, 3. Nonas Nouembris, ad hunc igitur diem dirigatur calculus.

Ab initio annorum Christi, ad meridiem tertij diei Nouembris huius anni Christi 361. sunt completi anni Iuliani 360. menses 10. dies 2. horæ 12. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regii inclytæ vrbis Borussiæ.

SATVRNVS.



	sex.	part.	′	″
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	10	34	31
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	0	44	31	42
Solis simplicis	3	32	12	31
Longitudinis ♄	2	36	34	15
Apogæi ♄	3	48	40	48
Commutationis ♄	0	55	38	16
Longitudinis ♃	5	25	17	25
Apogæi ♃	2	35	1	2
Commutationis ♃	4	6	55	6
Ergo præcessio vera æquinoctii	0	9	23	10
Anomalia Eccentri ♄	4	47	53	27
Æquatio Eccentri ♄ addenda	0	6	4	51
Motus longitudinis ♄ coæquatus	2	42	39	6
Anomalia Eccentri Saturni coæquata	4	53	58	18
Motus commutationis ♄ coæquatus	0	49	33	25
Absoluta æquatio parallaxeos orbis addenda	0	4	20	22

Scrup. proport. 16′ 22″.

ERGO ♄ in ♍ 26 part. 22′ 38″. die tertio Nouembris anno Christi 361.

Ergo

Ergo mense Octobri, Constantio Imperatore ægrotante, cum diabolus ex aduersa eius valetudine coniecturam faceret, eum mox moriturum, & illud ad Iulianum procul absentem referret, Saturnus fuit in 25. gradu virginis. Quanquam postea Iulianus gloriatus est, se præscisse mortem Imperatoris, & in somno præmonitum Constantium moriturum, quando Iupiter esset in fine Aquarij, & Saturnus in 25. parte virginis. Aberrauit tamen illa coniectura diaboli, vno gradu & aliquot scrupulis à vero loco Saturni, siue ad quintum diem Octobris, siue ad tertium diem Nouembris mors Imperatoris Constantij referatur. Potuit ergo Satan ex aduersa Imperatoris valetudine, vtcunq; de tempore anni coniecturam facere, diem autem mortis expresse definire non potuit, sicut Iulianus falsò gloriatus est. Nam & Iupiter quamuis fuerit in Aquario, sicut diabolus Iuliano susurraverat, tamen non præcisè fuit in vltimo gradu eius signi, quod calculo Astronomico sic demonstramus.

	sex.	part.	′	″	
Anomalia Eccentri ♃	2	50	16	23	
Æquatio Eccentri ♃ subtrahenda	0	9	55	38	scrup. proport. 59′ 27″.
Motus longitudinis ♃ coæquatus	5	24	21	47	
Anomalia Eccentri ♃ coæquata	2	49	20	45	
Motus commutationis ♃ coæquatus	4	7	50	44	
Absoluta æquatio parallaxeos orbis subtrahenda	0	11	18	16	

IVPITER.



ERGO ♃ in ♒ 22 part. 26′ 41″. die 3. Nouembris anno Christi 361. Abfuit ergo Iupiter à fine ♒ 7 part. 33′.

Ex his luce clarius apparet constantium Imperatotem mortuum esse tali anno ac tempore, quo Iupiter fuit in ♒, & Saturnus apud 25. gradum ♍, quod hoc anno Christi 361. factum esse, calculo Astronomico satis probauimus, ita vt nemo in posterum alium annum mortis Constantij inuenire possit, qui cum probatorum autorum testimonijs, motuumq; cœlestium obseruationibus exactius posset conuenire. Incidit etiam idem hoc tempus, in annum primum ducentesimæ octuagesimæ quintæ Olympiadis, quo anno Constantium mortuum esse Socrates quoq; testatur, hist. Ecclesiast. lib. 2. cap. vlt. Iohannes Functius è contra, Constantij mortem transfert ad annum Christi 365. quo anno Iupiter perambulauit dodecatemorion Geminorum. Errant igitur omnes, qui eum in dispositione annorum Christi secuti sunt. Solus Gerardus Mercator nobiscum consentit. Confirmant etiam nostram sententiam duæ Eclipses Solares, quarum prima facta est anno vndecimo Imperatoris Constantij, altera anno proximo ante eius obitum, sicut calculo Mathematico probauimus.

CALCV-

CALCVLVS PLENILVNII MEDII *QVOD FACTVM EST ANNO DOMINI 362. Sexto Cal. April. Respondet huic anno*

aureus numerus 2.
Cyclus Solaris 7
Litera Dominicalis F.

	sex.	part.	′	″
In initio annorum Christi, motus long. ☽ à Sole	3	29	58	22
Anni Domini completi 300	3	21	10	38
Adde annos 60	0	40	14	18
Et annum vnum completum	2	9	37	22
Mensis etiam Februarius fuit completus	5	59	15	15
Et dies in Martio completi 26	5	16	57	34
Et horæ insuper 6	0	3	2	52
Ergo 27. die Martij hora 6. matutina motus long. ☽ à ☉	3	0	16	11

Tali ergo die videlicet 6 Cal. Aprilis fuit plenilunium. Occidentales igitur Ecclesiæ celebrauerunt Pascha die Solis proximo sequente, pridie Cal. Aprilis. Alexandrini quoq; & Ægyptij, vt ipsi scripserunt, cum incidisset Luna in 28. diem mensis Pharmutij (Phamenoth legendum est) celebrarunt Pascha 2. die Pharmutij, qui vltimus dies Martii fuit, & sic conuenerunt cum Ecclesiis occidentalibus. Ambros. Epist. lib. 10. Epist. 83. Ex his luce clarius apparet, Ægyptios cum temporibus Diocletiani coacti essent, menses suos aptare Romanis mensibus, primum diem Thoth coniunxisse cum primo die Septembris. Cohærent igitur primi dies mensium Ægyptiorum cum diebus nostrorum mensium hoc modo.

IN ANNO COMMVNI.

Thoth cum primo die Septembris
Phaothi cum primo die Octobris.
Athyr cum 31. die Octobris.
Chæac cum 30. die Nouembris.
Tybi cum 30. die Decembris.
Mechir cum 29. die Ianuarij.
Phamenoth cum 28. die Februarij.
Pharmuthi cum 30. die Martij.
Pachon cum 29. die Aprilis.
Payni cum 29. die Maij.
Epephi cum 28. die Iunij.
Mesori cum 28. die Iulij.
Primus dies intercalaris cum 27. die Augusti, suntq; intercalarium dies quinq;.

IN ANNO BISEXTILI.

Priores sex menses, Thoth, Phaothi, Athyr, Chæac, Tybi & Mechir, eandem quidem cum nostris mensibus cohærentiam retinent. Initia autem posteriorum sex mensium, ita cum nostris mensibus denuò conueniunt, ante primũ diem Phamenoth inseritur dies intercalaris, sic iterum mensis.
Phamenoth initium cohæret cum 28. Febr.
Pharmuthi cum 30. die Martij.
Pachon cum 29. die Aprilis.
Payni cum 29. die Maij.
Epephi cum 28. die Iunij.
Mesori cum 28. die Iulij.
Primus dies intercalaris cum 27. die Augusti, suntq; intercalarium dies denuò quinq;, nam sextus intercalarium dies antecessit initium Phamenoth.

Confer hæc cum Epistola Ambrosij, & videbis numeros dierum Ægyptiorum in Ambrosii epistola cum nostro calculo rectè conuenire. Epistol. lib. 10. cap. 83. Siue enim annus fuerit communis siue bisextilis, eandem tamen dies Ægyptiorum cum nostris mensibus cohærentiam retinent.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Ab initio mundi 4330 — Christi vulgares 362 — Romæ conditæ 1114 — Cyclus ☽ 3 — Cyclus ☉ 8 E — Indictionum 5 — Diocletiani 78

Fl. Mamertinus Præf. Prætorio Illyrici. Fl. Neuita.

Post Consulatum Flauij Tauri.

78 —Georgius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, qui in locum pulsi Athanasij electus erat, à ciuibus Alexandrinis in tumultu occiditur. Athanasius non longo tempore pòst ab exilio reuersus in Ecclesiam recipitur. Sozomenus lib. 5. & Socrat. lib. 3.

—Iulianus Imperator iussit aperiri templa Idolorum, & mactauit humanas hostias. Socrat. lib. 3. Ammian. lib. 22.

—Duo concilia hoc tempore celebrata sunt, Alexandrinum & Philadelphicum. Socrat. hist. eccl. lib. 3. cap. 5.

5 —XI. Cal. Nouembris subita vi flammarum exustum est Apollinis Daphnæ fanum amplissimum. Et quarto Nonas Decembris vergente ad vesperam die, Nicomedia terræmotu collapsa est, itidemq; Nicææ portio non mediocris. Imp. Iulianus apostata eodẽ hoc tempore hyemauit Antiochiæ in Syria, & horribilem excitauit persecutionẽ aduersus Christianos. Ammian. lib. 22.

—Athanasius iterum in exilium pellitur, & de Iuliano ita dixisse fertur: Nubecula est, quæ citò euanescet. Socrat. l. 3. & Sozõ. l. 5. c. 14.

—Iudæi largitione & iussu Imp. Iuliani apostatæ, templum Hierosolymitanum reparantes, terræmotu & igne disperguntur. Ammian. lib. 23. & Socrat lib. 3. cap. 17.

Ab initio mundi 4331 — Christi vulgares 363 — Romæ conditæ 1115 — Cyclus ☽ 4 — Cyclus ☉ 9 DC — Indictionum 6 — Diocletiani 79

Imp. Cæs. Fl. Claudius Iulianus Aug. IIII. Secundus Salustius Præf. Præt. Galliaru.

79 —GREGORIVS NAZIANZENVS & APOLINARIVS Ecclesiastici scriptores, clari habentur. Sozom. lib. cap. 17

—6. Cal. Iulij, anno Domini 363. Indict. 6. Imp. Claud. Iulianus in prælio apud Persas occisus est, ipso quarto & secundo Salustio Promoto Coss. 5. Cal. Iulij. die videlicet proximo sequente, salutatus est Imperator FL. IOVIANVS Varroniani filius, ex Tribuno militum in Perside, qui Imperauit menses 7. dies. 22. in oriente Onuph. & Ammiam. lib. 25.

6 —Athanasius post mortem Iuliani apostatæ, Alexandrinæ Ecclesiæ gubernationem iterum capescebat. Imperator Iouianus pactis cũ rege Persarum inducijs belli finem fecit. Socrat. lib. 3.

—Iouianus Imperator Antiochiam ex Perside reuersus est, vbi per continuos dies multa visa sunt miracula & prodigia. Nam Maximiani Cæsaris statua locata in vestibulo regiæ, amisit repente sphæram æream formatam in speciem poli, quam gestabat: & cum horrendo stridore sonuerunt in consistorio trabes: & visa sunt interdiu sidera cometarum ✶═══ Ammian. lib. 25.

Ab initio mundi 4332 — Christi vulgares 364 — Romæ conditæ 1116 — Cyclus ☽ 5 — Cyclus ☉ 10 B — Indictionum 7 — Diocletiani 80

Imp. Cæs. Fl. Iouianus Augustus. Fl. Varronianus Aug. f. Nob. Puer.

P.C. Secundi Salustij.

—13. Cal. Martij, Iouiano Aug. & Verroniano Coss. anno Domini 364. (Indict. 7. Onuph.) mortuus est Iouianus Imp. Aug. Eutrop. 80 lib. XI. Quo mortuo, interregnum fuit dierum 10. Electus autem est ab exercitu FL. VALENTINIANVS, qui accitus venit in castra apud Nicæam 7. Cal. Martij, neq; die sequenti, quod intercalaris esset, Imperij insignia suscipere voluit, bissexti Februarij diẽ tanquam infaustum vitans. Die vero insequenti 5. Cal Martij, omnium votis & acclamationibus Imperiũ adeptus est. Hæc ita facta esse. Ammianus Marcellinus (qui illo tempore vixit, & in castris præstò adfuit) perspicuis verbis declarat lib. 26. Rectè ergo initio Valentiniani Imperatoris nobis incidit in annum Bissextilem,

7 habentem duas literas Dominicales D. & C. Imperauit autem Valentinianus in Occidente annos XI. mens. 8. & dies 22. In Oriente cum imperasset mensem vnum, dies 4. sibi Augustum suffecit, hoc eodem anno Cal. Aprilis, fratrem suum FL. VALENTEM, qui imperauit annos 14. menses 4. dies 13. Onuph.

Circa Cal. Octob. Iouiano Aug. & Varraniano Coss. Proccopius Constantinopoli tyrannidem inuasit contra Valentem, & imperauit in oriente annum vnum & menses 10. Onuph.

—Carietto & Seuerianus Romanorum duces, à Germanis acerrimo prælio victi & occisi sunt. Ammian. lib. 27.

Imp. Imp.

BASI-

Ab initio mundi. | Christi vulgares. | Romæ conditæ. & | Indictionum. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Olym. 286

Cas. Fl. Valens Augustus. Cas. Fl. Valentinianus Aug.

81

8

1117 365

6 11 A

P. C. imp. Cas. Valentis Aug. Fl. Gratianus Valentin. Aug. f. Nob. Puer. Fl. Dagalaiphus.

4333

82

9

1118 366

7 12 G

Fl. Lupicinus. Fl. Iouinus.

4334

83

10

1119 367

8 13 FE

Imp. Imp.

4335

—BASILIVS MAGNVS Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Gregorius Nazianzenus præceptor sancti Hieronymi, Gregorius quoq; Nissenus, & Effrem Edissenæ Ecclesiæ Diaconus, hoc tempore claruerunt.

—12. Cal. Aug. terræmotu per totum orbem facto, mare littus egreditur, & Siciliæ multarumq; insularum vrbes, & innumerabilem hominum multitudinem oppresit. Ammian. in fine lib. 26.

—Bithynia hoc tempore in Procopij ditionem redacta est. Ammian. lib. 26.

—10. Cal. Decemb. obijt Felix Episcopus Romanus, Valente & Valentiniano Aug. Coss. Onuph.

—Translato in Gratianum adhuc priuatum & Dagalaiphum amplissimo magistratu, aperto iam Vere suscitatis viribus, Valens iuncto sibi Lupicino cum robustis auxilijs, Pessinunta signa properè tulit, Phrygiæ quondam, tunc Galatiæ oppidum, quod præsidijs communiuit. Ammian. lib. 26.

—Iouinus equitum magister Germanos vicit. Ammian. lib. 27.

—12. Cal. Aug. anno Domini 366. Gratiano & Dagalaipho Coss. occisus est Procopius Imperator Orientis, in Phrygia prope Pessinuntem. Onuph.

—Imperatori Valentiniano natus est filius Valentinianus Iunior. Socrat. lib. 4. cap. 9.

—8. Cal. Octobris, anno Domini 366. obijt Liberius Episcopus Romanus, Gratiano nobilissimo puero & Dagalaipho Coss. vacat sedes dies 7. ad Damasum vsq;. 7. tamen Cal. Octobris à factione Liberij creatus est Vrsicinus Romanus, qui sedit annum vnum, mensem vnum, & dies 23. Contra hunc in schismate creatus est à factione Felicis, Damasus 6. Nonas Octobris eiusdem anni, qui sedit annos 16. m. 2. d. 10. Onuph.

—Valens Imperator Romanorum, arma concussit in Gothos, qui Procopio auxiliares copias antea miserant. Ammian. lib. 27.

—B. AMBROSIVS Mediolanensium declaratur Episcopus. Socrat. hist. Eccl. lib. 4. cap. 25.

—Sexto Nonas Iulij, grando magnitudine inusitata lapidibus similis Constantinopoli decidit. Socr. lib. 4. cap. 10.

—17. Cal. Septemb. sponte abdicauit Vrsicinus Episcopus Romanus. Onuph.

—13. Cal. Septemb. Fl. Lupicino & Iouino Coss. anno Domini 367. Augusti à patre Valentiniano appellati sunt, Fl. Valentinianus Iunior, & Fl. Gratianus, qui imperarunt cum patre annos 8. m. 2. dies 28. Onuph.

—Theodosius in Britanniam mittitur. Franci eodem tempore & Saxones Gallicanos tractus prædis acerbis, incendijsq; & captiuorum hominum funeribus violabant, Ammian. lib. 27.

—*Anni tempore iam recente Valentinianus cum Gratiano Rhenum transgressus, aduersus Alemannos & Germanos exercitum duxit. Ammian. lib. 27.*

Ab initio mundi. | Romæ conditæ, & Christi vulgares. | Indictionum. | Diocletiani.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

84

—Hoc anno inceperunt quinq; menses annorum, qui constituunt annos 150. quibus Arianæ locustæ Ecclesiam afflixerunt. Finiuntur cum Iustinus Imperator Ecclesias purgaret. Apocal. 9. Vide Functium.

—Valentinianus Imp. Alemannos & Germanos vicit. Ammian. lib. 27.

11

—Quinto Idus Octobris, terræmotus in Bithynia factus, Nicæam vrbem deturbauit, Valentiniano & Valente Coss. Socrat. hist. eccl. lib. 4. cap. 10.

Caes. Fl. Valens Augustus II.
Caes. Fl. Valentinianus Aug. II.

1120
368
9 14 D

—Valentinianus & Gratianus apud Treuiros hyemarunt.

4336

85

—Alemanni iterum à Valentiniano, & Gothi à Valente victi sunt. Ammian. lib. 27.

Olym. 287

Sex. Aurelius Victor.
Iulius Felix Valentinianus.

—Athanasius orta seditione, 4. menses continuos in paterno monumento latitauit. Cumq; ea de causa motus in populo cierentur, metuens id Imperator Valens rursus Athanasium tranquillè Ecclesiam obtinere præcepit. Socrat. hist. eccl. lib. 4. cap. 12.

12

1121
369
10 15 C

—Cum Phocas Imperator propter crudelitatem & tyrannidem, in odio esset non solùm populi, sed etiam principum, conspirarunt aduersus eum præcipui duces, Priscus gener ipsius Phocæ, Heraclius Africæ præses, & Phocius cuius vxorem Phocas rapuerat, ab his paulò post idem Phocas circumuentus & occisus est.

13

610

—MAHOMET hoc 40. anno ætatis suæ, legem se accepisse mentitur ab angelo Gabriele. Chron. Saracen.

4 4 C

4578

Imp. Cæs. Fl. Heraclius Aug.

—6. Cal. Aprilis, anno Domini 611. Indict. 14. Imp. Fl. Phocas occisus est, septimo post suum consulatum anno. Eodem die cœpit imperare FL. HERACLIVS Aug. qui imperauit annos 30. menses 2. Onuph.

14

—Ioannes Lemigius V. Italiæ Exarchus. Onuph.

611

—Circa hæc tempora Gisulfus Foroiulianus dux, à Longobardis in prælio occiditur. Eius coniunx Romilda Forumiulij prodidit, & paulò post à Cacano Auarum rege, qui propter iusiurandum nocte vna in matrimonio eam habuerat, palo inclusa

5 5 BA

4579

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

clusa extinguitur. Filiæ vero eius non matris libidinem secutæ, sed castitatis amorem, cauentes ne ob egregiam formam ab Auaribus contaminarentur, crudorum pullorum carnes sibi inter mamillas sub fascia posuerunt, quæ ex calore putrefactæ odorem fœtidum exhalabant. Atq; ita Auares ab earum amore repulsi sunt, cum eas naturaliter ita fœtere putarent. Ex his puellis po-
15 stea vna Alemannorum regi, alia verò Baioariorum principi nupsit. Vide Paulum Diaconum lib. 4. cap. 12.

612 Anno secundo Imperij Heraclij Persæ ceperunt Cæsarem. Eodem anno natus est Imperatori ex Eudoxia Augusta filius Heraclius minor, qui & nouus Constantinus appellatus est, & mortua
6 6 G est Augusta eadem Indictione 15. Annal. Const. lib. 18.

4580 6. Cal. Aprilis, anno Domini 613. Indictione prima, secundo anno post consulatum Fl. Heraclij Aug. Fl. Heraclius Constantinus ab Heraclio Patre Augustus appellatus est, & imperauit cum patre annos 28. menses 2. Onuph. Annal. Const. lib. 18.

Eodem hoc anno tertio Heraclij Imperatoris, Epiphania filia Heraclij in Augustam coronata est à Sergio Patriarcha. Eodem
1 anno Saraceni etiam contra Syriam etiam direxerunt, & exterminatis nonnullis vicis, domum reuersi sunt. Annal. Constantinop. lib. 18.

613

7 7 F

4581

Anno Heraclij quarto, Persæ ceperunt Damascum. Et Heraclius incestas nuptias celebrauit. Mortua enim priore coniuge Fabia Eudoxia, vxorem duxit Martinam fratris sui filiam. Annal. lib. 18.

Mense Iulio, anno Domini 614. mortuo Agilulpho, Successit filius FL. ALDALVALDVS, quintus rex Longobardorum,
2 qui deinceps regnauit annos 10. Onuph. Regnauit cum filio pariter THEODELINDA mater, quæ & propter filij adolescentiam, & propter alias causas bella moueri noluit. Sub his igitur Ecclesiæ restauratæ sunt, & multæ donationes in loca venerabilia largitæ. Paul. Diacon. lib. 4.

614

8 8 E

9. Calend Martij, anno Domini 615. obijt Bonifacius quartus,
4582 Pontifex Romanus, quarto anno post consulatum Heraclij Aug. Vacat sedes menses 7. dies 25. Onuph.

Hoc anno quinto Imperij Heraclij, Cosroës Persarum rex, Palæstinam Iudæam & Ierosolymam cepit, & interfectis nonaginta millibus Christianorum, Zachariam Patriarcham Hierosolymi-
3 tanum, cum sancta cruce abduxit in Persiam. Annal. Constantinop. lib. 18.

615 16. Calend. Nouemb. creatus est pontifex Romanus, THEODATVS siue DEVS DEDIT Romanus, qui sedit annos 3.
9 9 DC dies 23. Onuph.

Eleutherus Patricius V. C. Sextus Italiæ Exarchus. Onuph.

4583 Anno

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno sexto Imperij Heraclij, Persæ ceperunt totam Ægyptum, Alexandriam & Libyam vsq; ad Æthiopiam, multaq; præda onusti, ad propria remearunt. Annal.

—Anno Domini 616. Fl. Heracleonas Cæsar appellatus est à patre Heraclio, & imperauit cum patre annos 24. & cum Martina matre menses 2. Onuph..

4

616

10 10 B

4584

—Anno septimo Imperij Heraclij, Persæ in Africam reuersi, castrametati sunt aduersus Carthaginem, eamq; expugnarunt. Eodem anno Consul factus Heraclius Constantinus primogenitus filius Heraclij Imperatoris. Annal.

—Ioannes Campsinus tyrannidem assumens in Italia anno Domini 617. Neapoli occisus est ab Eleuthero Exarcho Italiæ. Onuph.

5

617

11 11 A

4585

—Anno octauo Imperij sui, Heraclius Imperator legatos ad Cosroën Persarum regem misit, pacem postulantes. Sed respondit Cosroës, se non depositurum arma, nec cum Romanis quieturum, nisi postposita & abnegata religione & inuocatione eius Dei qui diceretur crucifixus, Mitra, hoc est, Sol Deus Persicus solus diuinis honoribus coleretur. Annal. Pomp. Læt.

6

—6. Idus Nouembris, anno Domini 618. mortuus est Deusdedit pontifex Romanus, septimo anno post consulatum Heraclij Aug. Vacauit sedes mensem vnum, dies 19. Successit 8. Cal. Ianuarij BONIFACIVS QVINTVS Neapolitanus, qui sedit annos 3. menses 9. dies 19. Onuph.

618

12 12 G

—Eleutherus Exarchus tyrannidem arripiens, Luceolis tumultu militari occisus est anno Domini 619. Onuph.

4586

—Isaacius Patricius V. C. Septimus Italiæ Exarchus. Onuph.

—Anno nono Imperij sui, Heraclius Imperator à Caiano Auarum rege spe pacis deceptus, repellitur in vrbem Constantinopolin, amisso omni regio apparatu & supellectile. Annal. lib. 18.

7

619

13 13 FE

Anno

4587

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno decimo imperij sui, Heraclius Imperator ad Caianum Auarum regem legatos misit, eumq; vt de sua perfidia desisteret hortatus est. Confirmata igitur est pax inter Romanos & Auares, & legati in pace ad imperatorem reuersi sunt. Eodem anno ceperunt Persæ Ancyram Galatiæ vrbem. Annal. Constantinop. lib. 18.

8

620

14 14 D

4588

—Nihil hoc anno memoriæ dignum gestum est. Estq; hic annus vndecimus Imperij Cæsaris Heraclij.

9

621

15 15 C

4589

—Anno duodecimo imperij sui, mense Aprili, die quarto, Indictione decima, Imperator Heraclius celebrata solennitate paschali, mox feria secunda vesperi incipiente, cum exercitu motus est contra Persidem. Annal. Constantinop. lib. 18.

15. die Iulij, die Iouis MAHOMET Pseudopropheta tyrannidem assumpsit apud Arabes, & regnauit annis 10. Ab hoc Mahometi initio, Saraceni computant annos Alhigeræ, id est, peregrinationis vel expeditionis primæ Mahometis, diebus 227015. post natum Christum. Erasmus Reinholdus & Fasciculus temporum.

10

622

16 16 B

4. Idus Octobris anno Christi 622. obijt Bonifacius quintus pontifex Romanus. Vacat sedes dies 13. Succedit 7. Calend. Nouembris HONORIVS Campanus, qui sedit annos 12. menses 11. dies 17. Onuph.

4590

—Anno imperij sui decimotertio, Heraclius Imperator duodecima Calendarum Maij ingressus est Persidem, eamq; ferro & igni vastauit, Cosroën Persarum regem in fugam coniecit, Thebarmam insignem Persiæ vrbem, in qua ignis templum erat incendit, & persecutus est Cosroën vsq; ad angustias regionis Medorum. Aonal.

11

623

17 17 AG

—Anno secundo Alhigeræ, 13. die mensis Romadam, qui respondet 9. die Martij, feria sexta, MAHOMET primum certamen inijt propè Mecham. Chron. Alcorano adiunctum.

4591

ARIO-

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—ARIOALDVS sextus Longobardorum rex, annis 12. Onuph.

12 —Eodem hoc anno 14. sui imperij, Heraclius Imperator Sarrablagam & Sarbaram duces Persarum vicit. Annal.

624

18 18 F

4592

13 —Decimoquinto anno sui imperij Heraclius Imperator denuo Sarbaram Persarum ducem superauit memorabili pugna. Ipse enim Imperator Persam giganteum in ponte occidit, omnesq; barbaros, à quibus ex rubris ocreis agnoscebatur, terga vertere coëgit. Annal.

625

19 19 E

4593

14 —Anno 16. Imperij Heraclij, Theodorus frater Imperatoris Heraclij, cum exercitu aduersus Sathin Persarum ducem mittitur, eumq; superat auxiliante Deo. Grando enim miræ magnitudinis de cœlo decidens plurimos Barbarorum perculit. Annal.

626

1 20 D

4594

15 —Mense Septembri Heraclius Imperator vnà cum Turcis ingressus est Persidem, vnde Cosroës Persarum rex perturbatus incidit in Ectasin. Annal.

—Siroës rex Persarum anno vno. Func.

627

2 21 CB

4595

—Calendis Decembribus Imp. Heraclius 17. anno sui imperij transijt fluuium Zaban, & haud procul à Niniue insigni prælio vicit Razatem Persarum ducem, pridie Idus Decemb. Postea Niniuen

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Niniuen quoq; cepit. Cosroën autem Persarum regem in carcere fame necauit filius Siroës, qui paulò ante regnum inuaserat. Idem quoq; Siroës sanctam crucem & Zachariam Patriarcham Hierosolymitanum, Heraclio reddidit. Annal.

1

—Anno 18 sui imperij, Heraclius Imperator finito bello Persico, quod sex integros annos durauerat, septimo anno reuersus est Constantinopolim, & purpuratus aureo inuectus curru, non lauream manu, sed lignum crucis tenens, vrbem ingressus est. Annal. & Pomp. Læt.

628

3 22 A

—Adhelyr rex Persarum menses 7. Funct.

4596

—Anno 19. sui imperij in initio Veris Imp. Heraclius profectus est Hierosolymam, preciosum illûc lignum crucis reportans. Annal. lib. 18.

—Sarbaras Persarum rex mensibus 6. Funct.

2

629

4 23 G

—Bornarim Cosrois filius, Rex Persarum suffectus Sarbaræ, regnat menses 7. Funct.

—ALDOARdus Feltronis princeps, recepit Principatũ Æstensem ab Arioaldo siue Ariualdo Longobardorum rege. Ioh. Bapt. Pig.

4597

—SIGISBERTVS Orientalium Anglorum rex, Cantabrigiæ in Anglia publicam Academiam instituit. Georg. Tilius.

3

—Hormisda rex Persarum vsq; ad 30. annum Heraclij, annis 10. inquit Funct. Regnauit hic Hormisda in Persia 20. anno Heraclij. Eodem hoc anno quoq; Heraclius Imperator instinctu Athanasij Patriarchæ Iacobitarum lapsus est in hæresin Monothelitarum. Annal.

630

5 24 F

4598

—Anno 631 Indict. 4. DAGOBERTVS Lothario patri in regno Francorum succesit. Regnauit annis 14. Trith. Mais.

4

631

6 25 ED

4599

Anno

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Anno 22. imperij Heraclii, Persæ insurrexerunt inuicem, & se mutuò debellarunt. Per idem quoq; tempus, Rex Indotum misit munera congratulatoria Heraclio, de Victoria Persarum margaritas & lapides preciosos. Annal. Eodem hoc anno MAHOMET extinctus est, vndecimo anno Alhigeræ, ætatis suæ anno 63. die 12. mensis Rabe, qui cohæret cum 8. die Iunii, fuitq; dies Lunæ. Succeßit illi Abubachar, qui regnauit annos duos cum semisse. Cedren. Chron. Saracen.

Indict. 5

632 — ☽ 7 — ☉ 26 — C

4600

Anno 23. imperii Heraclii Ebubezer siue Abubachar secundus Amiras Saracenorum, cepit totam regionem Gazæ. Eodem anno Terræmotus in Palestina est factus, signumq; in cœlo visum gladii formam habens, extentum à Mesembria vsq; ad Arcturum, per integros dies 30. Annal.

Indict. 6

633 — ☽ 8 — ☉ 27 — B

4601

Abubachar secundus Amiras Saracenorum moritur, anno 24. Heraclii. Cedren. Succedit Haumar anno Alhigeræ 13. & mense 3. ac die 13. Regnauit annos 10. menses 6. minus vna die, Chron. Saracen. Hic Bostram Arabiæ vrbem vna cum aliis ciuitatibus cepit, & duces Heraclii prælio vicit. Heraclius igitur desperatis rebus, derelicta Syria lignum sanctæ crucis Constantinopolim transfert. Annal.

Indict. 7

634 — ☽ 9 — ☉ 28 — A

4602

25. anno imperii Heraclii, die 23. Augusti Romani denuò ab Arabibus superantur. Damascus quoq; statim capitur. Annal.

Indict. 8

4. Idus Octob. anno Christi 635. obiit Honorius pontifex Rom. vacat sedes menses 9. diem vnum, Onuph.

635 — ☽ 10 — ☉ 1 — GF

GONDELARDVS Æstensium princeps Maior Domus Galliæ, sub rege Dagoberto. Iohan. Bapt. Pig.

4603

Rotharis

Mundi. | Christi. | Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—ROTHARIS Harodus Longobardorum Rex VII. in Italia annis 15. menses 4. Onuph.

—3. Cal. Augusti SEVERINVS Romanus, electus est in pontificem Rom. & sedit annos 2. dies 4. Onuph.

9 —Anno 26. imperii Heraclii, Sophronius Hierosol. Patriarcha, acerrimus hostis Monothelitarum, in vrbe Hierosolyma integro biennio à Saracenis obsidetur. Annal.

636

11 2 E

4604 —Anno 27. Heraclij, Hyaidus Ozroënæ rex pactum cum Iohanne præfecto fecit, quod Imperator Heraclius scindens, Iohannem relegauit. Annal.

10 —OSVALDVS IIII. Edelfredi filius X. Northumbriæ in Anglia rex, ab Ida, admodum pius & doctus, regnauit annis 9.

637

12 3 D

4605

—Sophronius Hierosolymorum Patriarcha, vrbem Hierosolymam post biennalem obsidionem Saracenis tradit, & paulò post ex mœrore moritur. Haumar Supremus princeps Saracenorum ex templo Salomonis blasphemiæ suæ oratorium fecit. Facta hæc sunt anno Christi 638. Sigeb. Dresch.

11 4. Non. Aug. anno 638. obijt Seuerinus pontifex Rom. vacauit sedes menses 4. dies 21. Onuph.

—Arabes Antiochiam ceperunt 28. anno Heraclij. Annal.

638

13 4 C

4606 —9. Cal. Ianuarij, electus est pontifex Romanorum IOANNES Quartus Dalmata, qui sedit annum vnum, menses 9. dies 19. Onuph.

—Hyaidus Ozroënæ Rex Mesopotamiam Romanis adimit, anno 29. imperij Heraclij. Annal.

12

639

14 5 BA

4607

Hauma-

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Haumarus Saracenorum supremus princeps, censum fecit per omnes suas ditiones anno 30. Heraclij. Cædren.

—Arabes siue Saraceni Hormisda rege Persarum pulso Persidem possederunt. Et Sisibutus Gothorum rex, reliquas Hispaniæ ciuitates à Romanis sustulit, anno Domini 640. Ab hoc igitur tempore Romanorum in Hispania Imperium defecit. Matt. Palm.

13

—4. Idus Octob. anno Christi 640. obijt Ioannes Quartus pontifex Romanus, vacauit sedes mensem vnum dies 14. Succesit THEODORVS Græcus 5. Cal. Decemb. qui sedit annos 6. menses 5. dies 18. Onuph.

640 — 15 6 G — 4608

—Mense Maio, anno Christi 641. Indict 14. Imp. Fl. Heraclius, 30. post consulatum suum anno obijt. Imperat deinde FL. HERACLIVS CONSTANTINVS eius filius menses 4. & dies aliquot. Onuph. Cedrenus autem scribit Heraclium mortuum die 11. Martij, quod cum 4. mensibus imperij Constantini quadrat

14

—Mense Augusto Imperator, Fl. Heraclius Constantinus veneno à nouerca Martina extinguitur, & succesit FL. HERACLIONAS, qui in Oriente cum matre MARTINA imperauit menses 2. & dies aliquot. Onuph.

641 — 16 7 F — 4609

Mense Octobri Imperator Heraclionas coactus abdicauit. Nam senatus eum cum matre cepit, & matri linguam præscidit, ne oratione populum concitaret. Filio nares præscisæ sunt, & missi in exilium in Cappadociam, vbi in carcere mortui sunt. Successit in Imperio volente senatu FL. HERACLIVS CONSTANS, qui Imperauit in Oriente annos 27. menses 8. dies 10. Onuph. Fuit hic constans, filius Constantini veneno necati, & nepos Heraclij senioris.

Imp. Cæs. Fl. Heraclius Constans Aug. Consul.

15

Aidanus Lindifarnensis Episcopus in Northumbria claret. Huic concionanti, quia parum Anglicè callebat, rex OSVALDVS interpres fuit, ita vt quod ille Scotico sermone proferret, hic suis Anglosaxonum lingua nunciaret.

642 — 17 8 E — 4610

—Theodorus Calliopa Octauus Italiæ Exarchus. Onuph.

—Hoc anno secundo Imperij Constantis, Haumar Saracenorum supremus dux cæpit ædificare templum Hierosolymæ, Annal. Constantinop. lib. 19.

1

643 — 18 9 DC

—Anno tertio imperij Constantis seditionem excitauit Valentinianus Patricius, qui tamen iussu Imperatoris Constantis mox occisus est, & populus ad beneuolentiam reductus, Annal.

Haumar

4611

Mundi. Christi. Indictionum.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

2

644
19 10
B

4612

—Haumar Saracenorum Amiras occisus est, anno Alhegiræ 24. Succeßit Odmen tertius Amiras, qui regnauit annos 12. minus vna die. Chron. Saracen.

—Cal. Febr. anno Christi 645. Indict. 3. obijt Dagobertus rex Francorum, anno regni sui 14. Succeßit eius filius CLODOVEVS, qui regnauit in Francia annis 17. Trith. Meyerus quoq; Dagobertum anno 645. obijsse scribit.

3

645
1 11
A

4613

—Gregorius quidam Africæ præfectus cum Afris rebellat Imperatori Constanti. Annal. lib. 19.

4

646
2 12
G

4614

—Procella ingens Constantinopolin & agros adiacentes vastauit, euulsis arboribus & herbis, anno sexto Constantis Imp. Annal.

—Pridie Idus Maij, anno 647. obijt Theodorus pontifex Rom. anno 5. post Consulatum imperatoris Constantis. Vacauit sedes menses 4. dies 4. Succeßit 14. Cal. Octob. MARTINVS Tudertinus Tuscus, qui sedit annos 6. mensem vnum, dies 26. Onuph.

5

647
3 13
FE

4615

Anno

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno ſeptimo Imperij Conſtantis, Muhauias, Saracenorum princeps, Scaphis mille Septingentis Cyprum inuaſit, Conſtantiam vrbem cum tota inſula cepit & exterminauit. Annal. lib. 19.

6

648

4 14 D

4616

—Idem Muhauias cum fruſtra oppugnaſſet Aradum petram ante Ioppen, Damaſcum reuerſus eſt ad hyberna. Annal. Ibidem.

—Aradus petra munita ante Ioppen, anno octauo Conſtantis duce Muhauia capitur, & inhabitabilis efficitur. Annal.

7

649

5 15 C

4617

—Anno nono Imperij Conſtantis, Buſur Arabes in Iſauriam duxit & occiſis multis, exercitum cum quinq; millibus captiuorum reduxit. Annal. lib. 19.

—Olympius cubicularius vrbis Conſtantinopolis, nonus Italiæ Exarchus. Onuph.

8 —Synodus Romæ congregata eſt Indict. 8. menſe Octobri in fine anni 9. Heraclij Conſtantis. Beda Marianus ſcribit hanc Synodum celebratam eſſe anno 10. Conſtantis menſe Octobri, quod eodem redit, intelligit enim initium decimi anni.

650

6 16 B

4618

—Imp. Conſtans anno imperij ſui decimo, fruſtra exercitum duxit aduerſus Faſagnatem Armeniorum patricium, qui ad Saracenos defecerat. Annal.

—RODOALDVS Octauus rex Longobardorum in Italia, annis 5. diebus 7. Onuph.

9

651

7 17 AG

4619

Anno

Mundi. Chriſti. Indict.

Mundi.	Christi. Cyclus ☽ Cyclus ☉	Indict.	
			Anno vndecimo Imperij Constantis cinerem pluit, vnde metus magnus Constantinopolin inuasit. Annal.
		10	
	652 (8, 18, F)		Theodorus Calliopa, iterum Italiæ Exarchus. Onuph.
4620			
			Auidius Arabum prætor Armeniam populatur, duodecimo anno Imperij Constantis, Annal.
		11	Pridie Idus Nouemb. anno Christi 653. obijt Martinus pontifex Rom. Vacauit sedes mens. 8. dies 28. Onuph.
	653 (9, 19, E)		
4621			
			Mense Martio, anno Christi 654. Indict. 12. Fl. Heraclius Constans Imp. filium suum Heraclium Constantinum Pogonatum Augustum appellauit, qui cum patre imperauit annos 5. mens. 4. & dies aliquot. Onuph.
		12	4. Idus Augusti, anno 654. electus est pontifex Rom. EVGENIVS Romanus, qui sedit annos 2. menses 9. dies 24. Onuph. Hic Eugenius Papa, primus carceres habere Episcopis mandauit, vt delicta clericorum contumacium in ijs plecterentur. Ita sensim ad se traxêre pontifices potestatem ciuilis gladij. Mandauit quoq; idem Eugenius, vt sacerdotum domicilia iuxta Ecclesias extruerentur. Monachis insuper præcepit, ne exirent monasteria sine superioris consensu. Volater.
	654 (10, 20, D)		
4622			
		13	
	655 (11, 21, CB)		
4623			

Halij

Mundi.	Christi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	Indict.	
				14	—Halij, Quartus Saracenorum Amiras, sublimatus fuit anno Alhegyræ 36. regnauit annis 4. mensib. 9. Chron. Saracen.
4624	656	12	22 A		—FL. ARIBERTVS Gondoaldi filius, Garibaldi Baioariorum reguli nepos, nonus Rex Longobardorum, regnauit annos 9. Onuph. Fuit hic Aribertus frater germanus Theodolindæ. Paul. Diac. —Imp. Constans, anno imperij sui 16. exercitum in Sclauiniam duxit, multos captiuos abduxit & subegit. Annal.
				15	—4. Nonas Iunij, anno Christi 657. mortuus est Eugenius Pontifex Rom. vacat sedes mensem vnum, dies 28. Succedi pridie Cal. Augusti VITALIANVS Volscus, qui sedit annos 14. menses 5. dies 28. Onuph.
4625	657	13	23 G		—Anno 17. imperij Constantis, Saraceni Romanis tributa paciscuntur, singulis diebus, mille numismata, & insuper equum & seruum. Annal.
				1	
4626	658	14	24 F		—Constans Imperator 18. anno imperij sui, Theodosium fratrem germanum dolo necat. Annal. lib. 19.
				2	—Mense Iulio, anno Christi 659. Indict. 2. anno 17. post consulatum Fl. Heraclij Constantis Aug. Tiberius Heraclius, & Fl. Heraclius, Constantis Augusti filij, nobilissimi Cæsares appellati, imperarunt in Oriente vna cum patre & fratre, annos plus minus 10. Onuph.
4627	659	15	25 ED		

Hoc

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Hoc tempore regiam ſedem in vrbe Damaſco habuit Muhauias Amiras Saracenorum, qui cum Hali ſupremo principe Saracenorum, de illo dignitatis gradu certauit.

3

660

16 26 C

4628

—20. anno imperij ſui, Conſtans ob fratris necem, & tyrannidem in pios Sacerdotes, omnibus ſuis exoſus, Romam petit. Annal.

—Menſe Romadam, anno Alhigeræ 40. dolo necatus eſt Halij Amiras Saracenorum. Succeſsit Alhatem, qui regnauit menſes 5. (4. legendum eſt) & dies 20. Chron. Saracen.

4

—Anno Alhigeræ 41. die 10. Almuharam, obijt Alhatem Amiras Saracenorum. Succeſsit ſextus Amiras Moauui, qui regnauit annos 19. menſes 6. minus vna die. Chron. Saracen. Idem hic Moauui appellatur Muhauias in annalibus Conſtantinop.

661

17 27 B

4629

—Anno Domini 662. Indict. 5. obijt Clodoueus rex Francorum. Succeſsit LOTHARIVS eius filius, qui regnauit annis 4. Trith. Maſs.

—21. anno imperij Conſtantis, Saraceni Romanorum fines ingreſsi & depopulati ſunt. Annal. Conſtantinop. lib. 19.

5

662

18 28 A

4630

—Anno 22. imperij Conſtantis, Ciliciæ pars à Saracenis direpta & ſpoliata eſt. Annal.

—Conſtans Imperator ſpoliata Roma, (plus enim ornamentorum paucisſimis diebus vrbi detraxit, quam barbari per multos annos) in Siciliam traiecit, vbi ſexto demum anno, in balneo perfuſus feruente aqua, Ab Andrea quodam Troili filio extinguitur. Annal. Conſtantinop. lib. 19. & Ioan. Bapt. Egnat.

6

663

19 1 GF

4631

—In initio Maij, anno Domini 664. Indict. 7. hora quaſi 10. diei, facta eſt ECLIPSIS SOLIS. Beda de temporum ratione, & Anglicæ hiſt. lib. 3. cap. 27. Hanc Eclipſin Venerabilis Beda ſe vidiſſe teſtatur. Cæterum hunc defectum Solis hoc anno, primo die Maij factum eſſe, calculo Aſtronomico probabimus, addita ipſa pictura.

7

664

1 2 E

4632

CALCV-

Mundi. Christi. Indict.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST ANNO DOMINI 664.

Qui habuit aureum numerum 19. Cyclum Solarem 1. Literas Dominicales G & F. Indict. Rom. 7.

Ab initio annorum Domini ad hunc defectum Solis, sunt completi anni Iuliani 663. menses 4. horæ 16. scrup. 17. Facta igitur est hæc Eclipsis anno 664. primo die Maii, horis post meridiem 4 scrup. 17. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ, Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex. part.		′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	14	47	46	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	16	15	41	
Solis simplicis	0	27	18	22	
Solis compositi	0	42	6	9	
Anomaliæ annuæ Solis	5	21	44	51	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	4	47	0	
Anomaliæ ☽	2	13	18	53	
Latitudinis ☽	4	38	43	21	
Ergo Præcessio vera æquinoctii	0	14	14	51	
Æquatio centri Solis addenda	0	6	54	56	Scrup. proport. 38′ 54″.
Anomalia Solis coæquata	5	28	39	47	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	6	22	

ERGO ☉ in ♉ 12 part. 39′ 35″.

	Sex. part.		′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	9	34	0	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	2	36	17	Scrup. proport. 0′ 32″.
Anomaliæ ☽ coæquata	2	15	55	10	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	3	40	20	

ERGO ☽ in ♉ 12 part. 39′ 53″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 4 sex. 35 part. 3′ 1″.

Caput draconis in ♉ 7 part. 56′ 52″. Abest ergo ☽ à capite draconis 5 part. 3′ 1″.

Latitudo igitur Lunæ vera Borealis crescens 26′ 22″.

Veri loci Solis ascensio recta 40 temp. 12′ 24″.

Ergo æquatio temporis propter inæqualitatum dierum naturalium addenda 15. scrup. vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum in Anglia iterum auferenda hora vna & scrup. 50.

Et propter Parallaxin longitudinis Lunæ à Sole addenda hora vna, scrup. 3.

ERGO Londinij in Anglia hic defectus Solis visus est, post meridiem horis 3. scrup. 45. Hoc est, cum ab exortu Solis essent completæ horæ decem, sicut & Beda annotauit.

Eleuatio poli Londinii in Anglia 52 part. 30′

Parallaxis longitudinis ☽ à Sole 35′ 6″.

Parallaxis latitudinis ☽ à Sole 28′ 22″.

Ergo latitudo ☽ apparens australis decrescens 2′ 0″.

Semidiameter Solis 15′ 50″.

Semidiameter Lunæ 17′ 18″.

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & Solis 33′ 8″.

Ablata visibili latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 31′ 8″.


Diameter Solis apparens 31′ 40″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 11. Scrup. 48.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 30′ 56″. Motus horarius Lunæ 33′ 29″.
Durauit ergo dimidius defectus 55. scrup. vnius horæ, Integer autem defectus horam vnam scrup. 51.
Latitudo Lunæ visibilis in initio Eclipsis australis decrescens 4′ 40″.
Latitudo Lunæ visibilis in fine Eclipsis Borealis crescens 0′ 40″.

Subijcio nunc picturam.



Post hanc Eclipsin, quam Venerabilis Beda in Anglia obseruauit, Saraceni aliquoties infesto exercitu ingressi sunt fines Romanorum.

Mundi.	Christi.	Indict.	
Cyclus ☽	Cyclus ☉		
			Busur exercitum in Romaniam ducit, & Thomaricus Episcopus Apamiæ moritur anno 24. imperij Constantis. Annal.
			GUNDEBERTUS Aribeti regis filius, cum fratre Partharitho, X. Longobard. Rex, anno vno, mensibus 3. Onuph.
		8	
	665 (2, 3, D)		
4633			Anno Domini 666. Indict. 9. obijt Lotharius rex Francorum, succesit frater eius THEODORVS, qui regnauit in Francia annum vnum non integrum. Trit.
			Anno 25. imperij Constantis Busur iterum exercitum in Romaniam duxit, & exterminauit partes Hexapoleos. Annal.
		9	
			GRIMOALDVS Arichis Beneuentani ducis filius, Gundeberto occiso, & Partharitho fugato, factus est XI. Rex Longobardorum in Italia, & regnauit annos 9. Onuph. cœpit anno Domini 666.
	666 (3, 4, C)		
4634	*Imp. Cæs. Fl. Heracl. Constantinus Pogonatus, Constantis Aug. filius hoc anno consulatum gessit.*		Anno 667. Indict. 10. regno priuatus est Theodoricus rex Francorum. Succesit frater eius CHILDERICVS qui in Francia regnauit 12. annis. Trit.
			Anno 26. imperij Constantis, Sapor prætor Armæniæ, genere Persa, tumultuatus est contra Constantem imperatorem, implorans auxilium Muhauiæ Amiræ Saracenorum. Sergius Magister militum, abscisis virilibus suspenditur. Gizid Muhauiæ filius Amorium Phrygiæ capit. Annal. Constantinop. lib. 19.
		10	
	667 (4, 5, BA)		
4635			Andreas legatus Constantis Imperatoris, Amorium Phrygiæ oppidum, tempore hyemis recepit, occisis quinq; millibus Arabum. Annal. ibidem.
		11	
	668 (5, 6, G)		
4636			

Idibus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

12

—Idibus Iulij, anno Domini 669. Indict. 12. Imp. Cæs. Fl. Constans Aug. occisus est, secundo anno post consulatum filij Constantini Pogonati Aug. Succeſsit illi idem hic filius FL. HERACLIVS CONSTANTINVS POGONATVS, Aug. vnà cum fratribus Tiberio & Flauio Heraclijs, annos 16. menses 7. & dies aliquot. Romanorum imperium gubernans. Onuph.

669

6 7 F

4637

—Mizizius occiso Fl. Constante tyrannidem in Sicilia arripuit, sed paulò post occisus est. Onuph.

13

—Anno secundo imperij Constantini Pogonati in horribili & maxima tempestate multi periclitati sunt, tam homines quàm bestiæ. Annal.

670

7 8 E

—Phadalas Arabum prætor hyemauit apud Cyzicum in Propontidis insula. Ibid.

4638

—Hoc anno tertio imperatoris Constantini Pogonati, Phadalas Arabum prætor hostili exercitu vastauit ditionem imperij Romani. Annal.

14

671

8 9 DC

4639

—6. Cal. Febr. anno 672. obijt Vitalianus Pontifex, quinto anno post consulatum Imp. Constantini Pogonati. Vacat sedes mens. 2. dies 27.

—10. Cal. Maij electus est ADEODATVS Pontifex. Rom. qui sedit annos 4. menses 2. dies 5. Onuph.

—Anno 672. Saraceni irrupêre in Siciliam, & Syracusis captis omniq; terra deuastata Alexandriam redierunt. Drechsl.

15

672

9 10 B

4640

Saraceni

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Saraceni in Thraciam exercitum ducunt. Annal.

—Saraceni Cyzicum capiunt anno quinto imperij Constantini Pogonati. Annal. Durauit hoc bellum annos septem.

1

673
10 11 A

4641

2

—Sexto anno imperij Constantini Pogonati Saraceni in Creta hyemabant. Annal.

674
11 12 G

4642

—GARIBALDVS mortuo Grimoaldo, XII. rex Longobardorum factus, regnat mens. 3. anno Domini 675.

3

—PARTARITVS XIII. rex Longobardorum in Italia, Ariberti regis filius, pulso Garibaldo regnat annos 18. Onuph.

675
12 13 FE

4643

—6. Cal. Iulij anno 676. mortuus est Adeodatus pontifex Rom. nono anno post consulatum Constantini Aug. Vacat sedes mens. 4. dies 6. Onuph.

4

—4. Nonas Nouemb. electus est pontifex DOMNVS Romanus qui sedit annos 2. menses 5. dies 10. Onuph.

676
13 14 D

4644

Anno

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Indict. 5 — Anno nono imperij Constantini Pogonati, cum Mardi Libanum occupassent, Muhauias Amiras Saracenorum coactus est pacem à Romanis petere. Arabes igitur auri librarum tria millia & quinquaginta viros singulis annis Romanis pacti sunt. Annal.

Christi 677 — 14 15 C

Mundi 4645

Indict. 6 — Decimo anno imperij Constantini Pogonati, factus est terræmotus per Mesopotamiam. Corruit Edessenæ ascensus & trullus Ecclesiæ. Annal. lib. 19.

Christi 678 — 15 16 B

Mundi 4646

— 3. Idus Aprilis anno Domini 679. obijt Domnus Pontifex. Vacat sedes menses 2. dies 25. Succedit Nonis Iulij AGATHO monachus, qui sedit annos 2, menses 6. dies 4. Onuph.

Indict. 7 — Childericus rex Francorum occisus est anno Domini 679. Indict. 7. Successit iterum THEODORICVS eius frater, ac regnauit annis 14. Trith. Meyer. Octauo eius anno electus est Cuno in Pontificem Romanum.

Christi 679 — 16 17 AG

Mundi 4647

Indict. 8 — Hoc anno 12. Constantini Pogonati siue Barbati, sexta Synodus οἰκυμενική, ab imperatore conuocata est Constantinopolim, in qua de contagijs Samosateni disputatum est à ducentis octoginta nouem patribus, & errores Monotheletarum damnati sunt. Annal.

Christi 680 — 17 18 F

— Anno Alhigeræ 60. mense Rageb, nono eius die vt videtur, mortuus

Mundi 4648

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

tuus est Moauui siue Muhauias, Successit Ezid, Septimus Amiras Saracenorum, qui fuit filius Muhauiæ, & regnauit annos 3. menses 8. dies 12. Chron. Saracen.

9

681

18 19 E

—10. Nouemb. die Dominica, Indict. 10. legati Agathonis Pontificis Romani, Constantinopolim ingressi sunt ad Concilium, à Constantino Imp. conuocatum. Marian.

4649

—4. Idus Ianuarij mortuus est Agatho Pontifex, anno 15. post consulatum Constantini Aug. Vacat sedes menses 7. diem 1. Onuph.

—HERIBERTVS Æstensium princeps probus ac pius, annis 12. Iohan. Bapt. Pig.

—Anno Domini 682. Indict. 10. Tiberius & Flauius Heraclij Nob. Cæss. coacti à Constantino Pogonato abdicarunt. Eodem anno Ti. Fl. Heraclius à Constantino Imperatore patre suo, Nobilissimus Cæs. appellatus est, & imperauit cum patre annis duobus. Onuph.

Pridie Idus Augusti anno 682. creatus est LEO Secundus, Siculus, Pontifex Rom. qui sedit menses 10. dies 17. Onuph.

10

—Fl. Cunibertus Ticini, rex Longobardorum à patre Partaritho appellatus est anno Domini 682. & regnauit cum patre annos 10. Onuph.

682

19 20 D

4650

—16. die Aprilis, Indict. 11. pontifice Leone, LVNA Vesperi post cœnam Domini cœpit obscurari, & sanguineum vultum præ se tulit vsq; ad Gallicinium. Cent. Eccl. 7. ex libro Paschasi. Huius calculus & pictura subijcitur.

—4. Cal. Iulij, anno 683. obijt Leo Pontifex, Indict. 11. anno 16. post consulatum Imp. Constantini Aug. Vacauit sedes menses vndecim, dies 22. Onuph.

11

683

1 21 CB

4651

CALCV-

Mundi. Christi. Indict.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO DOMINI 683.

Qui habuit aureum numerum 19. Cyclum Solarem 20. Literam Dominicalem D. Indict. Roman. 11.

Ab initio annorum Christi vsq; ad hanc Eclipsin, sunt completi anni Iuliani 682. menses 3. dies 15, horæ 23. scrup. 30. Facta igitur est Eclipsis, anno Christi 683. nocte illa quæ fuit inter diem Iouis & diem Veneris, videlicet inter 16. & 17. diem Aprilis, vel vt Astronomi loquuntur die 16. Aprilis, horis à meridie elapsis 11. scrup. 30. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ, Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	15	3	38	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	18	15	1	
Solis simplicis	0	11	57	15	
Solis compositi	0	27	0	54	
Anomaliæ annuæ Solis	5	6	15	39	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	57	11	8	
Anomaliæ ☽	3	59	11	15	
Latitudinis ☽	1	22	43	2	
Ergo Præcessio vera æquinoctii	0	14	35	11	
Æquatio centri Solis addenda	0	6	59	56	Scrup. proport. 37′ 55″.
Anomalia Solis coæquata	5	13	15	35	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	33	9	

ERGO ☉ in ♈ 28 part. 5′ 35″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	54	22	16	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	32	31	Scrup. proport. 0′ 12″.
Anomalia ☽ coæquata	3	57	38	44	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	4	22	3	

ERGO ☽ in ♎ 28 part. 5′ 37″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 27 part. 5′ 5″.

Caput draconis in ♉ 1 part. 0′ 32″. Cauda igitur draconis in ♏ 1 part. 0′ 32″.

Abfuit ergo Cauda draconis à ☽ 2 part. 54′ 55″.
Latitudo igitur Lunæ Borealis decrescens 15′ 15″.
Semidiameter Lunæ 17′ 5″.
Semidiameter vmbræ in eccentricitate media 47′ 10″. Variatio vmbræ auferenda 8″.
Ergo Semidiameter vmbræ coæquata 47′ 2″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 64′ 5″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 48′ 50″.
Diameter Lunæ apparens 34′ 6″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 17. Scrup. 12.

Differentia scrupulorum vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 29′ 59″.
Scrupula moræ dimidiatæ 26.
Scrupula autem incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 62.
Motus horarius Lunæ 32′ 39″.
Durauit ergo dimidia mora Lunæ in vmbra 48. scrup. vnius horæ, tota autem mora horam vnam scrup. 36.
Dimidius defectus durauit horam vnam scrup. 54. Integer autem defectus horas 3. scrup. 48.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 20′ 59″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 9′ 30″.

Ascensio

Aſcenſio recta veri loci Solis 26 temp. 5′ 18″.


Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda ſunt 11. ſcrupula, vnius horæ.

Et propter diuerſitatem meridianorum Romæ iterum ſubtrahenda ſunt 42. ſcrupula, vnius horæ.

Ergo Romæ hæc Eclipſis viſa eſt hora vndecima veſpertina integra hora ante mediam noctem.

Cœpit Luna deficere paulò poſt horam nonam veſpertinam, & tota Luna morata eſt in vmbra, ab hora decima vſq; ad gallicinium mediæ noctis. Finita tandem eſt Eclipſis hora prima poſt mediam noctem, duabus tantum horis ante gallicinium matutinum.

Sequitur nunc pictura.



Hanc Eclipſin ſecuta eſt mors LEONIS Secundi Pontificis Romani, qui ſeptuageſimo tertio die poſt horribile hoc deliquium, efflauit animam. Ezid quoq; Sarazenorum Amiras, Muhauiæ filius, paulò poſt extinctus eſt.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Imp. Cæſ. Fl. Heraclius Iuſtin. Aug. Cæſ. hoc anno.

12

—Anno Domini 684. Indict. 12. Ti. Fl. Heraclius Nobiliſſ. Cæſar obijt. Eodem tempore Fl. Heraclius Iuſtinianus à patre Fl. Heraclio Conſtantino Pogonato Aug. appellatus eſt Auguſtus, & imperauit cum patre annos plus minus 2. Onuph.

13. Cal. Iulij, anno Chriſti 684. electus eſt pontifex BENEDICTVS Secundus Romanus, qui ſedit menſes 10. dies 27. Onuph.

684 — 2 — 22 — A

—Habdalla tyrannidem exercente electus eſt poſt mortem Ezid, Maruan octauus Amiras Saracenorum, qui regnauit menſes 9.

4652

—Idibus Maij, anno Domini 685. obijt Benedictus ſecundus pontifex. Vacat ſedes menſes 2. dies 9. Succedit 8. Calend. Auguſti IOHANNES V. Antiochenus Syrus, qui ſedit annum vnum, dies 9. Onuph.

13

Hedimelech ſiue Habdimelech filius Maruanis, IX. Amiras Saracenorum annis 22. Funct.

685 — 3 — 23 — G

—Menſe Ianuario anno Domini 686. Indict. 14. Imp. Fl. Heraclius Conſtantinus Pogonatus ſiue barbatus mortuus eſt, imperat deinceps poſt conſulatum ſuum anno primo FL. HERACLIVS IVSTINIAnus eius filius in Oriente annos 10. Onuph. Primo anno imperij ſui cum Abimelecho Saracenorum rege pacem confirmauit. Cedren. Annal.

4653

4. Nonas Auguſti, anno Chriſti 686. mortuus eſt Iohannes V. Pontifex maximus, anno proximo poſt conſulatum Imp. Iuſtiniani. Vacat ſedes menſes 2. dies 16. Succedunt duo in Schiſmate creati, PETRVS Romanus & THEODORVS Romanus, qui poſt paucos dies exacti ſunt. Horum loco 14. Cal. Nouemb. eodem anno electus eſt CVNO Thrax, qui ſedit menſes 11. dies 3. Onuph.

14

686 — 4 — 24 — F

4654

—Fl. Ioannes Platon Italiæ Exarchus decimus. Onuph.

—S. KILIANVS natione Scotus, peragrata Anglia, Gallia, & Germaniæ parte, in Franconiam venit, ibiq; Euangelium prædicauit, ac primus Epiſcopus VVurceburgenſis à Papa Cunone conſtitutus eſt.

—11. Cal. Octob. anno Chriſti 687. obijt Cuno Pontifex Max. ſecundo anno poſt conſulatum Iuſtiniani Aug. Vacauit ſedes menſes 2. dies 25. Succedunt in Schiſmate THEODORVS Romanus, & PASCHALIS Romanus, quibus pulſis ſubſtituitur 16. Cal. Ianuarij SERGIVS Syrus, qui ſedit annos 13. menſes 8. dies 23. Onuph.

15

687 — 5 — 25 — ED

4655

—Imperator Iuſtinianus anno tertio ſui imperij Sclauinos & Bulgares bello petit: Victis Sclauinis, à Bulgaribus fugatur, vix fuga vitam Saluans. Eodem hoc anno Habdalla Sarazenorum tyrannus, emiſit fratrem ſuum Muſabum contra Muctarem Pſeudoprophetam & tyrannum qui Perſidem occupauerat. Et interfectus quidem eſt Muctar Pſeudopropheta. Mox tamen Habdimelech Saracenorum ſupremus Amiras, Victo & occiſo Muſabo, totam ſubiugauit Perſidem. Annal.

1

688 — 6 — 26 — C

4656

S. KILIA-

Mundi. Chriſti. Indict.

Mundi.	Christi.	Indict.	
			S. KILIANVS Scotus in Francia Orientali Euangelium prædicauit.
		2	
	689 ☽ 7 ☉ 27 B		
4657			Iustiniani anno 5. Habdimelech Saracenorum supremus Amiras, subacta Mesopotamia & Armenia, intestinorum bellorum finem fecit. Annal.
		3	
	690 ☽ 8 ☉ 28 A		
4658			Sexto anno imperij sui Iustinianus pacem quam cum Habdimelecho Saracenorum rege antea firmauerat, ex amentia iterum soluit, Cyprium populum in continentem educere volens, quorum magna pars submersa est, reliqui in Insulam Cyprum reuersi sunt. Annal.
		4	
	691 ☽ 9 ☉ 1 GF		
4659			Imperator Iustinianus septimo anno imperij sui, Sclauinorum auxilio Saracenos aggreditur, sed proditione Sclauinorum apud Sebastopolim vincitur. Annal.
		5	
	692 ☽ 10 ☉ 2 E		CVNIBERTVS XIIII. Longobardorum rex in Italia regnauit
4660			

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

gnauit post patrem Partharitum annos 12. Incepit anno Christi 693. Onuph.

—Victo Iustiniano Sabbis patricius Armeniam minorem Arabibus tradit, anno octauo Imperij Iustiniani. Annal.

6 —Anno Christi 693. Indict. 6. obijt Theodoricus rex Francorum, successit eius filius CLODOVEVS, qui regnauit annis 4. Trith. Sigebertus scribit initium eius regni incidisse in annum Christi 694. eò quod primus annus regni eius pro maiore parte in illo continetur.

693
11 5
D

4661

—ERNESTVS Æstensium princeps bellicosissimus annis 58. Ioh. Bapt. Pig.

7

694 —VENERABILIS BEDA Presbyter, latinaq; lingua eruditus in Anglia clarus habetur.
12 4
C

4662

8

695
13 5
BA

4663

—Mense Iulio, anno 696. Indict. 9. Fl. Iustinianus Aug. vndecimo anno post suum consulatum præcisis naribus coactus abdicauit. Imperium Orientis FL. LEONTIVS Aug. accepit, qui imperauit annos 3, menses diesq; aliquot. Onuph.

9

696
14 6
G

4664 Imp.

Anno

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽	Cyclus ☉	Mundi.	Christi.	Indict.	
			Cos. Fl. Leontius Aug. Cos.		—Anno Christi 697. Indict. 10. obijt Clodoueus rex Francorum, succeſsit frater eius CHILDEBERTVS annis 18. Trit. Mais.
				10	
15	7 F	4665	697		
				11	—Anno 3. Leontij Imperatoris, Arabes expeditione facta Africam cœperunt. Cedren. Abimelech Saracenorum rex, Africam inuadens, non diu victoria gauiſus eſt. Drechsl.
16	8 E	4666	698		
				12	—A. D. . . . . Auguſti, anno Chriſti, 699. Indictione 12. ſecundo anno poſt conſulatum ſuum. Fl. Leontius Imperator truncatis naribus in monaſterium includitur. Succeſsit FL. TIBERIVS APSIMARVS, qui regnauit in Oriente annos plus minus ſeptem in Cæſarea dignitate. Onuph.
17	9 DC	4667	699		
			Imp. Fl. Tiberius Apsimarus Cos.	13	—Anno Chriſti 700. Romani Syriam inuadunt, ad Samaſatam vſq; omnia diripiunt, & cedunt Arabum 20000. anno ſecundo Abſimari. Annal. Conſt. lib. 20. & Drechsl. S. KILIANVS primus Epiſcopus VVurceburgenſis, circa eadem hæc tempora, iuſſu Geilanæ Gosberti principis coniugis noctu trucidatus eſt.
18	10 B	4668	700		6. Idus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

14

—6. Idus Septemb. anno 701. obijt Sergius Pontifex Romanus, anno proximo post consulatum Imp. Apsimari. Vacat sedes mensem vnum, & dies 18. Succedit Cal. Nouemb. IOANNES VI. qui sedit annos 3. Mens. 2. dies 13.

701

19 11 A

4669

—Theophilactus Patricius V. C. Vndecimus Italiæ Exarchus. Onuph.

15

—Philippicus Bardanes Cephaloniam in exilium missus est, quod caput in somnis aquila protectum se vidisse diceret. Annal. lib. 20.

702

1 12 G

4670

—Armenia à Romanis recepta, mox iterum subacta est à Muhamad Saracenorum duce. Annal. Per idem tempus Azar cum decem millibus Saracenorum Ciliciam inuasit, cui cum obuiam occurrisset Heraclius frater Imperatoris Apsimari, plurimos eorum occidit, residuos verò vinctos transmisit imperatori. Annal. ibidem.

1

703

2 13 FE

4671

2

704

3 14 D

4672

—Idibus Ianuarij, anno Christi 705. Indictione 3. obijt Ioannes Sextus Pontifex Romanus. Vacat sedes mensem vnum, dies 18. Succedit Cal. Martij IOANNES VII. qui sedit annos 2. menses 7. dies 17. Onuph.

Mundi. Christi. In dict.

LVITH-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

3 —LVITHBERTVS Cuniberti filius, anno 705. decimusquintus rex Longobardorum, regnat in Italia menses 8. Onuph.

705 4 15 C

4673

—RAGVMBERTVS, Gundeberti regis filius XVI. rex Longob. regnat in Italia anno Christi 706. mens. 3. Onuph.

—Cal. Augusti anno Christi 706. Indictione 4. occisus est Apsimarus Imperator, & recepit imperium FL. HERACLIVS IVSTINIANVS, qui regnauit in Oriente annos 6, & dies aliquot. Onuph.

4 ARIBERTVS Iunior, XVII. rex Longob. regnauit annos 12. Successit patri Ragunberto anno Christi 706. Onuph.

706 5 16 B

4674

Imp. Fl. Heraclius Iustin. Cos. II

—Vlid decimus Saracenorum Amiras, regnat annos 9. Funct.

—Tiberius Heraclius Constantinus à patre Heraclio Iustiniano Nobilissimus Cæsar appellatus est anno Christi 707. & imperauit cum patre annos plus minus 6. Onuph.

5

707 6 17 AG

4675

—15. Cal. Nouemb. anno 707. Indictione 6. mortuus est Ioannes VII. pontifex Rom. Fl. Iustiniano Aug. iterum Consule, vacat sedes dies 6. Succedit 12. Cal Nouemb. SISINIVS Antiochenus, qui sedit dies 20. obijt 8. Idus Nouembris. Vacat sedes mensem vnum dies 16. Succedit 10. Cal. Ianuarij CONSTANTINVS Syrus Pontifex Max. qui sedit annos 7. mensem vnum, dies 20. Onuph.

6

708 7 18 F

4676

Theodo-

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

7 —Theodorus & Theophylactus duces Imp. Iustiniani, à Musalmo Saraceno tempore hyemis victi & fugati sunt ad Tyrannium, anno Imperij Iustiniani quarto. Annal.

709
8 19
E

—Ioannes Tizocopus V. C. duodecimus Italiæ Exarchus, Onuph.

4677

—Anno Christi 710. Saraceni ex Libya nauigantes primum pedem intulerunt Hispaniæ, vastantes Tarraconensem Beticam & Lusitaniam. Drechsl.

8 —Abas Saracenorum dux Romaniam inuadens anno quinto Imperij Iustiniani, magnam captiuorum multitudinem abduxit. Annal.

710
9 20
D

4678

9 —Anno sexto Imperij sui Iustinianus duabus classibus Chersonam inuasit, crudelissimè sæuiens, septemb. enim ex primoribus Chersonæ in verubus igneis sunt assati. Mense octobri Iustinianus Imperator singulari pæna diuina septuaginta millia bellatorum naufragio amisit. Annal.

711
10 21
CB

4679

10 —Idibus Augusti, anno Christi, 712. Indictione 10. quinto anno post secundum suum consulatum, Imperator Iustinianus cum filio suo Tiberio occisus est. Succesit FL. PHILIPPICVS BARDANES, qui Imperauit in oriente annos 2. menses 9. dies 7. Onuph.

712
11 22
A

Imp.

Philip-

4680

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

Fl. Philippic. Bardanes Cos.

—Philippicus Imperator deleuit imagines in templis,& oppugnauit decreta sextæ Synodi, defendens Monotheletas. Annal.

11

713

12 23 G

4681

—Anno secundo Imperij Philippici, Abas Saracenorum dux, cepit Antiochiam Pisidiæ. Annal.

12

714

13 24 F

—Scholasticus Patricius XIII. Italiæ Exarchus. Onuph.

—3. Idus Febr. anno Christi 715. Indict. 13. obijt Constantinus Syrus Pontifex Max. Vacauit sedes, m. 1. d. 11. Plat. Successit GREGORIVS Secundus, 11. Cal. Aprilis, qui sedit annos 15. mens. 10. dies 21. Onuph. Eodem hoc anno Indict. 13. obijt Childebertus rex Franc. successit eius filius CLODOVEVS DAGOBERTVS annis 4. & dimidio Trith. Sigeb. Ad diem 13. Cal. Iulij, anno Christi 715. Indict. 13. Imp. Philippicus coactus abdicauit. Successit 12. Cal. Iulij. FL. ARTEMIVS ANASTASIVS Aug. qui imperauit in Oriente annum vnum mens. 3. Onuph.

4682

13

715

14 25 ED

Imp. Fl. Artemius Anastasius Cos.

4683

—Zulzimin siue Soliman XI. Amiras Saracenorum annis 3. Funct.

—14. Cal. Septemb. anno Domini 716. Indict. 14. Imperator Anastasius coactus abdicauit. Successit FL. THEODOSIVS Adramittenus, qui in Oriente Imperauit menses 7. dies 6. Onuph.

14

716

15 26 C

8. Cal.

4684

Imp

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ | Cyclus ⊙

Fl. Theodosius Cos. & Cal. April. Fl. Leo. Conō Cos.

15

717 | 16 27 B | 4685

—8. Cal. Aprilis, anno Domini 717. Indict. 15. Imp. Theodosius coactus Imperio abdicauit, successit FL. LEO CONON ISAVRVS, qui in oriente imperauit annos 24. menses 2. dies 25. Onuph.

—ASPRANDVS XVIII. rex Longobard. anno Christi 718. regnauit menses. 3. Onuph.

—13. Cal. Aprilis anno Christi 718. Dominica Palmarum, factum est prælium vinciacense in Cameracensibus, quo victor Carolus Martellus Chilpericum regem, ac Manfredum magistrum equitum Luteciam vsq; insecutus est Meyr. Scafnab. Sigeb. Eodem anno Saraceni Asiatici Constantinopolim appulêre & eam mari terraq; acriter oppugnarunt. Drechsl.

1

LVITHPRANDVS XIX. rex Longobard. in Italia, anno Domini 718. regnauit annos 25. mens. 7. Onuph.

718 | 17 28 A | 4686

Basilius Tiberius Onomagulus tyrannidem in Sicilia arripiens, Imperauit menses aliquot anno Christi 718. contra Leonem Imperatorem orientis, sed eodem anno occisus est Onuph.

Haumar siue Vmar XII. Amiras Saracenorum annis 2. mens. 4. Funct. Cedren.

2

—Anno Christi 719. Indict. 2. obijt Clodoueus rex Francorum, anno regni sui quarto. Successit frater eius LOTHARIVS, qui regnauit 7. annis. Trit. Contra hunc in Neustria rex creatus est Daniel, Sacerdos quidam, qui se Chilpericum nominauit. Hic contra Lotharium hunc, & Theodoricum eius nepotem regnauit 8. annis Trith.

719 | 18 1 GF | 4687

—11. Cal. Maij, anno Domini 720. Indict. 3. tertio anno post consulatum Imp. Leonis Fl. Constantinus Copronymus, à Leone patre Augustus appellatus est, Imperauit cum patre annos 21. menses 2. Onuph. Annal. lib. 21.

3

720 | 19 2 E | 4688

—Vmar cum Saracenorum Amiras fuisset annos 2. menses 4. obijt

Mundi. | Christi | Indict.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

obijt quarto anno Leonis, & succeßit ei Izedus, qui & Gezid ab alijs vocatur, hic regnauit annis 4. Cedren. Funct. Eodem hoc anno.

4 — Anno 721. Abdimarus Saracenorum Africanorum dux, Burdegalam Galliæ vrbem vi captam diripuit, & in Pictauos mouens, à Carolo Martello repressus est. Abdimaro autem occiso, Saraceni aliquantulum ab armis quieuerunt. Drechsl.

721
1 3 D
4689

— Leo Imp. Iudæos & Montanos ad baptisma suscipiendum coegit, qui baptisati ad vomitum redierunt, Montani seipsos cremarunt. Annal. lib. 21.

5

722
2 4 C
4690

— Iudæus quidam Saracenorum regem Gicid, falsa promißione ad imaginum destructionem inflectit. Dixit enim si imagines in Ecclesijs christianorum deponeret, eum regnaturum annis quadraginta. Sed paulò post edictum de destructione imaginum idem Gizid Saracenorum rex extinctus est. Annal. lib. 21.

6

723
3 5 BA
4691

— Leo Imperator Iconomachus, id est, imaginum oppugnator factus, magnas turbas excitauit. Annal. Ibidem.

7

— Euelid, Gizidis filius, XII. Amiras Saracenorum annis 18. Funct. Cedrenus Isamum vacat. cæpit regnare 8. anno Leonis Imp. Annal. lib. 21.

724
4 6 G
4692

Paulus

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Paulus Patricius XIIII. Italiæ Exarchus. Onuph.

—Gregorius papa, Imperatori Leoni tributa Romanæ vrbis & Italiæ dare recusauit, eo quod imagines Ecclesiarum tolleret. Annal.

8

725 | 5 7 F

—Anno Christi 726. obijt Lotharius rex Franc. Successit THEODORICVS CALA, eius nepos ex Clodoueo siue Dagoberto fratre, qui regnauit 15. annis. Trith. Mass.

4693

—Noua insula quæ sacra dicitur inter Theram & Therasiam enata. Eodem tempore contigit tumultus & seditio maxima Constantinopoli, ob imaginum euersionem. Annal.

9

726 | 6 8 E

4694

—14. Cal. Maij, anno 727. Agallianus ciuile bellum contra Leonem mouens, prælio victus, & mari suffocatus est. Onuph.

10 —Eutychius XV. Italiæ Exarchus. Onuph.

727 | 7 9 DC

4695

—Anno 12. Imperij Leonis Cazari aduersus Arabes exercitum ducunt, Gradacum Arabum prætorem cum ingenti multitudine militum in Arabia trucidant. Annal. lib. 21.

11

728 | 8 10 B

4696

Cazari

Mundi. Christi. Indict.

Mundi.	Christi. Cyclus ☽ Cyclus ☉	Indict.	
			—Cazari duce Masalma exercitum contra Turços mouent, & ab eis fugantur, anno 13. Imperij Leonis.
		12	—Germanus patriarcha Constantinopolitanæ Ecclesiæ, episcopatu se abdicat, & sufficitur ei Anastasius Imperatoris Leonis adulator. Annal.
	729 9 11 A		
4697			
			—Decimoquarto anno Imperij Leonis, in Cappadociam ingentes copias duxit Masalmas, & per insidias cepit Cursianum Castrum, Annal.
		13	
	730 10 12 G		
4698			—2. Idus Februarij, anno Domini 731. Indict. 14. Obijt Gregorius secundus Pontifex Max. anno 14. post consulatum Imp. Leonis Isauri. Vacat sedes mensem vnum dies 5. Succedit 14. Cal. April. GREGORIVS III. qui sedit annos 10. menses 8. dies. 10. Onuph.
		14	
	731 11 13 FE		—S. BONIFACIVS Germanorum Euangelista claret.
4699			
			—Decimo sexto anno Imperij sui Leo Imperator, Constantino filio suo matrimonio sociauit EIRENEN Cazarorum regis filiam. Annal. lib. 21.
		15	
	732 12 14 D		
4700			

Decimo

Mundi.	Christi. (Cyclus ☽ Cyclus ☉)	Indictionum.	
			Decimoseptimo Imperij Leonis anno horribilis lues afflixit Syriam. Annal.
		1	
4701	733 — 13 15 C		
			Pridie Cal. Iunij moritur Venerabilis BEDA Monachus & presbyter Cœnobij sanctorum Petri & Pauli in Anglia, insignis Theologus, anno ætatis 72. Iohan. Maior. lib. 2.
		2	
4702	734 — 14 16 B		Eodem hoc 18. anno Imp. Leonis cælum arsit, & Muhauias Saracenorum regis filius Asiam depopulatus est. Annal.
			Decimonono Imp. Leonis anno Zulzimin Saracenorum dux frustra in Armeniam expeditionem fecit. Annal.
		3	
4703	735 — 15 17 AG		
		4	Zulzimin 20. anno Imp. Leonis, inter alios captiuos quos in Asia ceperat Pergamenũ quendam abduxit, qui Tiberium Imperatoris Iustiniani filium se esse mentitus est. Hunc Euelid Saracenorum rex in magno honore habuit. Vide annales Const. lib. 21.
4704	736 — 16 18 F		

Anno

Cyclus ☽ Cyclus ☉

5

—Anno Imp. Leonis 21. Zulzimin Saracenorum dux Siderum castrum cepit, & Eutychium Mariani Patricij filium duxit captiuum Annal.

737

17 19 E

4705

—Zulzimin 22. anno Imp. Leonis, cum Octoginta millibus in Asiam mouet amissis Melech & Bathal ducibus cum copijs 20000. inglorius recessit. Annal.

6

738

18 20 D

4706

7

—7. Cal. Nouemb. horribili terræmotu Constantinopoli templa & monasteria corruerunt. Durauit hic terræmotus anno integro, Annal. Sed. Cedrenus rectius ad annum 24. Leonis, hunc tremorem terræ refert, nam & annales indictione 9. eum contigisse testantur.

739

19 21 CB

4707

8

—Ernestus Æstensium Princeps Luitprandum Longobardorum regem acerrimo prælio vicit.

740

1 22 A

—26. die Octob. anno 24. Leonis Isauri Imp. feria 4. hora 8. Indict. 9. terribilis terræmotus fuit Constantinopoli, & in circumsitis locis, qui durauit menses vndecim. Cedren.

4708

14. Cal.

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

14. Cal. Iulij, anno Chriſti 741. Indict. 9. Fl. Leo Conon Imp. mortuus eſt, 24. anno poſt conſulatum ſuum. Succeſsit FL. CONSTANTINVS COPRONYMVS, qui imperauit in Oriente annos 35. menſes 2. dies 27. Contra hunc 5. Cal. Iulij tumultu populari Artabaſdus eodem hoc anno Auguſtus ſalutatus eſt Dorilai, qui imperauit annos 2. menſ. 4. dies. 7. Onuph. Eodem hoc anno Chriſti 741. Indict 9. menſe Iulio, obijt Theodoricus Cala rex Francorum, ſucceſsit filius eius CHILDERICVS, qui 9. annis regnauit. 10. Til. & Trith.

9

741

2 23 G

11. Cal. Nouemb. obijt Carolus Martellus. Ann. Meyer.

4. Cal. Decemb anno Chriſti 741. Indict. 10. obijt Gregorius III. Pontifex Max. Vacat ſedes dies 8. Succedit 8. Idus Decemb. ZACHARIAS Græcus, qui ſedit annos 10. menſes 3. dies nouem. Onuph.

4709

Imp. Cõſtantinus Copronymus. Cos.

10

Vualidus XV. Amiras Saracenorum regnat anno vno. Cedren.

742

3 24 F

4710

HILDEBRANDVS 30. Longobard. rex, viuente adhuc patre, coronatus regnauit poſt obitum patris menſibus 6.

11

Gizid eius nominis tertius, XVI. Amiras Saracenorum regnat anno vno Funct. Izidus Leipſus principatum apud Saracenos ſuſcipit, anno tertio Conſtantini Copronymi. Cedren.

743

4 25 ED

4. Nonas Nouemb. Artabaſdus captus & oculis priuatus eſt. Onuph.

4711

RACHIS Remmonis filius Dux Foroiulienſis, XXXI. rex Longobardorum anno 743. regnat annis 5. menſ. 6. Onuph.

12

Maruan eius nominis tertius, Amiras decimus ſeptimus Saracenorum annis 6. Funct. Maruanus anno quarto Conſtantini Copronymi fit princeps Saracenorum. Cedren.

744

5 26 C

✱ Cometes in Syria viſus eſt quarto anno Imp. Conſtantini Copronymi. Annal. lib. 22.

4712

Peſti-

Mundi. Christi. Indictionum.

Mundi.	Christi (Cyclus ☽ Cyclus ☉)	Indict.	
		13	
	745 6 27 B		Pestilentia in Græcia sæuijt per totam 14. Indictionem. Annal. Constantinop. lib 22.
4713			
		14	
	746 7 28 A		Anno sexto Constantini Mense Ianuario terræmotus Palæstinam & Hierosolymam afflixit. annal.
4714			
			Pestis Indict.. 15. Constantinopolin peruenit. Cruciculæ veluti ex oleo designatæ, in vestimentis apparuerunt. Ibidem.
		15	
	747 8 1 GF		
4715			
		1	
	748 9 2 E		
4716			Rachis

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Rachis rex Longobardorum, anno Christi 749. regno abdicauit, & Monasticæ vitæ se dedidit. Successit illi in regno frater eius AISTVLPHVS XXXII. Longobardorum rex, qui regnauit annos 7. Onuph.

2

—S. BONIFACIVS Germanorum Euangelista, natione Anglus, Archiepiscopus Moguntinus, Synodos in Germania coëgit.

749

10 3 D

4717

—Hoc anno nono Imperij Constantini Copronymi, Maruan Saracenorum rex à Maurophoris capitur. Annal.

—8. Idus Iunij anno Domini 750. Indict. 3. anno Octauo post consulatum Constantini Copronymi Aug. Leo à patre Constantino Augustus appellatus est, & imperauit cum patre annos 24. menses 3. dies 9. Onuph. Eodem hoc tempore, nono videlicet anno Imp. Constantini Copronymi, Maruamus Saracenorum & Arabum rex occiditur. Cedren. Succedit Muhamad, qui & Abubalas XVIII. Amiras Saracenorum, annis 5. Funct.

3

750

11 4 C

—Hoc anno Indict. 4. Rauenna à Longobardis capta, Exarchi in Italia esse desierunt.

4718

Anno Christi 751. Childericus rex Francorum regno priuatus ad monachatum coactus est. Creatus est in eius locum Cal. Maij PIPINVS BREVIS autoritate Zachariæ pontificis Romani, & regnauit annos 17. menses 4. dies 25. Onuph.

—8. Idus Iunij, anno Christi 751 Indict. 4. festo pentecostes inquit Cedrenus, coronatus est Fl. Leo Quartus, Copronymi filius post consulatum patris sui anno nono, & imperauit annos 29. menses 3. dies. 4. cum patre videlicet annos 24. menses 3. dies 9. Post patrem annos 4. menses 11. dies 26. Onuph.

4

751

12 5 BA

Idibus Martij, anno Christi 752. Indict. 5. obijt Zacharias pontifex Max. post consulatum Imp. Constantini anno decimo. Vacat sedes dies 9. Succedit 8. Cal. Aprilis STEPHANVS II. qui sedit dies 3. obijt enim 5. Cal. Aprilis. Succedit 4. Cal. Aprilis STEPHANVS III. qui sedit annos 5. dies 25. Onuph.

4719

Eodem hoc anno Domini 752. coronatus & consecratus est CAROLVS MAGNVS rex Francorum, cum patre PIPINO, & Carolomanno fratre, à Stephano Secundo pontifice maximo. Onuph.

—Ernestus Æstensium princeps occisus est ab Aistulpho Longobardorum rege, in expugnatione Rauennæ, anno Christi 752. Iohan. Bapt. Pig. HENRICVS Æstensium princeps annis. 28.

5

752

13 6 G

Duo-

4720

Mundi. Christi. Indictionum.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Duodecimo anno imperij sui, Constantinus Copronymus populum ad suum errorem flexit. Annal.

6

753

14 7 F

4721 Constantinus Copronymus impius imperator, Concilium contra imagines celebrauit Indictione septima, à 10. die Februarij, vsq; ad 8. diem Augusti. Annal. Constantinop. lib. 22. & Cedrenus. Initium huius Synodi incidit in annum imperij Constantini Copronymi decimum tertium, finis autem in annum decimum quartum.

7 HENRICVS Æstensium princeps biennio post patris obitum recuperauit Faenzam, Comacchionem & Ferrariam. Iohan. Bapt. Pig.

754

15 8 E

4722

Habdallas eius nominis secundus, XIX. rex Saracenorum annis 21. Funct. Cæpit hic Habdallas regnare anno decimo quarto imperij Constantini Copronymi. Annal. Constantinop. lib. 22.

8

755

16 9 DC

4723

DESIDERIVS trigesimus tertius & vltimus rex Longobardorum, anno Christi 756. Succelsit Aistulpho, qui in venatione apoplexia extinctus erat, & regnauit annis 18.

9

756

17 10 B

6. Cal.

4724

Mundi. Christi. Indict.

Mundi.	Cyclus ☽ / Cyclus ☉ / Christi.	Indict.	
		10	6. Cal. Maij, anno Domini 757. Indict. 10. obijt Stephanus Tertius Pontifex Max. decimo quinto anno post consulatum Fl. Constantini Aug. Vacat sedes dies 22. Succedit 8. Cal. Iunij PAVLVS ROMANVS, qui sedit in pontificatu annos 10. mensem vnum. Onuph.
4725	757 — 13 11 A		
		11	Habdallas Saracenorum rex Monachis etiam tributa imponit, anno imperij Constantini Copronymi, 17. Annal.
4726	758 — 19 12 G		Constantinus Copronymus anno imperij sui 18. Sclauinos penes Macedoniam subegit. Quidam ex Persis Maurophoris magicæ artis studiosi, persuasione diaboli nudi ascenderunt muros, cumq; in cœlum se volare arbitrarentur, præcipites se de muris deiecerunt. Annal.
		12	
4727	759 — 1 13 FE		Constantinus Copronymus 19. anno imperij sui à Bulgaribus victus, nobiles multos cum exercitibus amisit. Annal.
			✶ ✶ Anno 20. Constantini Cometa in Oriente 10. diebus effulsit, alius in Occidente diebus 21. Annal. lib. 22.
		13	ECLIPSIS SOLIS facta est, anno Constantini Copronymi Aug. vicesimo, decima octaua Calendas Septembris, feria 6. hora 10. Annal. Constantinop. lib 22. Cæterum hanc Eclipsin hoc anno & die factam esse calculo Astronomico sic probamus.
4728	760 — 2 14 D		

CALCV-

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST XX. ANNO IMPERATORIS CONSTANTINI COPRONYMI, *Anno Domini 760. Qui habuit aureum numerum 1. Cyclum Solarem 13. Literas Dominicales F E.*

Ab initio annorum Domini ad hanc Eclipsin, numerantur completi anni Iuliani 759. menses 7. dies 14, horæ 15. scrup. 30. Sub meridiano Regiomontano in Borussia.

Factum igitur est hoc deliquium Solis, anno Christi 760. die Veneris, 15. die Augusti, horis post meridiem 3. scrup. 30. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	8	23	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	26	21	45	
Solis simplicis	2	11	6	52	
Solis compositi	2	27	15	16	
Anomaliæ annuæ Solis	1	4	52	19	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	52	58	51	
Anomaliæ ☽	4	28	21	6	
Latitudinis ☽	1	14	30	57	
Ergo Præcessio vera æquinoctii	0	15	59	21	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	15	53	Scrup. proport. 35′ 48″.
Anomalia Solis coæquata	1	12	7	52	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	1	21	

ERGO ☉ in ♌ part. 25 4′ 52″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	45	57	42	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	3	46	59	Scrup. proport. 1′ 9″.
Anomalia ☽ coæquata	4	24	34	7	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	4	59	24	

ERGO ☽ in ♌ part. 25 4′ 28″.

Caput draconis in ♓ part. 5 34′ 7″. Cauda draconis igitur in ♍ part. 5 34′ 7″.

Abfuit ergo Cauda draconis à ☽ part. 10 29′ 39″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. part. 1 19 30′ 21″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 54′ 34″.

In Sexto climate Parallaxis longitudinis ☽ à Sole 14′ 0″.

Parallaxis autem latitudinis ☽ à Sole 39′ 12″.

Ergo latitudo ☽ apparens Borealis decrescens 15′ 22″.

Semidiameter Solis 16′ 8″.

Semidiameter Lunæ 15′ 23″.

Summa vtriusq; Semidiametri Solis & Lunæ 32′ 31″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum 17′ 9″.

Diameter Solis apparens 32′ 16″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 6. Scrup. 23.

Scrupula incidentiæ 28.

Motus horarius Lunæ 30′ 27″.

Durauit ergo dimidius defectus scrup. 55. vnius horæ, Integer autem defectus horam vnam scrup. 50.

temp.

Ascensio recta veri loci Solis 147 21' 57''.

Æquatio igitur temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 7. scrupula, vnius horæ.

Et propter Parallaxin longitudinis Lunæ à Sole addenda hora dimidia.


Fuit ergo Eclipsis maxima scrupulis 7. post quartam horam pomeridianam, cum Sol vltra dimidiam partem diamemetri deficeret in Græcia, quæ sub eodem cum Borussia sita est meridiano.

Cœpitq; Sol deficere paulò post horam tertiam pomeridianam, hoc est, decem completis horis ab exortu Solis, sicut & annales Constantinopolitanæ habent.

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 17' 46''.

Latitudo autem Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 12' 58''.

Subijcio nunc picturam.



Præceden-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Præcedentem Eclipsin secuta sunt bella & seditiones in Africa. Annal. Constantinopolitani lib. 22.

14

—21. anno imperij Constantini Copronymi, Casiotæ in Persia seditionem concitarunt aduersus Maurophoros. In hoc tumultu multi sunt occisi, quidam etiam patibulo affixi. Annales ibidem.

761

3 15 C

4729

—Festiuitate paschali Salimus Saracenorum princeps ingressus est Ecclesiam Catholicam, Episcopum Christianorum inde abduxit & conclusit in carcerem, mitigata tamen est tandem ita principis blandissimis verbis beati Anastasij. Eodem quoq; hoc anno Imperator Romanorum Constantinus Copronymus, Andream Calybitem memorabilem monachum, apud Blaternas in hippodromio sancti Mamæ flagris occidit. Annal.

15

762

4 16 B

—✳ Hoc anno 22. imperij Constantini Copronymi, visus est Cometa Docetes in Oriente, Annal.

4730

—Bulgares occisis principibus suis Zeletin ducem faciunt. Ibidem.

—Decima septima Calendas Iulij, exercitum eduxit Imp. Constantinus Copronymus in Thraciam. Et pridie Calendas Iulij, Indictione prima, feria quinta, hoc est, die Iouis, Bulgares graui prælio victi sunt ab imperatore Constantino Copronymo. Annal. Ibidem.

1

—Cal. Octob. factum est gelu amarissimum 23. anno imperij Constantini Copronymi. Annal.

763

—Zeletis à Bulgaribus occiditur, in eius locum eligitur Sabinus, qui cum ab imperatore Constantino Copronymo pacem peteret, facta est noua seditio, & coactus est Sabinus ad Imperatorem Constantinum fugere. Sufficitur ei Paganus. Annal.

5 17 AG

4731

—Mense Februario, Indict. 2. gelu in diuersas concisiones ascendit montium referens speciem. Annal.

—Anno 23. imperij Constantini Copronymi, Turci Caspias portas egressi, Armeniam depopulati sunt. Et mense Martio stellæ cadentes visæ sunt. Annal.

—Pridie Nonas Iunij, hora sexta diei, facta est ECLIPSIS SOLIS. Annonius lib. 4. cap. 66. Hanc Eclipsin hoc anno & die factam esse, calculo Astronomico sic probamus.

2

764

6 18 F

4732

CALCV-

Mundi. Christi. Indict.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS QVÆ FACTA EST ANNO DOMINI 764.

Qui habuit aureum numerum 5. Cyclum Solarem 17. Literas Dominicales A G.

Ab initio annorum Christi vsq; ad hanc Eclipsin sunt completi anni Iuliani 763. menses 5. dies 3. horæ 11. scrup. 7. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

Factum igitur est hoc deliquium Solis, anno Domini 764. quarto die Iunij, feria 2. hoc est, die Lunæ, post vndecimam horam antemeridianam scrupulis 7. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales. Sub eodem meridiano Regiomontano in Borussia.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	11	35	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	26	45	41	
Solis simplicis	0	59	56	40	
Solis compositi	1	16	8	14	
Anomaliæ annuæ Solis	5	53	40	29	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	3	42	11	
Anomaliæ Lunæ	0	53	13	39	
Latitudinis Lunæ	1	27	39	48	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	3	32	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	15	21	Scrup. proportionalia 33′ 36″.
Anomalia Solis coæquata	0	0	55	50	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	2	0	

ERGO ☉ in ♊ part. 15 58′ 12″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	55	15	5	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	2	1	26	Scrup. proportionalia 0′ 19″.
Anomalia Lunæ coæquata	0	55	15	5	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	3	52	4	

ERGO ☽ in ♊ part. 15 50′ 19″.

Adiecta Parallaxi longitudinis Lunæ à Sole 8′ 4″.

Luna cum Sole fuit in visibili coniunctione in ♊ part. 15 58′ 23″.

Caput draconis in ♐ part. 22 2′ 35″. Cauda draconis igitur in ♊ part. 22 2′ 35″.

Absuit igitur cauda draconis à Luna part. 6 12′ 16″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus Sex. 1 part. 23 47′ 44″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 32′ 23″.

Constantinopoli longitudinis Lunæ à Sole Parallaxis 8′ 4″.

Latitudinis Lunæ à Sole Parallaxis 20′ 10″.

Latitudo igitur Lunæ visibilis Borealis decrescens 12′ 13″.

Semidiameter Solis 15′ 44″.

Semidiameter Lunæ 15′ 29″.

Summa vtriusq; Semidiametri Solis & Lunæ 31′ 13″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, Scrupula reliqua de summa semidiametrorum 19′ 0″.


Diameter Solis apparens 31′ 28″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 7. Scrup. 15.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 29.
Motus horarius Lunæ 27′ 58″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, ſcrup. 2. Integer autem defectus horas 2. ſcrupula 4.
Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda 13. ſcrup. vnius horæ.
Et propter diuerſitatem meridianorum Conſtantinopoli addenda 37. ſcrup. vnius horæ.
Ergo Conſtantinopoli hic defectus Solis conſpectus eſt paulo ante meridiem, cœpitq́; Sol deficere horis ſex poſt Solis exortum. Et finita eſt Eclipſis hora prima pomeridiana.
Latitudo Lunæ in initio deliquij Borealis decreſcens 14′ 45″.
Latitudo autem Lunæ in fine Eclipſis itidem Borealis decreſcens 9′ 42″.

Sequitur nunc pictura.



Hanc Eclipſin eodem hoc anno Chriſti 764. tanta ſecuta eſt ſiccitas, vt etiam fontes exiccarentur, & anno ſequenti Turci denuo egreſsi ſunt ad Caſpias portas in Iberiam, vbi acerrimum prælium factum eſt inter Turcos & Arabes, in quo ab vtraq; parte multi occiſi ſunt. Annal. Conſtantinop. lib. 22.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Hoc anno 24. imperij Constantini Copronymi, commissa est acerrima pugna inter Turcos & Arabes, & ceciderunt ab vtraq; parte multi. Annal.

3

765

7 19

E

4733

12. Cal. Decemb. imperij sui anno 25. Indict. 4. Constantinus Copronymus iussit abijcere & prophanare reliquias Stephani protomartyris, Cumq; paulò pòst duodecima Calend. Febrarij eiusdem quartæ Indictionis educeret classem aduersus Bulgares, totam fermè amisit, propter vehementissimum flatum Aquilonis. Annal.

Tertio Cal. Septembris Constantinus Patriarcha in exilium eijcitur. Annal. Ibidem.

4

766

8 20

D

4734

4. Cal. Iulij, anno Domini 767. Indict. 5. die Dominico, obijt Paulus Pontifex Rom. Vacat sedes annum vnum, mensem vnum dies 8. (vsq; ad STEPHANVM QVARTVM. Interim eodem die mortis Pauli, in schismate successit CONSTANTINVS SECVNDVS, qui sedit annum vnum, mensem vnum dies 9. Et contra hunc THEOPHILACTVS Romanus, qui sedit annum vnum dies 24. & anno sequenti 768. pridie Nonas Augusti abdicauit. Onuph.

5

767

9 21

CB

4735

7. Idus Augusti, anno Domini 768. Constantinus Secundus Pontifex Rom. abdicauit, Successit STEPHANVS IIII. creatus eodem hoc anno Nonis Augusti, & consecratus 7. Idus Augusti, qui sedit annos 3. mens. 5. dies 27. Onuph.

6

8. Cal. Octob. anno Domini 768. obijt Pipinus rex Francorum. Meyr. Onuph. Eodem die cœpit regnare CAROLVS MAGNVS, cum fratre Carolomanno, regnauit Carolus Magnus annos 45. menses 4. dies 4. Carolomannus autem regnauit annos 3. mens. 2. dies 11. Onuph.

768

10 22

A

Imp.

4736

4. Nonas

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Fl. Leo Quartus Aug. Cos.

—4. Nonas Aprilis, anno Domini 769. Indict. 7. Imperatore Caes. FL. Leone 4. Consule, Fl. Nicephorus & Christophorus Nobiliss. Caesares, & Fl. Nicetas Nobiliss. Puer appellati sunt, & imperarunt cum patre & fratre annos 6. menses 5. dies 12. Onuph.

7 —Bellum Aquitanicum à CAROLO MAGNO inceptum.

769

11 23 G

—EIRENE Atheniensis mulier forma insignis 29. anno imperij Constantini Copronymi, eiusdem filio Leoni Augusto iuncta, 16. Cal. Ianuarias coronatur. Annal.

4737

8 —Monachi albis induti vestibus apud Ephesum coacti sunt monachas ducere, trigesimo anno imperij Constantini Copronymi, Ibidem.

770

12 24 F

—Indict. 9. mense Ianuario, natus est Leoni Augusto ex coniuge Eirene filius Constantinus. Annal.

4738

9

771

13 25 ED

4739

—Pridie Cal. Februarij, anno Domini 772. Indict. 10. obijt Stephanus Quartus Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 9. Successit 4. Idus Febr. HADRIANVS Romanus, qui sedit annos 23. menses 10. dies 17. Onuph.

—Hoc anno Domini 772. CAROLVS MAGNVS Francorum rex non longè ab Osnaburga Saxones vicit, & progressus cum exercitu, venit ad montem Martis, vulgo Mersburg, vbi subuertit idolum Armenseul. Albert. Crantz.

10 Bertholdus Saxonum dux, à suis ob rem malè gestam occiditur. Chron. Saxon.

772

14 26 C

4740

14. Cal.

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

14. Cal. Maij, Indict. 11. quarto anno post consulatum Imp. Cæs. Fl. Leonis Aug. Fl. Anthimus, Copronymi filius Nobilissimus Puer appellatus est. Imperauit cum patre & fratribus an-
11 nos 7. mens. 6. dies 3. Onuph.

Hoc anno cum Carolus Magnus occupatus esset expeditione Longobardica Saxones duce VVedekindo iniuriam prioris anni
773 vindicari volentes, mouerunt in Hassones „qui iam Francis paruerunt, & fortiter pugnauerunt ad oppidum FRISLARIAM. Cumq; insignem
15 27 B Ecclesiam eiusdem oppidi, quam Bonifacius Episcopus & martyr prædixerat incremabilem diu frustra tentassent incendere, visi sunt de cœ-
4741 lo duo iuuenes in albis vestibus, qui incendium restinguerunt, vnde territi Saxones aufugerunt. Albert. Crantz. in Saxonia lib. 2. cap. 10.

HENRIcus Æstensiũ Comes creatur à Carolo Magno. Ioh. Bapt. Pig.

12 Mense Maio DESIDERIVS vltimus rex Longobardorum prælio victus captus & in exilium missus est, à Carolo Magno Francorum rege. Sic Longobardorum regnum in Italia peruenit in potestatem Caroli Magni, anno postquam Longobardi Italiam occupauerant 206. mense primo. Onuph.

774 Eodem hoc anno Carolus Magnus rebus in Italia compositis, cum de Saxonum excursionibus certior factus esset, rediȷt in Germaniam cum
16 28 A quatuor agminibus, & tria quidem priora agmina pulsis & fugatis Saxonibus redierunt ad Carolum. Quartum autem agmen, cum neminem
4742 sese obiectantem haberet, spoliȷs onustum similiter ad regem in Ingelheim reuersum est. Crancius ibidem. Commissa est eodem hoc anno pugna ad montem, cui Sacellum postea diuini auxiliȷ impositum est, & condita eodem tempore à VVedekindo oppidum Sachsenhausen/ è regione FRANCOFORDIÆ ad Mœnum. Chron. Sax.

13 Hoc anno Carolus Magnus recepit arces Siborg & Eresborg iterum à Saxonibus communitas. Postea obsidione cinxit arcem Brunsberg ad Visurgim sitam. Crancius in Saxonia lib. 2. cap. 10.

775 18. Cal. Octobris, anno Domini 775. Indict. 13. Constantinus Copronymus Augustus mortuus est. Successit eius filius FL. LEO IIII. anno
17 1 GF post suum consulatum sexto, & imperauit in Oriente cum fratribus annos 4. menses 11. dies 26. Onuph.

Cum Carolus Magnus anno Christi 776. in Italiam esset reuocatus, Sa-
4743 xones frustra oppugnarunt arces Siborg & Mersborg in ripa Lupiæ, vbi duo sanguinea & flammantia scuta Saxones terruerunt. Cranc.

13. Cal. Maiȷ, anno Domini 776. Indict. 14. Septimo anno post consulatum patris sui Leonis quarti, Fl. Constantinus Septimus Porphyroge-
14 nitus Imperator Augustus & Fl. Eudocimus Copronymi filius Nobilissimus Puer, appellati sunt, & imperarunt cum patre ac fratribus annos 4. mens. 4. dies 26. Onuph.

Madiȷ, qui & Muhamad, XX. Amiras Saracenorum annis 9. Funct.

776 Carolus Magnus rebus in Italia pacatis in VVormaciam descendit, ibiq; renouatis viribus, in Saxoniam exercitum duxit, fixisq; castris sub-
18 2 E stitit ad Lupiam fluuium, vbi magna Saxonum multitudo sacro baptismatis fonte tincta est. Cranc.

4744 Anno hoc secundo imperiȷ Leonis Quarti, confugit Telericus Bulgariæ Dominus ad Imperatorem, qui fecit eum patricium, iungens illi vxoris suæ Eirenes consobrinam. Annal. Const. lib. 23.

Carolus Magnus Padeburnam profectus est, VVEDEKINDVS
15 autem, Angriuariorum dux Rex Saxonum, profugit ad regem Danorum Sigefridum, auxilium ex illo deposcens, soror enim Sigefridi GEVA, matrimonio erat iuncta VVedekindo. Interim
777 CarolusMagnus multos Saxones iussit baptizari. Angriam quoq;
19 3 D præcipuam arcem VVedekindi in potestatem suam redegit. Crancius in Saxonia lib. 2. cap. 11.
4745

Imp.

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mundi.	Christi.	Indict.	
			Imp. Leo 100000. exercitum in Syriam misit, qui commisso prælio ceciderunt ex Amiradib. quinq; & ex Arabibus sex millia virorum Annal. Constantinop. lib. 23. Facta hæc sunt anno imperij Leonis tertio.
		1	Carolus Magnus adhuc Padeburnæ erat, cum eum Saracenorum legati ex Hispania conuenirent, quos cum audisset, datis pro oportunitate temporis responsis iterum dimisit. Crancius.
4746	778 · 1 4 C · Imp. Cæs. Fl. Constantinus Septimus Leonis 4. Aug. f. Aug. Consul.	2	Hoc anno Carolus Magnus rex Francorum hostili exercitu ingressus est Hispaniam, Egolandum Saracenorum ducem prælio superauit, totam citeriorem Hispaniam vsq; ad Betim fluuium recepit. Paulò post copiæ Franciæ denuo a Saracenis circumuentæ magnam acceperunt cladem, in qua ROLANDVS filius Sororis Caroli Magni siti extinctus est, cum quidem inter præclara eius diei, qui fuit vltimus Maij, facinora, sua manu iugulasset Mausurium summum ducem exercitus Saracenici, Sed Carolus Magnus paulò post pulsis Saracenis toti Vasconiam & Pampiloniam recepit. Interim VVEDEKINDVS rex Saxonum, Danorum fultus auxilio, suos Saxones ad rebellionem concitauit. Cranc.
4747	779 · 2 5 BA		Carolus Magnus iterum deuictis Saxonibus Osnaburgensem fundauit Episcopatum anno Christi 780. citra Visurgin etiam alium in oppido, quod nominant Historici Selingstet, vnde post Septennium sedes Episcopalis translata est Osterwigum & inde Halberstadium. Eodem hoc anno Carolus Magnus etiam in Hartesberg destruxit Idolum Saxonum, cui nomen Crodo. Den Crodenteuffel Cranc. & Chron. Sax.
		3	7. Idus Septembris anno Domini 780. Indict. 3. mortuus est Imp. Leo quartus, Succesit eius filius FL. CONSTANTINVS VII. PORPHYROGENITVS, qui in Oriente cum Eirene matre imperauit annos 10. mens. 2. d. 2. Et solus postea annos 6. menses 9. dies 8. Onuph.
	780		13. Cal. Nouemb. Fl. Nicephorus, Christophorus, & Nicetas Nobilissimi Cæsares, & Fl. Anthimus, & Eudocimus Nobilissimi Pueri coacti ab Eirene Imperio abdicarunt. Onuph.
	3 6 G		Henricus Æltensium Comes occisus est in tumultu, insidijs Rugilandi præfecti Friulensis, anno Christi 780. BERENGARIVS Æltensium Comes & Teruisiæ Dominus annis 60. Iohan. Bapt. Pig.
4748			17. Cal. Maij, die Paschatis, anno Domini 781. Pipinus Caroli Magni filius, consecratus & coronatus est rex Italiæ, & Ludouicus pius eius frater rex Aquitaniæ. Regnauit Pipinus cum patre annos 29. mens. vnum, dies 23. Ludouicus pius regnauit & imperauit in vniuersum annos 59. mens. 2. dies 6. Onuph.
		4	Elpidius contra Imp. Constantinum VII. in Sicilia insurgens, paulò post occisus est anno Domini 781. Onuph.
	781		Carolus Magnus rex Francorum eodem hoc anno Christi 781. orationis gratia cum filijs Romam profectus est.
4749	4 7 F		Reuersus ex Italia Carolus Magnus, Magdeburgi subuertit Idolum veneris, & subactis Ostphalis eodem hoc anno Christi 782. transmisso Rheno, in VVestphalia consedit ad fontem Lupiæ, vbi conuenerunt ad eum frequentes ex vtraq; Saxonia proceres. Solus autem VVedekindus malè sibi conscius non aderat. Cranc. in Saxonia lib. 2. cap. 12. & 13.
		5	Eirene eodem hoc anno ad Carolum Magnum, qui rebus in Saxonia bene constitutis in Franciam reuersus erat, legatos misit eiusq; filiam imperatori Constantino Porphyrogenito filio suo vxorem petijt. Et relictus est in Francia Helisæus Eunuchus, vt sponsa Græcam ab eo disceret linguam. Annal. Constantinop. lib. 23.
4750	782 · 5 8 E		

Tertio

Mundi.	Christi.	Indict.	
		6	—Tertio anno imperij Constantini Porphyrogeniti, Eirene mater imperatoris, emisit cum exercitu Stauratium Patricium, qui omnes Sclauinos in Thessalia & Græcia subegit, totamq; Peloponnesum deprædatus est. Annal. Const. VVEDEKINDVS rex Saxonum reuersus ex Dania, cum Carolus Magnus occupatus esset rebus domesticis, Saxones facilè in suam retraxit sententiam. Cranc.
4751	783 (Cyclus ☽ 6, Cyclus ☉ 9) DC	7	—Saxones in monte Suntel totum exercitum Francorum ad internecionem deleuerunt. Cranc. Carolus Magnus hoc tempore fuit in Gallia siue Francia, certior autem factus de rebellione Saxonum, magnis iterum copijs redit in Saxoniam, VVedekindus iterum in Daniam fugit. Carolus quatuor millia Saxonum & quingentos gladio feriri iussit. Cranc.
4752	784 (7, 10) B	8	—Anno Christi 785. Saxones iterum rebellant, aduersus eos Carolus Magnus rex Francorum emisit filium Carolum qui aliquot prælijs eos feliciter repressit, Cranzius lib. 2. Saxon. cap. 13. —Moyses filius Madij, 21. Amiras Saracenorum anno vno. Funct. —Carolus Magnus descendit Bardevvicum, vbi VVedekindum, & Albionem interposita regia fide ad Colloquium euocauit. Paulò post etiam Adolphum mensæ regiæ præpositum, cum parte exercitus in Angliam misit. Crancius in Saxonia, lib. 2. cap. 13.
4753	785 (8, 11) A	9	VVEDEKINDVS rex Saxonum paruo prælio ad Thietmelle siue Dethmelde victus, denuo à Carolo ingenti prælio quod tres dies durauit, ad fluuium Hasam superatur. Chron. Sax. —Indictione 9. Septima Idus Augusti, iussu Eirenes celebrata est Synodus Constantinopolitana. Annal. Const. lib. 23. —Aaron, Moysi fratri successit vigesimus secundus Amiras Saracenorum, & regnauit annis 23. Funct. VVEDEKINDVS baptizatus à Bonifacio Archiepiscopo Moguntino Christi fidem suscepit, & Dux Saxoniæ factus, volente Carolo Magno equum album pro insignibus accepit, cum antea nigro in insignibus vsus esset. Declarauit hæc permutatio insigniorum, eum venisse ex tenebris in lucem. Chron. Saxo.
4754	786 (9, 12) G	10	Carolus Magnus Natalem Domini celebrauit apud Florentiam, tertiò profecturus Romam. Cranc. ECLIPSIS SOLIS Maxima contigit mense Septembri, die Dominico, hora diei quinta, septimo anno Constantini Porphyrogeniti præcisè completo. Cedrenus. Hanc Eclipsin hoc anno factam esse 16. die Septembris, paulò post demonstrabimus calculo Astronomico. Legendum est.n. in Cedreno, pro 9 die Sept. 16 dies Sept. Sicut Mathamatica supputatio perspicuè declarat. Anno Domini 787. celebratum est Concilium Nicænum Secundum, de quo in actis Concilij sic habetur: Imperantib. Pijssimis D. D. N. N. Constantino cum matre Eirene, anno consulatus ipsius 8. Sub. 8. Cal. Octobris, Indictione 11. conuenit sancta Synodus Oecumenica Nicæna 2. Onuph. in comment. Fast. Cedrenus item hoc Concilium ponit, anno 8. imperij Constantini.
4755	787 (10, 13) FE		

CALCV-

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, *QVÆ FACTA EST ANNO DOMINI 787.*

Qui habuit aureum numerum 9. Cyclum Solarem 12. Literam Dominicalem G.

Ab initio annorum Christi vsq; ad hoc deliquium Solis, sunt completi anni Iuliani 786. menses 7. dies 15. horæ 9. scrup. 25. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 787. die Solis, 16 die Septembris, Scrupulis 25. post horam 9. matutinam. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub meridiano montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	31	4	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	29	12	14	
Solis simplicis	2	41	29	12	
Solis compositi	2	58	0	17	
Anomaliæ annuæ Solis	1	35	3	7	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	52	57	27	
Anomaliæ ☽	4	36	55	13	
Latitudinis ☽	4	29	7	6	
Ergo Præcessio vera æquinoctii	0	16	29	6	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	19	25	Scrup. proport. 32' 11''.
Anomalia Solis coæquata	1	42	22	32	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	6	12	

ERGO ☉ in ♍ part. 25 52' 6''.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	45	54	54	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	3	47	42	Scrup. proport. 1' 9''.
Anomalia ☽ coæquata	4	33	7	31	
Æquatio primi epicycli addenda	0	4	56	28	

ERGO ☽ in ♍ part. 25 52' 13''.

Caput draconis in ♍ part. 21 48' 39''. Absuit ergo Luna à capite draconis part. 4 3' 34''.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. part. 4 34 3' 34''.
Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 21' 12''.
Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 37' 40''. Constantinopoli.
Parallaxis latitudinis ☽ à Sole 21' 56''.
Ergo latitudo Lunæ apparens australis decrescens [illegible]' 44''.
Semidiameter Solis 16' 26''.
Semidiameter Lunæ 16' 10''.
Summa vtriusq; Semidiametri 32' 63''.
Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa Semidiametrorum [illegible]1' 52''.
Diameter Solis apparens 32' 52''.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 11. Scrup. 37.

Scrupula incidentiæ 33.
Motus horarius Lunæ 29' 58''.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 6. Integer autem defectus horas 2. scrup. 12.

Latitudo Lunæ in initio eclipsis Australis decrescens 5′ 36″.
Latitudo autem Lunæ in fine Eclipsis Borealis crescens 2′ 8″.

temp.
Ascensio recta veri loci Solis 176 12′ 31″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium igitur addendat sun ad tempus æquale 14. scrupula.


Et propter diuersitatem meridianorum Constantinopoli adijcienda 37. scrupula, vnius horæ.

Propter Parallaxin longitudinis Lunæ à Sole, de tempore inuento iterum auferenda hora vna scrupula 16.

Ergo Constantinopoli horribile hoc deliquium Solis conspectum est hora nona matutina.

Sequitur nunc pictura huius Eclipsis.

BOREAS.



AVSTER.

Hanc Eclipsin secutum est bellum Bauaricum, quo Carolus Magnus Tasilonem vltimum regem Boiorum, generum desiderij Longobardorum regis, captum & regno mulctatum, vnà cum filio Dedone in monasterium inclusit, quod adhuc non procul ab Heidelberga nomen Laureaci retinet. Facta hæc sunt anno Domini 788, proximo anno post hanc Eclipsin.

Tasilo

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Tassilo vltimus rex Boiorum à Carolo Magno captus in Monasterium includitur. Cranc.

—Anno Domini 788. Carolus Magnus BREMENSEM erexit Ecclesiam. VVillehadus natione Anglus primus huius Ecclesiæ Episcopus ordinatur 3. Idus Iulij. Albert. Crancius in Saxonia lib. 2. cap. 14. & 15.

11

788 — 11 14 D

—Mense Nouembri Indict. 12. Eirene repudiata Caroli Magni filia, Constantino Porphyrogenito filio suo matrimonio iunxit Mariam ab Amnia. Annal. Const.

4756

—Anno Domini 789. CAROLVS Magnus VVandalorum gentem VVillos, vno sed grandi prælio ita perdomuit, vt in reliquum tempus imperata se facturos pollicerentur. Albertus Crantz in VVandalia lib. 2. cap. 23.

12

789 — 12 15 C

—6. Idus Febr. anno 10. imperij Constantini Porphyrogeniti imperantis cum matre Eirene, factus est horribilis terræmotus. Et paulò post mater Eirene eodem hoc anno filium Constantinum imperio priuauit, agentem iam annum ætatis vigesimum.

4757

—Arabes nauigijs in Cyprum traiecerunt. Annal. Const. lib. 23.

13

790 — 13 16 B

—6. Idus Nouembris anno Domini 790. Indict. 14. Eirene Augusta coacta à filio Constantino abdicauit. Imperauit Constantinus Porphyrogenitus deinceps solus annos 6. menses 9. dies 8. Onuph. & Annal. Const. lib. 23.

4758

—Mense Aprili Constantinus Imperator leui prælio superatur à Cardamo Bulgariæ principe. Annal. Ibidem.

—Hoc anno Domini 791. bellum Auaricum gestum est, quod Hunnis est illatum. Hunni diuinitus territi fugierunt, Carolus Magnus Pannoniam vastauit vsq; ad fluuium Raba. Eodem hoc tempore Carolus Magnus fundauit Episcopatum in loco Kinutude, qui postea Verdam est translatus. Cranc. in Saxonia lib. 2. cap. 16.

14

791 — 14 17 AG

4759

Hoc

Mundi | Christi | Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Hoc anno Carolus Magnus Pipinum gibbosum filium ex concubina natum, propter conspirationem in monasterium inclusit. Cranc.

—4. Idus Augusti obijt Fastrada filia comitis Francorum, vxor Caroli Magni, & sepulta est Moguntiæ in templo sancti Albani.

15

—Carolus eodem hoc tempore deliberationes habuit de coniungendis Danubio & Rheno. Cranc.

792

15 18 F

4760

—8. Cal. Iunij, Indict. 1. tertio anno imperij Constantini Porphyrogeniti, die Pentecostes Armeniacus exercitus rebellis ab Imperatore domatur, & mille ex eis varijs locis in exilium aguntur. Annal. Const. lib. 23.

1

793

16 19 E

4761

—Anno quarto Imperatoris Constantini Porphyrogeniti Arabes Sebasan castrum ceperunt, Annal. Const. lib. 23.

2

794

17 20 D

4762

—Mense Ianuario Imperator Constantinus Porphyrogenitus quinto anno imperij sui, vxorem suam Mariam in monasterium trudit. Et mense Maio eodem hoc anno, idem Imperator Arabes vicit. Paulo post Theodaten cubiculariam vxorem duxit, eamq; mense Augusto coronauit. Annal. Ibidem.

3

795

18 21 CB

—7. Cal. Ianuarij, anno Domini 795. Indict. 4. obijt Hadrianus pontifex. Succedit eodem die LEO III. qui sedit annos 20. menses 5. dies 18. Onuph.

4763

Mense

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Mense Aprili, sexto anno Imperatoris Constantini Porphyrogeniti, factus est terræmotus in Sicilia & Creta valde terribilis, & mense Maio alius terræmotus Constantinopoli contigit nimis horribilis. annal. Constant.

4

—Mense Octobri natus est Imperatori filius Leo, anno VII. imperii sui. Idem quoq; paruulus filius paulò pòst iterum mortuus est Calendis Maij. Annal.

796

19 22 A

4764

—17 Cal. Septemb. Indict. 5. anno Domini 797. post consulatum autem suum anno 18. Imperator Constantinus Septimus Porphyrogenitus, effossis oculis, coactus à matre Eirene abdicauit. Imperat deinceps eius mater FL. EIRENE AVGVSTA annos 5. mens. 2. dies 16. Onuph.

5

797

1 23 G

4765

—Anno Domini 798. Carolus Magnus rex Francorum exercitum duxit in Saxones Transalbinos quos nunc Holsatos, alij Nordalbingos vocant, qui præfectos Caroli obtruncauerant. Albert. Crantz in Saxonia lib. 2. cap. 17.

6

798

2 24 F

4766

—Anno secundo Imperij sui, Eirene Augusta, omnes Constantini filios oculis priuauit. Annal.

—Leo Pontifex Romanus persecutionem patiens, ad Carolum Magnum in Germaniam fugit, anno Domini 799. Cranc.

7

799

3 25 ED

—Mense Februario, tertio anno Imperij Eirenes, Indict. 8. Stauratius

4767

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—ratius patricius imperium inuadere conatur. Annal. Constantinop. lib. 23.

—Mense Iunio idem Stauratius sanguinem eructans moritur. ibid.

8 (Indict.)

—8. Cal. Carolus X. Decemb. Magnus Romam venit. Crancius in Saxon.

800 — 1, 26, C

—8. Cal. Ianuarij, anno Christi 801. ineunte, CAROLVS MAGNVS REX FRANCORVM, ROMANORVM IMPERATOR Salutatus est à Leone III. papa, anno ex quo post Augustuli Imperium in Italia imperari desitũ erat 325. Imperauit hic Carolus Magnus annos 13. mensem vnum, dies 4. in occidente. Onuph.

4768

9 (Indict.)

—Cum in Franciam rediret Carolus Magnus, excepit oratores Eirenes Imperatricis Constantinopolitanæ, quæ totum occidentis ei imperium concesit coniugio insuper promisso. Cranc. Eodem hoc anno ANGLIA IN MONARCHIAM redacta est, à rege EGBERTO Anglosaxone, qui regnauit annos 37. Georg. Lil.

801 — 5, 27, B

4769

—Indictione decima Carolus Magnus Imperator occidentis, legatos Constantinopolim misit, vt Eirenes amicitiam peterent, eamq; vxorem sibi poscerent. Annal. Const.

—Mense Augusto Aaron Arabum & Persarum rex Carolo Magno egregia & preciosa munera, grandemq; elephantem misit. Æmyl.

10 (Indict.)

—Cal. Nouemb. anno Domini 802. Indict. 11. Eirene Augusta coacta abdicauit. In eius locum factus est Imperator C. CLAVDIVS NICEPHORVS, qui in oriente imperauit annos 8. menses 8. & dies 26. Onuph.

802 — 6, 28, A

—ALCVINVS præceptor Caroli Magni, & IOHANNES SCOTVS monachus, discipulus Bedæ clarent. Georg.

4770

—Hoc anno 14. Cal. Augusti, feria quarta, Bardanes Turcas, aduersus Nicephorum Imperatorem electus statim iterum abdicauit.

—9. die Augusti, Indict. vndecima, defuncta est eodem hoc anno Imperatrix Eirene in exilio in insula Lesbo, & translatum est corpus eius in insulam Principis, in monasterium quod ipsa construxerat. Annal. Constantinop, lib. 24.

11 (Indict.)

803 — 7, 1, FG

—8. Cal. Ianuarij, anni Domini 803. desinentis, Nicephorus Imperator Orientis Stauratium filium in imperium assumit, qui cum patre imperat annos 7, menses 7. dies 3. Onuph.

4771

Anno

Mundi. Christi. Indict.

Mundi	Christi (Cyclus ☽ ⊙)	Indictionum	
		12	Anno Domini 804. Carolus Magnus Saxones Transalbinos vbi nunc Holsati habitant, in Franciam transtulit, ex quibus Brabantini & Flamingi prognati sunt. Albert. Cranz in Saxon. lib. 2. cap. 19. — Mense Augusto, secundo anno Imperij sui, C. Claud. Nicephorus Imperator Orientis ab Arabibus victus, amisso exercitu apud Crason Phrygiæ ciuitatem, vix ne caperetur effugit. Annal. Const. — Abotriti Vandali à Carolo Magno Saxonum Transalbinorum terram habitandam accipiunt. Cranc. & Æmyl.
	804 — 8 2 E		
4772			Tertio anno Imperij sui, Nicephorus Orientis Imperator, restaurauit Ancyram Galatiæ, Thebasam & Andrasum. Annal. Constant. lib. 24. — Cal. Iunij, anno Domini 805. Turpinus Episcopus Remensis dedicauit Basilicam & altare S. Iacobi Compostellæ, præsente Carolo Magno. Albericus in Chron.
		13	
	805 — 9 3 D		Quarto anno Nicephori Imperatoris Constantinopolitani, Aaron dux Arabum collecto exercitu trecentorum millium Asiam ingreditur, & expugnatis aliquot castris ac ciuitatibus, Imperatorem Nicephorum ad emendam pacem cogit, quæ tamẽ mox soluta est. annal. Const. lib. 24.
4773			
		14	4. Nonas Septembris, anno Domini 806. facta est ECLIPSIS LVNÆ, Sole in 16. parte virginis, Luna autem in 16. parte piscium existente. Annon. Adon. Schafn.
	806 — 10 4 C		Pridie Cal. Februarij, anno Domini 807. Luna fuit decimaseptima, quando stella IOVIS quasi per eam transire visa est. Et 3. Idus Febr. fuit ECLIPSIS SOLIS meridie, stante vtroq; sidere in 25. parte Aquarij. Iterum 4. Cal. Martij fuit ECLIPSIS LVNÆ Sole in 11. parte piscium Luna in 11. Virginis existente. Annon. Regino.
4774			Magnus VVEDEKINDVS dux Saxoniæ & Angriæ, Occubuit in prælio aduersus Geroldum ducem Suæuorum. Successit illi filius VVIGBERTVS secundus dux Saxoniæ & Angriæ. Cranc. & Chron. Sax.
		15	11. Cal. Septemb. anno Domini 807. iterum ECLIPSIS LVNÆ facta est, hora noctis 3. Sole posito in 5. parte Virginis, & Luna in 5. parte piscium. Sic ab anni superioris Septembri, vsq; ad anni præsentis Septembrem, ter Luna obscurata est & Sol semel. Annon. Regino. Ceterum harum obseruationum cælestium calculũ & picturas demonstrationis gratia subiungimus.
	807 — 11 5 BA		
4775			CALCV-

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO DOMINI 806.

Qui habuit aureum numerum 9. Cyclum Solarem 3. Literam Dominicalem D.

Ab initio annorum Domini vsq; ad hanc Eclipsin sunt completi anni Iuliani 805. menses 8. horæ 23. scrup. 6. Factum igitur est hoc deliquium anno Christi 806. nocte illa quæ fuit inter primum & secundum diem septembris, post vndecimam horam vespertinam scrupulis 6. Si ad horizontem Regiomontanum Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	46	57	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	11	36	
Solis simplicis	2	27	23	8	
Solis compositi	2	44	10	4	
Anomaliæ annuæ Solis	1	20	48	57	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	0	50	9	
Anomaliæ Lunæ	0	39	22	42	
Latitudinis Lunæ	1	29	54	24	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	49	55	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	2	Scrup. proportionalia 31′ 18″.
Anomalia Solis coæquata	1	28	9	59	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	7	25	

ERGO ☉ in ♍ 12 part. 5′ 38″. Atq; hic fuit motus Solis verus in Zodiaco. Sed motu medio Sol tunc temporis, secundo die Septembris plerunque 16. gradum virginis perambulabat, ita obseruandum est discrimen inter motum verum & motum medium.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	1	40	18	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	0	27	33	Scrup. proportionalia nulla.
Anomalia Lunæ coæquata	0	39	50	15	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	2	57	40	

ERGO ☽ in ♓ 12 part. 5′ 32″.

Caput draconis in ♍ 15 part. 8′ 48″. Cauda autem draconis in ♓ 15 part. 8′ 48″.

Absuit igitur cauda draconis à Luna 3 part. 3′ 16″.

	Sex.	part.	′	″
Motus latitudinis Lunæ coæquatus	1	26	56′	44″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis decrescens			15′	59″.
Semidiameter Lunæ apparens			15′	15″.
Semidiameter vmbræ coæquata			40′	28″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ			55′	43″.

Ablata latitudine Lunæ Scrupula reliqua de summa semidiametrorum 39′ 44″.


Diameter lunæ apparens 30′ 30″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 15. Scrup. 37

Differen-

Differentia vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 25′ 13″.
Motus horarius Lunæ 27′ 18″.
Scrupula moræ dimidiatæ 20.
Scrupula autem incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 53.
Durauit ergo dimidia mora Lunæ in vmbra 45. scrup. vnius horæ.
Tota autem mora horam vnam & dimidiam.
Dimidius defectus durauit horas duas. Integer autem defectus horas fermè quatuor.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis Borealis decrescens 20′ 51″.
Latitudo autem Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 11′ 7″.

Sequitur pictura.



Hanc Eclipsin secuta est expeditio Nicephori Imperatoris Constantinopolitani in Bulgariam, quæ cum minus feliciter illi succederet, Imperator cœpit seuire in proprios commilitones. Facta hæc sunt anno proximo post hanc Eclipsin, videlicet, anno Domini 807. qui fuit quintus annus Imperatoris Nicephori.
Vide Annales Constantinopolitanos lib. 24.

CAL-

CALCVLVS CONIVNCTIONIS IOVIS ET LVNÆ, QVÆ FACTA EST VLTIMO DIE IANVARII, ANNO DOMINI 807.

Qui habuit aureum numerum 10. Cyclum Solarem 4. Literam Dominicalem C.

Ab initio annorum Domini vsq; ad hanc Syzygiam ♃ & ☽ sunt completi anni Iuliani 806. dies 30. & horæ 4. Facta igitur est visibilis hæc coniunctio ♃ & ☽, anno Domini 807 die 31. Ianuarij, hora quarta matutina, si ad meridianum Regiomontanum in Borussia calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

IVPITER. LVNA.




	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	47	18	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	14	12	
Solis simplicis	4	56	24	49	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	44	7	40	
Anomaliæ Lunæ	3	34	51	32	
Latitudinis Lunæ	4	50	14	23	
Longitudinis ♃	2	37	52	44	
Apogæi ♃	2	36	21	24	
Commutationis ♃	2	18	32	6	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	50	22	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	1	28	15	20	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	12	14	16	Scrupula proportionalia 32′ 15″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	47	5	48	
Absoluta æquatio 1. epicycli addenda	0	5	4	10	

ERGO ☽ in ♎ 2 part. 27′ 5″.

	Sex.	part.	′	″	
Motus latitudinis Lunæ coæquatus	4	55	18	53	
Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens	0	2	8	25	
Anomalia Eccentri ♃	0	1	31	20	
Æquatio Eccentri subtrahenda	0	0	7	59	Scrup. proportionalia 6′ 5″.
Motus longitudinis ♃ coæquatus	2	37	44	45	
Anomalia Eccentri coæquata	0	1	23	21	
Motus commutationis coæquatus	2	18	40	5	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	7	56	23	

ERGO ♃ in ♎ 2 part. 31′ 30″. Igitur Iupiter orbe Lunæ fuit tectus, ita vt videri non potuerit. Extendit se enim Semidiameter Lunæ ad 17. scrupula.

Latitudo

Latitudo ♃ Borealis part. 1 45′ 56″.

Latitudo autem Lunæ itidem fuit Borealis part. 2 8′ 25″.
Inde aufer Parallaxin latitudinis Lunæ australem 22′ 29″.

Et habebis latitudinem Lunæ visibilem Borealem part. 1 45′ 56″. Eandem quam Iupiter habuit.

Apogæon ♃ in ♍ part. 23 11′ 46″. Fuitq; Iupiter hoc tempore retrogradus.

CALCVLVS ECLIPSIS QVÆ FACTA EST IN SOLE, XI. DIE FEBRVARII, ANNO DOMINI 807. *Qui habuit aureum numerum 10. Cyclum Solarem 4. Literam Dominicalem C.*

Ab initio annorum Domini vsq; ad hoc deliquium Solis, sunt completi anni Iuliani 806. mensis 1. dies 10. horæ 12. scrup. 7. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Christi 807. 11. die Februarij, in meridie, post horam 12. Scrupulis 7. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	47	19	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	14	23	
Solis simplicis	5	7	35	19	
Solis compositi	5	24	22	38	
Anomaliæ annuæ Solis	4	1	0	57	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	2	20	55	
Anomaliæ ☽	0	2	59	31	
Latitudinis ☽	1	20	14	11	
Ergo Præcessio vera æquinoctii	0	16	50	24	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	4	Scrup. proport. 31′ 17″.
Anomalia Solis coæquata	4	8	22	1	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	0	19	

ERGO ☉ in ♒ part. 26 26′ 2″. motu vero. Sed si ad æqualem motum Solis simplicem adieceris præcessionem veram æquinoctij, Sol motu medio fuit in 25. gradu ♒.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	4	41	50	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	17	16	Scrup. proport. 6′ 8″.
Anomalia ☽ coæquata	0	4	16	47	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	0	20	21	

ERGO ☽ in ♒ part. 26 26′ 17″.

Caput draconis in ♍ part. 6 32′ 27″. Cauda igitur draconis in ♓ part. 6 32′ 27″.

Absuit ergo cauda draconis à Luna part. 10 6′ 10″.

Motus

Sex. part.


Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 19 53′ 50″.
Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 52′ 33″.
In septimo climate parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 15′ 14″.
Parallaxis autem latitudinis Lunæ à Sole 40′ 47″.
Ergo latitudo Lunæ visibilis Borealis decrescens 11′ 46″.
Semidiameter Solis 16′ 32″.
Semidiameter Lunæ 15′ 0″.
Summa vtriusq; Semidiametri Solis & Lunæ 31′ 32″.
Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa semidiametrorum 19′ 46″.
Diameter Solis apparens 33′ 4″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 7. Scrup. 10.

Scrupula incidentiæ 29′.
Motus horarius Lunæ 26′ 34″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 5. Integer autem defectus horas 2. scrup. 11.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 14′ 16″.
Et latitudo Lunæ in fine fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 9′ 17″.

Subijcio nunc picturam.

BOREAS.



AVSTER.

CALCA-

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI QVOD FACTVM EST EODEM HOC ANNO DOMINI 807. Die 26. Februarij.

Ab initio annorum Domini vsq; ad hanc Eclipsin Lunæ sunt completi anni Iuliani 806. mensis vnus, dies 25. horæ 3. Scrup. 22. Incidit igitur hoc deliquium Lunæ in annum Christi 807. in diem 26. Februarij, post horam tertiam matutinam præcise completis scrupulis 22. si ad horizontem Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur, ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	47	21	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	14	39	
Solis simplicis	5	22	0	48	
Solis compositi	5	38	48	9	
Anomaliæ annuæ Solis	4	15	26	25	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	0	45	55	
Anomaliæ Lunæ	3	14	12	12	
Latitudinis Lunæ	4	33	51	11	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	50	26	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	4	Scrup. proportionalia 31′ 17″.
Anomalia Solis coæquata	4	22	47	29	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	2	7	13	

ERGO ☉ in ♓ part. 10 58′ 27″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	1	31	50	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	0	25	13	Scrup. proportionalia nulla.
Anomalia Lunæ coæquata	3	14	37	25	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	1	21	29.	

ERGO ☽ in ♍ part. 10 58′ 38″.


Caput draconis in ♍ part. 5 45′ 58″. Abfuit ergo Luna à capite draconis part. 5 12′ 40″.
Motus Latitudinis Lunæ coæquatus Sex. 4 part. 35 12′ 40″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens 27′ 12″.
Semidiameter Lunæ 17′ 46″.
Semidiameter vmbræ coæquata 49′ 15″.
Summa vtriusq; Semidiametri 67′ 1″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 39′ 49″.
Diameter Lunæ apparens 35′ 32″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 13. Scrup. 27.

Differentia scrupulorum vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 31′ 29″.
Scrupula moræ dimidiatæ 16. Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 61.
Motus horarius Lunæ 34′ 57″.
Durauit ergo dimidia mora 28. scrup. vnius horæ. Tota autem mora scrup. 56. horam ferme integram.
Dimidius defectus durauit horam vnam & scrup. 44. Integer autem defectus horas tres, scrup. 28.

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis crescens 21′ 32″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis crescens 32′ 52″.

Sequitur nunc pictura.



Has duas horribiles Eclipses Solis & Lunæ, quæ vno eodemq; anno & mense factæ sunt, secutus est interitus illustrissimi principis ac domini Domini VVEDEKINDI, ducis Saxoniæ & Angriæ, qui occisus est in prælio aduersus Geroldum ducem Suæuorum eodem hoc anno Domini 807. Corpus eius sepultum est Angriæ in VVestphalia, vnde postea Padeburdam est translatum. Annonius Monachus Francicæ historiæ Scriptor, eodem hoc anno, 16. Cal. Aprilis, hoc est, 17. die Martij, Mercurij stellam in Sole visam esse scribit, per integros dies octo, tanquam parua macula nigra, paululum superior centro Solis. Sed quomodo hoc sit possibile penes Astronomos sit iudicium. Ego quidem cum ad annū hunc Christi 807. & diem 17. Martij, quem Annonius Monachus annotauit, calculo astronomico Solis & Mercurij positum inquirerem, inueniebam quod obseruatione dignum est, Solem in ipso principio & primo scrupulo arietis tempore meridiano æquinoctium fecisse, cum Mercurius eodem tempore esset in ♈ [illegible] 32′ 35″. Impossibile igitur est, Mercurium eodem hoc die in orbe Solis conspectum, vt Annonius Monachus annotauit, cum fuerit in maxima ferme à Sole distantia, Paruam ergo illam maculam in Sole, quæ per integros dies octo visa est, & postea euanuit, nouum quoddam & inusitatum Meteoron fuisse conijcio, sub orbe Solis positum, quod interitum magni illius ducis VVEDEKINDI præsignificauerit, cui eodem hoc anno successit filius VVIGBERTVS Secundus dux Saxoniæ & Angriæ.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST EODEM HOC ANNO DOMINI 807. *Vndecimo Calendas Septembris, hoc est 22. die Augusti. Annon. Monach. &c.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hunc defectum Lunæ numerantur completi anni Iuliani 806. menses 7. dies 20. horæ 23. Scrup. 34. Si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur.

Facta igitur est hæc Eclipsis, anno Domini 807. nocte illa, quæ fuit inter 21. & 22. diem mensis Augusti, post vndecimam horam vespertinam scrupulis 34. hoc est, 26. scrupulis ante mediam noctem. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales, sub eodem meridiano Regiomontano.

	Sex.	part.	′	″
Præcesionis simplicis æquinoctiorum	0	16	47	46
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	17	41
Solis simplicis	2	16	18	36
Solis compositi	2	33	6	22
Anomaliæ annuæ Solis	1	9	44	1
Longitudinis Lunæ à Sole	2	56	35	58
Anomaliæ Lunæ	5	44	38	14
Latitudinis Lunæ	1	33	21	15
ERGO Præcesio vera æquinoctij	0	16	51	17
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	6
Anomalia Solis coæquata	1	17	5	7
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	3	20

Scrup. proportionalia 51′ 19″.

ERGO ☉ in ♍ part. 1 6′ 33″. Sed motu medio, proxima meridie, Sol non procul abfuit à quinto gradu virginis.

	Sex.	part.	′	″
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	53	11	46
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	51	50
Anomalia Lunæ coæquata	5	42	46	24
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	1	21	10

Scrup. proportionalia 0′ 17″.

ERGO ☽ in ♓ part. 1 6′ 56″.

Caput draconis in ♌ part. 26 24′ 31″. Abfuit ergo Luna à capite draconis part. 4 42′ 25″.

Motus Latitudinis Lunæ coæquatus Sex. 3 part. 34 42′ 25″.

Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens 24′ 35″.

Semidiameter Lunæ 15′ 3″.

Semidiameter vmbræ coæquata 39′ 48″.

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 54′ 51″.

Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 30′ 16″.

Diameter Lunæ apparens 30′ 6″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 3.

Differentia scrupulorum vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 24′ 45″.

Scrupula moræ dimidiatæ 2′. Scrupula autem incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 49.


Motus horarius Lunæ 26′ 43″.

Durauit ergo dimidia moræ, 5. scrup. Tota autem mora 9. scrup. vnius horæ.
Dimidius defectus durauit horam vnam, scrup. 50. Integer autem defectus horas 3. scrup. 40.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis Borealis crescens 29′ 56″.
Et in fine Eclipsis itidem Borealis crescens 29′ 13″.

temp.

Ascensio recta veri loci Solis 153 9′ 8″.
Propter inæqualitatem dierum naturalium ab æquali tempore auferenda sunt 7. scrup. vnius horæ.
Et propter diuersitatem meridianorum Lutætiæ Parisiorum in Gallia auferenda hora vna, scrup. 35.
Ergo Lutætiæ Parisiorum hic defectus, Lunæ visus est post 9. horam vespertinam scrupulis 52. videlicet horis post Solis occasum tribus, siue tertia hora noctis.

Sequitur nunc pictura.



Post hanc Eclipsin Carolus Magnus filium Ludouicum pium, aduersus Saracenos Hispaniam vastantes cum exercitu emisit. Chumeid quoq; Saracenorum dux, anno proximo ab Aarone Saracenorum rege emissus, hostili exercitu Rhodum ingressus est, insulamq; miserè afflixit & spoliauit.
Annal. Constantinop.

Ludouicus

Mundi	Christi (Cyclus ☽ / Cyclus ☉)	Indict.	
			Ludouicus pius à patre Carolo Magno aduersus Saracenos in Hispaniam mittitur.
		1	Mense Septembri, sexto anno Nicephori Imperatoris Constantinopolitani, Chumeid cum classe Saracenica ab Aarone emissus, Rhodum populatur, & paulò post apud Myram naufragium patitur. Annal. Const. lib. 24.
4776	808 (12, 6 G)		14. Cal. Ianuarij, Nicephorus Imperator Orientis, Theophaniam Atheniensem à marito abstraxit, & filio suo Stauratio, copulauit in cuius nuptijs pater Nicephorus duas honestas virgines pulchriores Theophania stupro corrupit. Annal. Const. ibidem.
		2	Aaron Saracenorum rex moritur, succedit illi filius Muhamad, XXIII. Amiras Saracenorum annis 5. Funct. Habdallas seditionem mouens aduersus fratrem Muhamad intestini belli factus est autor. Annal. Const.
4777	809 (13, 7 F)		26. die Decembris anno Domini 809. facta est ECLIPSIS LVNÆ, Annonius & Regino. Huius & sequentium Eclipsium calculum & picturas, paulò post subijciemus.
			7. Idus Iunij, anno Domini 810. fuit ECLIPSIS SOLIS, & vndecimo Cal. Iulij facta est ECLIPSIS LVNÆ. Regino.
			8. Idus Iulij, anno Domini 810. mortuus est Pipinus Caroli Magni filius, rex Italiæ. Onuph.
		3	
4778	810 (14, 8 E)		Pridie Cal. Decembris, anno Domini 810. facta est ECLIPSIS SOLIS. Regino.
			Decimo octauo Calendas Ianuarij LVNA DEFECIT. Ado. Annon. Sed subijcio horum deliquiorum calculum & picturas, ne quid in demonstratione temporum desideretur.

CAL-

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST 26. DIE DECEMBRIS, ANNO DOMINI 809. *Qui habuit aureum numerum 12. Cyclum Solarem 6. Literam Dominicalem G.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hunc defectum Lunæ, sunt completi anni Iuliani 808. menses vndecim, dies 24. horæ 20. scrup. 22. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 809. nocte illa, quæ fuit inter 25. & 26. diem Decembris, post octauam horam vespertinam scrupulis 22. Sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcesſionis simplicis æquinoctiorum	0	16	49	44	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	32	28	
Solis simplicis	4	20	50	42	
Solis compositi	4	37	30	25	
Anomaliæ annuæ Solis	3	14	15	6	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	2	26	35	
Anomaliæ ☽	0	19	35	9	
Latitudinis ☽	4	29	8	32	
Ergo Præcesſio vera æquinoctij	0	16	53	34	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	18	Scrup. proport. 31′ 8″.
Anomalia Solis coæquata	3	21	36	24	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	48	41.	

ERGO ☉ in ♑ 8 part. 33′ 7″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	4	53	10	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	20	22	Scrup. proport. 0′ 8″.
Anomalia ☽ coæquata	0	20	55	31	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	1	37	53	

ERGO ☽ in ♋ 8 part. 32′ 58″.

Caput draconis in ♋ 11 part. 2′ 19″. Abfuit igitur caput draconis à Luna 2 part. 29′ 21″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 4 sex. 27 part. 30′ 39″.
Ergo latitudo Lunæ australis decrescens 13′ 1″.
Semidiameter Lunæ 15′ 4″.
Semidiameter vmbræ coæquata 39′ 19″.
Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & vmbræ 54′ 23″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 41′ 22″.
Diameter Lunæ apparens 30′ 8″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 16. Scrup. 26.

Differentia scrupulorum vtriusq; semidiametri Lunæ & vmbræ 24′ 15″.
Scrupula igitur moræ dimidiatæ 20.
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 52.
Motus horarius Lunæ 26′ 45″.

Durauit

Durauit ergo dimidia mora Lunæ in vmbra, 45. scrup. vnius horæ. Tota autem mora horam vnam & dimidiam.

Dimidius defectus durauit horas duas. Integer autem defectus horas quatuor.


Latitudo Lunæ in initio eclipsis australis decrescens 17′ 58″.

Et in fine Eclipsis itidem australis decrescens 8′ 4″.

Si propter diuersitatem meridianorum à tempore inuento abstuleris horam vnam, scrup. 35. visa est hæc Eclipsis in Gallia paulò ante septimam horam vespertinam.

Sequitur pictura.

BOREAS.



AVSTER.

Paulò ante & post hanc Eclipsin, Nicephorus Imperator Orientis, adeo sæuire cœpit in subditos suos, vt nonnulli in exilium exacti in desperationem inciderent, sibiq; ipsis mortem inferentes, laqueo vitam finirent. Annal. Constantinopolitani lib. 24.

Regino abbas Prumiensis in Lotharingia, eodem hoc anno Domini 810. Eclipsin Solis factam esse scribit 7. Idus Iunij. Et quamuis hoc die Luna peruenerit ad nodum euehentem, quem caput draconis vocant, tamen cum illa coniunctio Lunæ & capitis draconis non inciderit in nouilunium, sicut calculus Astronomicus probat, Sol propter interuentum Lunæ non potuit obscurari. Concedo tamen orbem Solis propter densum & caliginosum aërem offuscari potuisse, quemadmodum & anno necis C. Iulij Cæsaris factũ fuisse supra probauimus.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST 21. DIE IVNII, EODEM HOC ANNO DOMINI 810.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hanc Eclipsin sunt completi anni Iuliani 809. menses 5. dies 19. horæ 20. scrup. 18. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 810. nocte illa, quæ fuit inter 20. & 21. diem Iunij, post octauam horam vespertinam scrupulis 18. si ad horizontem Regiomontanum in Borussia calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	50	8	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	35	37	
Solis simplicis	1	15	17	42	
Solis compositi	1	32	7	48	
Anomaliæ annuæ Solis	0	8	41	53	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	0	10	16	
Anomaliæ ☽	2	52	3	5	
Latitudinis ☽	1	30	42	2	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	16	54	6	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	20	Scrup. proport. 31′ 6″.
Anomalia Solis coæquata	0	16	3	13	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	34	1.	

ERGO ☉ in ♋ 1 part. 37′ 47″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	0	20	32	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	0	5	38	Scrup. proport. nulla.
Anomalia ☽ coæquata	2	52	8	43	
Absoluta æquatio primi epicycli auferenda	0	0	44	14	

ERGO ☽ in ♑ 1 part. 37′ 50″.

Caput draconis in ♋ 1 part. 40′ 2″. Cauda autem draconis in ♑ 1 part. 40′ 2″.
Abfuit ergo cauda draconis à Luna 2′ 12″.
Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 29 part. 57′ 48″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis decrescens 0′ 12″.
Semidiameter Lunæ 17′ 48″.
Semidiameter vmbræ coæquata 49′ 52″.
Summa vtriusq; Semidiametri 67′ 40″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 67′ 28″.
Diameter Lunæ apparens 35′ 36″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 22. Scrup. 45.

Differentia scrupulorum vtriusq; semidiametri 32′ 4″.
Scrupula moræ dimidiatæ 32.
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 67.
Motus horarius Lunæ 35′ 5″.

Durauit

Durauit ergo dimidia mora Lunæ in vmbra horam vnam ſcrup. 5. Tota autem mora horas 2. ſcrup. 10.
Dimidius defectus durauit horam vnam, ſcrup. 54. Integer defectus horas 3. ſcrup. 48.
Latitudo Lunæ in initio Eclipſis Borealis decreſcens 8′ 27″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipſis Auſtralis creſcens 6′ 3″.

Sequitur nunc pictura.



Regino Abbas Prumienſis in Lotharingia, hanc Eclipſin factam eſſe ſcribit vndecimo Cal. Iulij, hoc eſt, 21. die Iunij. Incipit enim iuxta conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ diem, ab initio noctis præcedentis diem artificialem. Secuta eſt paulò poſt hanc Eclipſin, mors Pipini regis Italiæ, filij Caroli Magni, qui diem ſuum extremum clauſit 8. die Iulij, eodem hoc anno Domini 810.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, *QVÆ FACTA EST EODEM HOC ANNO DOMINI 810. VLTIMO DIE NOVEMBRIS.*

Ab initio annorum Domini vſq; ad hanc defectionem Solis, ſunt completi anni Iuliani 809. menſes 10. dies 29. horæ 12. ſcrup. 32.

Facta

Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 810. vltimo die Nouembris, post horam duodecimam meridianam scrupulis 32. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	50	30	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	38	19	
Solis simplicis	3	55	37	47	
Solis compositi	4	12	28	16	
Anomaliæ annuæ Solis	2	49	1	47	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	3	19	5	
Anomaliæ Lunæ	2	17	24	57	
Latitudinis Lunæ	1	22	48	12	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	54	34	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	23	Scrup. proportionalia 35′ 5″.
Anomalia Solis coæquata	2	56	23	10	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	8	21	

ERGO ☉ in ♐ 12 part. 24′ 0″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	6	38	10	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	48	56	Scrupula proportionalia 0′ 15″.
Anomalia Lunæ coæquata	2	19	13	53	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	3	27	0	

ERGO ☽ in ♐ 12 part. 24′ 26″.

Caput draconis in ♊ 23 part. 3′ 14″. Cauda autem draconis in ♐ 23 part. 3′ 14″.

Absuit ergo cauda draconis à Syzygia Solis & Lunæ 10 part. 38′ 48″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 Sex. 19 part. 21′ 12″.
Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 55′ 21″.
In septimo climate parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 6′ 20″.
Parallaxis autem latitudinis Lunæ à Sole 54′ 56″.
Ergo latitudo Lunæ apparens Borealis decrescens 0′ 25″.
Semidiameter Solis 1′ 57″.
Semidiameter Lunæ 17′ 23″.
Summa duarum Semidiametrorum 34′ 20″.
Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarũ semidiametrorum 33′ 55″.
Diameter Solis apparens 33′ 54″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 0. Totus ergo Sol defecit in septimo climate, sub eleuatione poli 49. partium.


Scrupula incidentiæ 33′ 20″.
Motus horarius Lunæ à Sole 33′ 54″.
Durauit igitur dimidius defectus horam vnam. Totus autem defectus horas duas.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 3′ 17″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis Australis decrescens 2′ 26″.

Subijcio nunc picturam.

BORE-

BOREAS.

Luna cuius interuentu totus Sol obscuratur.



AVSTER.

Horribile hoc deliquium Solis, & sequentem simul Eclipsin Lunæ, secutus est atrox interitus Nicephori pessimi & crudelissimi Imperatoris Constantinopolitani, qui à Bulgaris paulò antè à se victis, improuiso noctis assultu oppressus, cum toto exercitu ad internecionem cæsus est. Cranio eius deargentato, Crunnus Bulgarorum princeps pro poculo vsus est in conuiuijs. Filius eiusdem Imperatoris Nicephori Stauracius, ob corporis deformitatem & ingenij stoliditatem à Byzantinis repudiatus, in monasterium inclusus est. Facta hæc sunt proximo anno post horribilem hanc Eclipsin Solis.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO DOMINI 810. *Nocte qua erat inter 14. & 15. Decembris.*

Ab initio annorum Christi, vsq; ad hunc defectum Lunæ sunt completi anni Iuliani 809. menses 11. dies 13. horæ 19. scrup. 40. Ergo hæc Eclipsis facta est anno Domini 810. nocte quæ fuit inter 14. & 15. diem Decembris, post septimam horam vespertinam scrupulis 40. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, si ad meridianum Regiomontanum in Borussia calculus applicetur.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	50	32	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	38	34	
Solis simplicis	4	9	43	16	
Solis compositi	4	26	33	48	
Anomaliæ annuæ Solis	3	3	7	17	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	57	36	44	
Anomaliæ ☽	5	24	12	31	
Latitudinis ☽	4	31	57	7	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	16	54	37	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	23	Scrup. proport. 31′ 9″.
Anomalia Solis coæquata	3	10	28	40	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	24	4.	

ERGO ☉ in ♐ 27 part. 1′ 5″.

Longi-

	Sex. part.		′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	55	13	28	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	18	34	Scrup. proport. 6′ 9″.
Anomalia ☽ coæquata	5	22	53	57	
Absoluta æquatio primi epicycli ad-(denda	0	2	47	8	

ERGO ● in ♊ 27 part. 1′ 45″.


Caput draconis in ♊ 22 part. 17′ 30″. Absuit ergo Luna à capite draconis 4 part. 44′ 15″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 4 sex. part. 34 44′ 15″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens 24′ 44″.
Semidiameter Lunæ 15′ 13″.
Semidiameter vmbræ coæquata 39′ 52″.
Summa duarum Semidiametrorum 55′ 5″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 30′ 26″.
Diameter Lunæ apparens 30′ 26″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 0. Fuit ergo totalis Eclipsis Lunæ sine mora.

Scrupula incidentiæ 49. Motus horarius Lunæ à Sole 27′ 9″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 48. Integer autem defectus horas 3. scrup. 36.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis Borealis crescens 20′ 6″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis crescens 29′ 22″.

Sequitur pictura huius deliquij.



Hanc quoq; Eclipsin secutum est bellum Bulgaricum, in quo Nicephorus Imperator Constantinopolitanus auarus & crudelis, cum toto ferme exercitu interijt. Filius eius Stauracius in dextera parte colli vulneratus, ægre euasit Adrianopolin, & paulò pòst coactus est imperio abdicare. Facta hæc sunt omnia, proximo anno post hanc Eclipsin, qui fuit annus post Christi natiuitatem 811.

Cyclus Cyclus. ☽ ☉

—8. Cal. Augusti, anno Domini 811, Indict. 4. occisus est in prælio nocturno Nicephorus Imperator Constantinopolitanus. Successit illi filius C. FL. STAVRATIVS, qui imperauit in Oriente menses 2. dies 10. Onuph.

4

—3. Nonas Octob. Indict. 5. repudiato Stauratio, à Byzantinis electus & coronatus est Imperator Orientis FL. MICHAEL CVROPALATES cognomento Rangabes, qui præfuit imperio anno 1. m. 9. d. 9. Onuph. Et habuit vxorem Procopiam filiam Imp. Nicephori, quæ coronata est 4. Idus Octob. Annal. Const. lib. 24.

811 | 15 9 DC

4. die Decembris obijt Carolus rex Germaniæ, filius Caroli Magni, cum antea bellum aduersus Sorabos ad Albim gessisset. Eodem hoc anno Domini 811. 8. Cal. Ianuar. Fl. Theophilactus, Michaëlis imperatoris Constantinopolitani filius, Augustus appellatus est Onuph.

4779

Tertia Idus Ianuarij, Indictione 5. moritur Stauratius Imp. filius Nicephori. Annal. Const. lib. 24.

Pridie Idus Maij, anno Domini 812. SOL DEFECIT post meridiem. Regino. Annon. lib. 4. cap. 105. Annal. Constantinopolitani lib. 24. hanc Eclipsin factam esse tradunt 5. Idus Maij. Alij Idibus Maij, ita autores variant. Sed pridie Idus Maij contigisse, calculo Astronomico demonstrabimus.

—Septima Idus Iunij eduxit Michaël Imperator Orientis exercitum in Bulgariam, sed re minus feliciter gesta, repedauit ad regiam vrbem Constantinopolin. Mense quoq; Augusto eadem hac Indictione 5. Thebid Arabs aduersus Christianos Orientales aciem direxit, sed victus à Leone, amisit duo millia virorum. Annal. Constantinop. lib. 24.

5

✱ Nonis Nouembris apparuit Cometa in forma duarum lunarum fulgentium, adunantium se atq; separantium in diuersa schemata, ita vt viri acephali figuram exprimerent. Annal.

8. Cal. Ian. anno Domini 813. ineunte, die Natiuitatis Christi, Ludouicus Pius à patre Carolo Magno occidentis imperatore, Aquisgrani Augustus coronatus est, qui cum patre imperauit annum vnum, mensem vnum, & dies 4. Onuph. in fastis. Eodem die Bernardus Pipini filius ab Auo suo Carolo Magno constitutus est rex Italiæ in locum patris sui. Regnauit annos 5. mens. 3. diesq; aliquot. Onuph. in Rom. princip.

812 | 16 10 B

4780

—ECLIPSIS SOLIS FACTA EST in 17. parte Tauri, 4. die Maij, anno Domini 813. mensibus octo, & 24. dieb. ante obitum Caroli Magni, huius & præcedentis Eclipsis supputatio sequitur.

Mundi. Christi. Indict.

Vuu CALCV-

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST PRIDIE IDVS MAII, ANNO DOMINI 812. *Qui habuit aureum numerum 15. Cyclum Solarem 9. & literas Dominicales in anno bisextili D & C.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hunc defectum Solis, numerantur completi anni Iuliani 811. menses 4. dies 13. horæ 12. scrup. 26. Facta igitur est hæc Eclipsis, anno Domini 812. die 14. Maij, post horam duodecimam meridianam scrup. 26. Si ad meridianum Montis regij inclyæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	51	43	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	47	28	
Solis simplicis	0	38	59	1	
Solis compositi	0	55	50	45	
Anomaliæ annuæ Solis	5	32	22	25	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	56	33	16	
Anomaliæ Lunæ	3	54	52	3	
Latitudinis Lunæ	4	27	31	58	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	56	10	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	30	Scrup. proportionalia 38′ 0″.
Anomalia Solis coæquata	5	39	43	55	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	42	41	

ERGO ☉ in ♉ 26 part. 37′ 52″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	53	6	32	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	53	6	Scrupula proportionalia 0′ 17″.
Anomalia Lunæ coæquata	3	52	58	57	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	4	9	27	

ERGO ☽ in ♉ 26 part. 37′ 54″.

Caput draconis in ♉ 24 part. 56′ 29″. Abfuit ergo Luna à capite draconis 1 part. 41′ 25″.

Motus enim latitudinis Lunæ coæquatus 4 sex. 31 part. 41′ 25″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 8′ 50″.

In sexto climate parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 15′ 13″.

Parallaxis autem latitudinis Lunæ à Sole 20′ 52″.

Ergo latitudo Lunæ apparens australis decrescens 12′ 2″.

Semidiameter Solis 15′ 47″.

Semidiameter Lunæ 17′ 8″.

Summa vtriusq; Semidiametri ☽ & ☉ 32′ 55″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 20′ 53″.


Diameter Solis apparens 31′ 34″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 7. Scrup. 57.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 30′ 44″.
Motus horarius Lunæ à Sole 32′ 56″.
Durauit igitur dimidius defectus horam vnam fermè, videlicet ſcrup. 56. Integer autem defectus durauit horam vnam, & ſcrup. 52.
Latitudo Lunæ in initio Eclipſis auſtralis decreſcens 14′ 43″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipſis itidem Auſtralis decreſcens 9′ 22″.

Subijcio nunc picturam.



Hanc Eclipſin ſecutæ ſunt duæ expeditiones: prima Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani in Bulgariam: altera Thebidi Arabum ducis aduerſus Chriſtianos Orientales. Michaël Imperator in Bulgaria rebus minus feliciter geſtis, Conſtantinopolim reuerſus eſt. Thebidus autem à Leone memorabili pugna victus, amiſit duo millia Arabum. Eodem quoque hoc anno, menſe Nouembri Meſembria expugnata eſt à Crunno Bulgarorum duce. Et quarto die eiuſdem menſis exarſit horribilis Cometa, in forma duarum Lunarum fulgentium, ita ſeſe adunantium, vt viri ſine capite ſpeciem exprimerent. In Palæſtina ac Syria eodem hoc tempore multa homicidia, rapinæ, ac adulteria à Saracenis ſunt commiſſa. Sepulchrum Mariæ virginis, Templum reſurrectionis Chriſti, mons Caluariæ, & alia loca ſancta vrbis Hieroſolymæ profanata ſunt. Annal. Conſt. lib. 24. Trecenteſimo quoq; & quinquageſimo quinto die poſt hanc eandem Eclipſin, Sol denuo defecit in 16 gradu, 33. ſcrup. Tauri, cum anni Solaris curriculum nondum eſſet expletum. Quod calculo aſtronomico ſic probamus.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST PAVLO ANTE OBITVM CAROLI MAGNI, ANNO DOMINI 813.

Qui habuit aureum numerum 16. Cyclum Solarem 10. Literam Dominicalem B.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hoc deliquium Solis, sunt completi anni Iuliani 812. menses 4. dies 3. horæ 4. scrup. 29. Ergo hæc Eclipsis facta est anno Christi 813. quarto die Maij, post horam quartam matutinam scrup. 29. Si ad horizontem Regiomontanum in Borussia calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	16	52	32	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	31	53	35	
Solis simplicis	0	28	32	54	
Solis compositi	0	45	25	26	
Anomaliæ annuæ Solis	5	21	55	51	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	0	13	54	
Anomaliæ Lunæ	3	8	36	32	
Latitudinis Lunæ	4	39	34	11	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	16	57	14	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	21	34	Scrup. proportionalia 30′ 59″.
Anomalia Solis coæquata	5	29	17	25	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	3	5	

ERGO ☉ in ♉ part. 16 33′ 13″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	0	27	48	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	0	7	38	Scrupula proportionalia nulla.
Anomalia Lunæ coæquata	3	8	44	10	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	0	49	7	

ERGO ☾ in ♉ part. 16 33′ 9″.

Caput draconis in ♉ part. 6 9′ 51″. Abfuit ergo Luna à capite draconis part. 10 23′ 18″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus Sex. part. 4 40 23′ 18″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 54′ 1″.

In Asia minore hæc Eclipsis conspecta est Sole oriente.

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole in quinto climate 28′ 56″.

Parallaxis latitudinis Lunæ à Sole 47′ 36″.

Ergo latitudo Lunæ apparens Borealis crescens 6′ 25″.

Semidiameter Solis apparens 15′ 49″.

Semidiameter Lunæ apparens 17′ 48″.

Summa vtriusq; Semidiametri ☽ & ☉ 33′ 37″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 27′ 12″.


Diameter Solis apparens 31′ 38″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 10. Scrup. 19.

Scrupula

Scrupula incidentiæ 33.
Motus horarius Lunæ à Sole 35' 3".
Durauit igitur dimidius defectus 54. scrupula, vnius horæ. Integer autem defectus horam vnam, scrup. 48.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis crescens 5' 35".
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis crescens 9' 14".

Sequitur pictura.



De hac Eclipsi legimus in annalibus Constantinopolitanis lib. vltimo, eam factam esse tempore matutino, quod cum nostra supputatione exactè conuenit. Et eodem quidem hoc mense, hanc Eclipsin secutum est atrox prælium, quo Michaël Imperator Constantinopolitanus 23. die Maij à Crunno Bulgarorum duce victus, omnem suam dignitatem & autoritatem amisit. Paulò enim post, quarto Idus Iulij, feria secunda, indictione sexta, idem Michaël imperio abdicauit, & detonsis capillis monasterium ingressus est. Cum pridie eius diei, videlicet V. Idus Iulij, die Dominico omnium consensu, FL. LEO Armenus Orientalium regionum Prætor, declaratus esset Imperator. Eandem quoq; hanc Eclipsin post menses 8. & dies 24. secuta est mors inuictissimi & felicissimi imperatoris CAROLI MAGNI, Regis Francorum, cui successit filius LVDOVICVS PIVS. Cæterum nunc deinceps series annorum Domini à vulgari initio annorum Christi dependens, tot Eclipsibus hactenus confirmata, satis certa & perspicua sit, superuacaneum esse duco, omnium sequentium Eclipsium supputationes & picturas huic operi inserere, ne res nauseam lectori commoueat. Ergo posthac simpliciter notabimus, quibus annis ac diebus Eclipsis factæ sint, additis breuissimis demonstrationibus mathematicis. Interdum tamen vbi id necessitas flagitat, integras illarum tantùm Eclipsium supputationes & picturas adscribemus, quæ ab excellentibus Astronomis obseruatæ, Ptolemaici calculi emandationem declarare videntur.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—4. die Maij huius anni facta est horribilis hæc Eclipsis Solis, cuius calculum & picturam iam præmisimus.

—5. Idus Iulij Imperator Orientis declaratus est FL. LEO V. Ar-
6 menus, Bardæ filius, qui imperauit annos 7. menses 5. dies 14. Onuph. Hic Theophylactum Michaëlis filium, quem pater Imperatorem appellârat, mutilatum ea parte, qua vir erat, vnà cum matre in exilium egit.

813 — 17 11 A — 4781

—5. Calend. Februarij CAROLVS MAGNVS Francorum rex, Imperator occidentis, rebus maximis gestis bello & pace, & constitutis Scholis, Bononiensi, Parisiensi & Papiensi, diem suum extremum clausit Aquisgrani, anno ætatis suæ 72. Imperij 14. Regni 46. Christi 814. Successit illi in regno Francorum & imperio occidentis filius LVDOVICVS PIVS, qui imperauit annos 26. menses 4. dies 24. Onuph.

7 —Habdallas III. Amiras 24. Saracenorum annis 17. Funct.

814 — 18 12 G — 4782

—Haraldus Dania pulsus à Ludouico Imperatore regno restituitur. Crantz.

—VVigbertus dux Angriæ, Magni VVedekindi filius inter Saxones vir primarius, vxorem habuit Sindacildam de genere Rabodi Phrisonum ducis: qui baptizandus, interrogauit vbi patres
8 sui & proaui essent? vbi audiuit omnes à Christo alienos in perditionem abiisse, pedem è baptisterio retraxisse fertur, eò se profecturum contestans, quo maiorum suorũ cœtus tanquam pars maxima demigrasset. Ex ea coniuge VVigbertus geminam sustulit prolem: Brunonem atq; VValbertum. Crantz.

815 — 19 13 FE — 4783

—Pridie Idus Iunij, anno Domini 816. Indict. 9. mortuus est Leo Tertius Pontifex Rom. vacat sedes dies 20. Succedit 10. Cal. Iulij STEPHANVS QVINTVS, qui sedit mens. 6. d. 24. Onuph. 8. Cal. Feb. anno Domini 817. obijt Stephanus V. Pontifex Rom.
9 vacat sedes dies 2. Succedit 6. Cal. Febr. PASCHALIS Romanus, qui sedit annos 7. menses 3. dies 17. Onuph.

Nonis Febr. anno Dn. 817. LVNA DEFECIT hora noctis secunda. Annon. Ad quod tempus æquale sub meridiano Regiomontano in Borussia, hi colliguntur motus æquales Lunæ, hora 7. vespertina.

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole	3	5	30	8
Anomaliæ Lunæ	2	14	44	0
Latitudinis Lunæ	1	31	28	8

816 — 1 14 D — 4784

Ergo nocte illa quæ fuit inter 4. & 5. diem Februarij, hora 7. vespertina, tota Luna defecit, haud procul à cauda draconis, in dodecatemorio Leonis.

Mundi. Christi. Indict.

Præce-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Præcedentem Eclipsin Lunæ totalem, secutum est bellum ciuile, quo Bernhardus Italiæ rex, filius Pipini, Caroli Magni nepos, patruo suo Imperatori Ludouico Pio rebellauit, eumq; ad.tu Italiæ prohibere, ac regno Franciæ exuere instituit. Sed paulò post à suis destitutus Imperatori se tradidit, cum Pipino filio & nepotibus ex hoc tribus, Bernhardo, Pipino & Eriberto. Paul. Æmil. Regino Abbas Prum.

10

Berengarius Æstensium Comes Bernhardum Italiæ Regem bello victum cepit, Iohan. Bapt. Pig.

Bernhardus Italiæ rex cogente Ludouico Pio Imperatore anno Domini 817. abdicauit. Onuph.

817 — 2 — 15 — C

4785

Circa Cal. Aprilis, anno Domini 818. Bernhardus rex Italiæ luminibus priuatus, & in monasterium inclusus est, in quo paulò post mæstitia extinctus est. Onuph Regino.

8. Idus Iulij, anno Domini 818. facta est ECLIPSIS SOLIS, Annon. lib. 4. cap. 106. De tempore huius Eclipsis, an rectè ab Annonio annotata sit, nonnihil dubitat etiam Mercator. Et nouilunium quidem rectè incidit in septimum diem mensis Iulij, eodemq; die, Luna ad caudam draconis accessit. Potuit ergo obscurari Sol propter interuentum Lunæ, Nonis Iulij, non autem 8. Idus Iulij, vt Annonius habet. Nam ad septimum diem Iulij, & horam 9. matutinam sub meridiano Regiomontano in Borussia, hi colliguntur motus æquales.

11

818 — 3 — 16 — B

4786

	Sex.	part.		
Longitudinis Lunæ à Sole	0	3	2	21
Anomaliæ Lunæ	1	3	53	10
Latitudinis Lunæ	1	25	31	49

Ergo Sol defecit circa nonam horam matutinam Nonis Iulij, anno Domini 818. in dodecatemorio Cancri. Vna die igitur Annonius in annotatione huius Eclipsis aberrat.

12

819 — 4 — 17 — AG

8. Cal. Ian. ineunte anno Domini 820. Lotharius, Ludouici Pij filius, à patre Augustus est appellatus, imperauit cum patre in occidente annos 20. menses 5. dies 26. Onuph.

4787

Pestis & fames ob humidas tempestates per totum annum orbem terrarum afflixerunt.

8. Cal. Decemb. anno Domini 820. hora noctis secunda LVNA DEFECIT. Annon. lib. 4. cap. 107. Ad horam 10. vespertinam, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ, hi colliguntur motus æquales Lunæ.

13

	Sex.	part.		
Longitudinis Lunæ à Sole	2	54	34	37
Anomaliæ Lunæ	4	16	24	36
Latitudinis Lunæ	1	21	7	40

Ergo tota Luna defecit 10. hora vespertina, cœpitq; Eclipsis, 2. hora post crepusculum vespertinum, nocte quæ fuit inter 23. & 24. diem Nouembris, anno Domini 820. Factus est hic defectus Lunæ in dodecatemorio ♊, haud procul à cauda draconis.

820 — 5 — 18 — F

4788

8. Cal. Ianuarij, anno Domini 820. prope exacto, hora noctis 10. occisus est LEO V. Imperator Orientis, In eius locum electus est FL. MICHAEL BALBVS, qui in oriente imperauit annos 8. menses 9. dies 7. Onuph.

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Fl. Thomas Constantinus in Asia contra Michaëlem Balbum imperium inuasit, anno Domini 821. Eum non multò post Michaël Imperator Orientis, captum, brachijsq; & pedibus truncatum interemit. Onuph.

14

821

6 19

E

4789

—Ludouicus Pius Imperator occidentis rex Francorum, HILDESHEIMENSEM EPISCOPATUM fundauit, anno Domini 822. Aulicensem enim Ecclesiam à patre in Orientali Saxonia ad riuum Salam qui Leynæ influit inchoatam, hodie Eltze vocant oppidum, HILDESIAM transtulit, quam ciuitatem idem Ludouicus paulò ante miraculo commonitus, ædificare cœperat. Crantz. & Chron. Sax.

15

822

7 20

D

4790

—Nonis Aprilis anno Domini 823. die Paschatis, Lotharius qui à patre Ludouico piò paulò ante rex Italiæ & Augustus appellatus erat. Romæ à Paschali Pontifice coronatur. Onuph.

1

823

8 21

CB

4791

—3. Idus Maij obijt Paschalis Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 4. Successit 16. Cal. Iunij EUGENIUS SECUNDUS, qui sedit annos 4. menses 6. dies 24. Contra hunc in schismate creatus Zinzimus, post aliquot dies abdicauit. Onuph.

2

824

9 22

C

4792

Rabbanus

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Rabbanus Fuldensis Abbas clarus habetur.
—Bulgari ad Ludouicum Pium occidentis Imperatorem, comitia Aquisgrani habentem veniunt, pro terminis inter suam & Francorum regionem constituendis. Regino.

3

825
10 21 G

4793

—Saraceni circa hæc tempora Cretam insulam occupant, & totam ferè in suam ditionem redigunt. Eos cum Michaël Balbus Orientis Imperator, classe ex insula iterum depellere conaretur, duobus magnis prælijs victus est. Phrygio.

4

826
11 24 F

4794 —Saraceni Asiani Palæstinam, Mauri Siciliam incursionibus fœdarunt. Blond.

5

827 —4. Idus Decemb. anno Domini 827. Eugenius secundus Pontifex obijt. Vacat sedes dies 3. Succedit 19. Cal. Ianuarij VALENTINVS Romanus. Sedit mensem vnum, dies 10. Obijt 11. Cal. Febr. anno Domini 828. Vacat sedes dies 3. Succedit 7. Cal. Febr. GREGORIVS IIII. Romanus, qui sedit annos 16. Onuph.
12 25 ED

4795

—In Vasconia annona de cœlo pluit frumento similis, sed granis breuioribus. Spec. lib. 25. cap. 33.
—Cal. Iulij, primo diluculo, Luna in occasu suo defecit. Annon. Colliguntur autem ad quartam horam matutinam, primo die Iulij huius anni Christi 828. Sub meridiano Regiomontano, ex tabulis Prutenicis hi motus æquales.

6

	Sex.	part.		
Longitudinis Lunæ à Sole	3	0	9	23
Anomaliæ Lunæ	2	49	9	30
Latitudinis Lunæ	1	30	12	44

828
13 26 C

Ergo tota Luna defecit in cauda draconis, & in dodecatemorio Capricorni.

4796

Cal.

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

7

829 — 14 — 27 — B

Cal. Octobris, anno Domini 829. mortuus est Michaël Balbus Imperator Orientis. Succeßit illi eodem die filius FL. THEOPHILVS, qui Constantinopoli imperauit annos 12. menses 3. dies 20. Onuph. & Zonar. Cedrenus addit eum succeßisse patri Indictione octaua.

4797

Synodus ab Imperatore Ludouico Pio conuocata Aquisgrani, qua vanitates vestium, & luxus gemnarum, auri argentiq; nimia pompa Ecclesiasticis interdicta sunt. Regino.

8

830 — 15 — 28 — A

4798

Muhamad XXV. Amiras Saracenorum annis 40. Hunc Cedrenus Mamuntum vocat.

9

831 — 16 — 1 — GF

4799

Lotharius, Pipinus & Ludouicus filij Ludouici Pij Imper. patri rebellant, eò quod in Carolum filium ex Iuditta secunda coniuge natum, propensior videretur. Regino.

10

832 — 17 — 2 — E

Fl. Michaël IIII. Porphyrogenitus, Cæsar à patre Theophilo Imperatore appellatus est, anno Domini 833. Imperauit cum patre sub Cæsaris nomine annis 9. Onuph.

4800

Mundi. Christi. Indict.

Ludoui-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

11

—Ludouicus Pius Imperator occidentis, à proprijs filijs Lothario, Pipino & Ludouico capitur, & in monasterium includitur. Coniunx eius Iuditta filia VVelphi primi Comitis Altorfensis relegatur in Italiam. Annon. Regino.

833

18 3 D

4801

—Haymo tertius Episcopus Halberstadensis, qui in omnes veteris & noui testamenti libros commentarios scripsit, moritur anno Domini 834.

—Ludouicus Pius Imperator occidentis à filijs iterum dimissus recepit imperium, cumq; filijs deprecantibus culpam ignouisset, coniugem reuocauit ab exilio. Annon.

12

834

19 4 C

4802

—Bruno VVigeberti filius, dux Angriæ, inter Saxones vir primarius, frater VValberti, vxorem habuit Susannam ex Suæuia, quæ genuit Ludolphum, qui in principatu successit. Sed VValbertus frater Brunonis, prolem masculam non reliquit. Crantz.

13

835

1 5 BA

4803

14

—Gregorius Pontifex Romanus Festum omnium Sanctorum instituit, ad Cal. Nouembris celebrandum. Estq; hoc festum à Gallis & Germanis primo celebratum anno Domini 836. Chron. Germ.

836

2 6 G

4804

Normanni

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Normanni Dani, impoſuerunt Friſonibus tributum. Et progreſſi Antuerpiam vſq; vrbem incenderunt. Galliam quoq; miſeris modis depopulati ſunt. Saraceni interim ferro & igni Italiam deuaſtarunt, & Romana ſuburbia igni cremarunt. Blond.

15

837

3 7 F

4805

—Kenedus Scotorum rex hoc tempore regnare cœpit, præfuitque regno annis 17. Funct.

—EDELphus Secundus Anglorum rex annis 20. Fuit hic Egberti regis filius, cumq; prius ſubdiaconatus gradu initiatus eſſet, mox Romani Pontificis autoritate eo vinculo ſolutus, OSBVRGAM vxorem duxit. Georg. Lil.

1

838

4 8 E

4806

—Carolus Caluus Neuſtriæ rex conſtituitur à patre Ludouico Pio Imp.

—✶ Cometa viſus eſt in ſigno Arietis. Spec.

2

839

5 9 DC

4807

—OTTO Æſtenſium Comes annis 58. Ioh. Bapt. Pig.

—3. Nonas Maij, ſub mortem Ludouici Pij, 3. die Letaniæ Maior, feria 4. ante aſcenſionem Domini, hora diei 9. anno Domini 840. facta eſt ECLIPSIS SOLIS maxima. Annonius lib. 5. cap. 19. Marianus factam eſſe ſcribit inter 8. & 9. horas. Colliguntur autem ad ſecundam horam pomeridianam, quæ eſt hora 9. ab exortu Solis, ſub meridiano Regiomontano in Boruſsia, 5. die Maij huius anni Dn. 840. hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole	0	2	24	38
Anomaliæ Lunæ	2	53	43	13
Latitudinis Lunæ	1	25	53	28

Ergo 5. die Maij, anno Domini 840. hora 2. poſt meridiem in Sole defecerunt 10. digiti, haud procul à cauda draconis in dodecatemorio ♉.

3

840

6 10 B

4808

12. Cal. Iulij, anno Domini 840. Indict. 3. obijt Ludouicus Pius Imp. & rex Franciæ, cui ſucceſsit filius LOTHARIVS, qui imperauit in occidente annos 15. menſes 3. dies 10. Onuph. CAROLVS CALVVS eius frater rex Franciæ factus, regnauit annos 37. m. 3. d. 17. Onuph.

Mundi. Christi. Indict.

7. Cal.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—7. Cal. Iulij, anno Domini 841. Lotharius Imp. ad Fontanedum in Gallia Lugdunensi, victus est acerrimo prælio, à fratribus Ludouico & Carolo, cæsa sunt centum millia hominum, & adeo attrita est hac pugna Franciæ potentia, vt ex eo penè conciderit. Regino.

4

841

7 11 A

4809

—13. Cal. Febr. anno Domini 842. Indict. 5. obijt Theophilus Imperator Orientis, cui succeſsit eodem die eius filius FL. MICHAEL III. qui imperauit in Oriente annos 25. menses 3. Onuph. 14. annos imperauit cum matre Theodora Augusta & vndecim annos solus. Zonar. Cedren. Eodem hoc anno Cometa visus est in signo Aquarij.

5

842

8 12 G

4810

—LVDOLPHVS filius Brunonis hoc anno totius Saxoniæ Dux creatur à Lothario Imp. Habuit hic Ludolphus vxorem Odam filiam VVilikisis EuroFrancorum regis. Chron. Sax.

6

843

9 13 FE

4811

—8. Cal. Febr. obijt Gregorius IIII. Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 15. Succeſsit 4. Idus Febr. SERGIVS 2. Romanus, qui sedit annos. 3. mens. 2. dies 3. Onuph.

—Idibus Aprilis, die Paschatis, anno Domini 844. Indict. 7. Ludouicus, filius Lotharij Imperatoris, rex Italiæ Romæ coronatur. Regnauit annos 31. menses 3. cum dimidio. Onuph.

7

844

10 14 D

4812

Ludoui-

Mundi. Christi. Indict.

XXX

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Ludouicus Germaniæ rex, Ludouici Imp. filius, Abroditos qui defecerant iterum subegit. Normanni eodem tempore Aquitaniam depopulati sunt, cum ijs Carolus Caluus Francorum rex decem annis bellum habuit, sed non satis prosperum. Vide Blondũ, Æmyl. & Annon. lib. 5.

8

845

11 15 C

4813

—RABANVS primus abbas Fuldensis, hoc anno factus est Archiepiscopus Moguntinus.

9

846

12 16 B

4814

—Pridie Idus Aprilis, anno Domini 847. mortuus est Sergius Pontifex Rom. Eodem die creatus est LEO IIII. Romanus, qui sedit in ponficatu annos 8. mens. 3. dies. 6. Onuph.

10

847

13 17 AG

4815

—Mulier quædam vatidica, falsò prædixit nouissimum diem mox venturum, Sed capta à Rabano Archiepiscopo Moguntino, in tortura spe pecuniæ se illud finxisse confessa est Cron. Germ.

11

848

14 18 F

4816

8. Cal.

Mund. Christi. Indict.

Mundi.	Christi. Cyclus ☽ Cyclus ☉	Indictionum.	
		12	
	849 15 19 E		8. Cal. Ianuarij anno Domini 850. incipiente, Ludouicus, filius Lotharij Imp. rex Italiæ, Aquisgrani Augustus appellatus est & imperauit cum patre annos 4. menses 8, dies 5. Onuph.
4817			
		13	HENRICVS DVX AVREI CVRRVS in Bauaria filius Eticonis comitis in Altorff & Rauensburg, hoc tempore in magna autoritate fuit. Huius Henrici ducis aurei currus soror, Ludgarda, matrimonio erat iuncta Ludouico regi Germaniæ, Imperatoris Ludouici Pij filio, ex qua natus est Carolus Crassus Imp. Accepit ducatum Bauariæ hic Henricus à Sororio suo Ludouico rege Germaniæ. Et ab hoc Henrico descendunt duces Brunsuicenses. Chron. Bauariæ.
	850 16 20 D		
4818			
			Pestis magna totam Germaniam afflixit duriter. Chron. Germ. Specul. Vincentij.
		14	
	851 17 21 CB		
4819			Carolus Caluus Franciæ rex, fratris sui Pipini filios, Pipinum & Carolum, Aquitaniæ principatu deiectos, in monasteria inclusit, hunc in Corbeiense, illum in Suesionense. Regino.
		15	
	852 18 22 A		
4820			

GAN-

XXX ij

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—GANDERSHEIM Ostrosaxoniæ ciuitas condita est anno Domini 853. à Ludolpho Saxoniæ duce, Henrici Aucupis auo & tres filiæ eiusdem Ludolphi, primæ fuerunt post inuicem abbatissæ in monasterio Gandersheimensi. Vrbs nomen accepit à fluuio quo alluitur. Chron. Sax.

Indictio 1

853 — 19 25 G

Mundi 4821

—IOHANNES VIII. ANGLICVS PONTIFEX Romanus, puella Moguntina mentita sexum viri, & sumpto adolescentis habitu, ob excellentem doctrinam, omnium suffragio anno Domini 853. in pontificem electa sedit annos 2. menses 5. tandem à seruo compressa, peperit in platea, & sepulta est sine omni pompa. Cæterum ne huius tanti facinoris fieret recordacio Pontifices curauerunt, vt huius fœminæ nomen ex Fastis Onuphrij prorsus tolleretur. Nisi fortasis in honorem sedis Romanæ, hunc pontificem præterire voluit Onuphrius ipse.

Indictio 2

854 — 1 24 F

Mundi 4822

—16. Cal. Augusti, obijt LEO IIII. pontifex, vt Onuphrius habet, vacat sedes menses 2. dies 15. Cal. Octob. electus est BENEDICTVS III. sedit annos 2. mens. 6 dies 9.

Indictio 3

—3. Cal. Octob. anno Domini 855. mortuus est Lotharius Imp. & rex Franciæ, cui successit filius LVDOVICVS II. Pius, Iunior, qui imperauit in occidente annis 19. mens. 10. & diebus aliquot. Onuph.

855 — 2 25 ED

Mundi 4823

—4. Idus Maij, anno Domini 856. Theodora vidua Theophili Imp. quæ hactenus orientale imperium cum filio administrauerat, coacta omni potestate abdicauit, & relegata est in monasterium. Onuph.

Indictio 4

856 — 3 26 C

Coloniæ

Mundi 4824

Mundi. | Christi. | Indictionum.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

—Coloniæ in templo tres fulmine percussi sunt, anno Domini 857. Chron. Germ.

5

857

4 27 B

—ETHELBALDVS Edelphi filius, tertius Anglorum rex mensibus 5. Georg. Lilius.

4825

—5. Idus Aprilis, anno Domini 858. mortuus est Benedictus tertius pontifex Romanus, vacat sedes dies 5. ANASTASIVS III. contra hunc in schismate creatus post dies aliquot abdicauit. Successit 8. Cal. Maij NICOLAVS Magnus, qui sedit annos 9. menses 6. dies 21. Onuph.

6

—ETHELBERTVS Quartus Anglorum rex, regnauit annos 5. & fuit frater regis Ethelbaldi, Georg. Lilius.

858

5 28 A

4826

—Ludolphus dux Saxoniæ obijt anno Domini 859. & sepultus est in monasterio Gandersheimensi. Successerunt illi filij tres, BRVNO, Tanquardus & Otto. Crantz. Chron. Saxon.

7

859

6 1 GF

4827

—Ludouicus Imp. Sclauos aliquot prosperis prælijs superauit, eorumq; principem Rastiz propter rupta fœdera exoculauit.

8

860

7 2 E

4828

BRVNS-

Mundi. Christi. Indictionum.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Indict. 9

861 — Cyclus ☽ 8, Cyclus ☉ 3, D — Mundi 4829

—BRVNSVVIGA Saxoniæ ciuitas à Brunone Ludolphi filio, Saxoniæ duce condita est. Nomen accepit à Brunone conditore, & à sinu excurrentis fluminis, quem Saxones sua lingua VVick appellant. Tanquardus frater Brunonis, arcem Tanquorderode in eadem vrbe ædificauit. Priusquam mænia vrbis à Brunone designarentur, pagus erat situs ad priorem sinum fluminis Ovvker, qui in bello Saxonico, temporibus VVedekindi, à Carolo Magno aliquoties erat direptus ac inflammatus, vocaturq; illa pars ciuitatis hodie die alte Wick/ sicut altera pars à Brunone condita, priùs Brunsvvick dicta, hodie ciuitas antiqua appellatur. Arx tertia pars vrbis, nostro quoq; tempore, de Tanquardo fratre Brunonis nomen retinet. Quartam vrbis partem, quam ciuitatem nouam incolæ vocant, Henricus Auceps Imp. muniuit. Quintam autem quæ à Sylua quondam ibi sita nomen habet Henricus Leo condidit. Ecclesiam S. Iacobi ædificarunt fratres Bruno & Tanquardus, Christianissimi principes, vrbis primi conditores, atq; ita hæc Ecclesia in vrbe Brunsuico est omnium prima. Vide Chron. Saxoniæ & Albertum Crantz in Saxonia lib. 2. cap. 31.

Indict. 10

862 — Cyclus ☽ 9, Cyclus ☉ 4, C — Mundi 4830

Indict. 11

—ETHELREDVS rex quintus Anglorum, frater Ethelberti, regnauit annos 9. Cæpit anno Domini 863.

863 — Cyclus ☽ 10, Cyclus ☉ 5, BA — Mundi 4831

Indict. 12

864 — Cyclus ☽ 11, Cyclus ☉ 6, G — Mundi 4832

Bulgari

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Bulgari Christi fidem suscipiunt, eumq; filium Dei & Saluatorem suum agnoscunt. Spec. cap. 28.

13

865
12 7
F

4833

26. die Maij, die Pentecostes, Indict. 14. Michaël imperator Constantinopolitanus Cæsarem creauit Basilium Macedónem, obscurum & ignobili genere ortum, hic imperauit cum Michaële in Oriente annum vnum, & postea solus annos 19. Cedren.

14

866
13 8
E

4834

9. Cal. Maij, anno Domini 867. occisus est Michaël. Imperator Orientis, Successit eodem die BASILIVS MACEDO coronatus à Photio Patriarcha, qui imperauit annos 18. mens. 10. dies 7. Hic filium Constantium eodem anno Cæsarem creauit, qui aliquot annis cum patre regnauit, sed ante ipsum mortuus est. Onuph.

15

Idibus Nouemb. anno Domini 867. obijt Nicolaus Magnus Pontifex Romanus. Vacauit sedes dies. 7. Succelsit 12. Cal. Decemb. HADRIANVS II. qui sedit annos 5. dies 12. Onuph.

867
14 9
DC

4835

Indictio prima.

1

Cum nunc deinceps raro in historicis Indictiones occurrant, omissa scala Indictionum, primam semper indictionem annis Christi inscribemus, vt ita & reliquæ absq; scala eò faciliùs haberi posśint.

868
15 10
B

4836

Hoc

Mundi. Christi. Indict.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Hoc anno Synodus octaua vniuersalis Constantinopoli celebrata est, in qua Phocas Patriarcha est depositus. Latini & Græci non sunt vniti. Sacramentum sub vtraq; specie Laicis hoc anno Romæ datum est. Spec. cap. 39. Lotharius Francorum rex adulter, & optimates eius, quia indignè Romæ corpus & sanguinem Christi perceperant, omnes intra annum mortui sunt. Regino.

869
16 11 A

4837 —Fl. Leo. Porphyrogenitus, à patre Basilio Cæsar appellatus est, & imperauit cum patre in Oriente annos 16. & menses aliquot. Onuph.

—Anno 871. iterum exarsit bellum inter Saracenos & Persas. Persæ Turcorum auxilio vicerunt, ab illo tempore nunquam Asiam deseruerunt Turci. Drechsl. Miserat Turcorum princeps Tragolipacem Mucaletum, Michaelis filium, cum tribus millibus Turcorum, qui paulò pòst interempto Machumeto, Persarum rege, rex Persiæ creatus est & Sultanus appellatus. Ceperunt Turci primùm Persidem, deinde Babylonem. Cedren.

870
17 12 G

4838

—3. Nonas Iunij, anno 871. Ludouicus secundus Romanorum Imperator, Romæ coronatus est ab Hadriano secundo, die Pentecostes. Onuph. & Annon.

—Ad hoc vsq; tempus extat successio Amiratum & regum Saracenorum. Nunc deinceps, eo quòd Saraceni in multos reges diuisi, per omnia Romani imperij regna grassati sunt, aliô conuersis historicis, domestici eorum reges scriptoribus carent.

871
18 13 FE

4839 —ALVREDVS Ethelredi regis frater, sextus Anglorum rex annis 28. Georg. Lil.

—Cal. Decemb. anno Domini 872. mortuus est Hadrianns Secundus Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 2. Successit 19. Cal. Ianuarij IOHANNES VIII. qui sedit annos 10. dies 3. Onuph.

872
19 14 D

Sanguis

4840

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

873
1 15
C
4841

—Sanguis de cælo pluit tribus diebus ac noctibus. Locustæ Galliam vastarunt & tanta secuta est fames, vt tertia etiam pars hominum moreretur, Specul. Vincentij & Chron. Germ.

874
2 16
B
4842

—Circa Cal. Augusti, anno Domini 875. obijt Ludouicus Secundus Imp. Successit CAROLVS CALVVS rex Francorum, qui imperauit in occidente annos 2. menses 2. & dies aliquot. Onuph.

—Gelu horridissimum atq; continuum hoc anno fuit, à mense Nouembri vsq; in tempus veris. Chron. Germ.

875
3 17
AG
4843

—5. Cal. Septemb. anno Domini 876. diem suum extremum clausit, LVDOVICVS Senior rex Germaniæ, post eius mortem duo eius filij regnarunt: Carolus Crassus in Germania, annos 11. mens. 4. dies 16. Carolomannus in Italia & Bauaria, annos 3. menses 7. dies 6. Onuph.

876
4 18
F
4844

IOHAN-

Mundi. Christi.

IOHANNES SCOTVS Sophista claret, à sui seculi doctis viris pro hæretico habitus, Spec. cap. 42.

877 | 5 19 E | 4845

Pridie Non. Octobris, anno Domini 877. decesſit ex hac vita Carolus Caluus Imperator occidentis & Rex Franciæ. Schafn. Marian. Onuph. Succeſsit eius filius LVDOVICVS III. BALBVS, qui regnauit in Francia & imperauit in Occidente, annum vnum, menses 6. dies 5. Onuph. obijt Carolus Caluus anno regni sui 38. imperij tertio. Alberic.

878 | 6 20 D | 4846

16. die Octobris fuit magna ECLIPSIS LVNÆ Regino. Et rursum 4. Cal. Nouembris, anno secundo Imperij Ludouici, Domini 878. magna fuit SOLIS DEFECTIO Marianus. Regino. Vtramq; Eclipsin hoc anno factam esse sic probamus. Primùm ad 15. diem Octobris hoc anno sub meridiano Regiomontano in Borussia, hora 5. matutina, hi colliguntur motus æquales: Longitudinis Lunæ à Sole 180. part. 19. Scrup. Anomaliæ Lunæ 27. part. 19. scrup. Latitudinis Lunæ 87 partium, & 27. scrup. Ergo 15. die Octobris, hora 5. matutina, hoc anno Domini 878. tota Luna defecit in dodecatemorio ♈. haud procul à cauda draconis. Legendũ igitur est in Reginone, Lunam deliquium passam 15. die Octobris, sicut & Mercator annotauit. Deinde ad 29. diem Octobris huius anni 878. hora tertia post meridiem, colliguntur sub eodem meridiano Regiomontano hi motus æquales: Longitudinis Lunæ à Sole 356. part. 4. Scrup. Anomaliæ Lunæ 215. part. 40. scrup. Latitudinis Lunæ 278. part. 10. scrup. Defecit ergo Sol die 29. Octobris, hora tertia post meridiem, ad decẽ digitos, habitantibus in sexto climate, circa 10. gradum Scorpij, haud procul à capite draconis. Hanc Eclipsin Vincentius in Speculo ad annum Christi 880. refert, vbi scribit, Solem hora diei 9. adeo obscuratum, vt stellæ in cœlo viderentur. Sed anno Christi 878. contigisse, calculo mathematico probauimus. Cæterum quæ mala has

879 | 7 21 CB | 4847

4 Idus Aprilis, die Parasceues, iam vespere Ludouicus Balbus Imp. obijt. Annon. In eius locum Imperator factus est CAROLVS III. CRASSVS, Ludouici regis Germaniæ filius, qui imperauit in Occidente annos 8. menses 7. Onuph. Schafn. Et LVDOVICVS Balbi filius rex Franc. qui regnauit annos 5. menses 4. & dies aliquot, cum fratre Carolomanno secundo, rege Burgundiæ & Aquitaniæ. Onuph.

4. Nonas Aprilis, anno Domini 880. mortuus est Carolomannus anno proximo post Ludouicum Balbum. Onuph. Mass.

880 | 8 22 A | 4848

Cal. Augusti facta est pugna in loco qui dicitur Ebbeckestorp, in ducatu Luneburgensi. In hoc prælio, duo fratres BRVNO & TANQVARDVS duces Saxoniæ cum 12. comitibus totidemq; Episcopis, imò cum toto agmine Christianorum à Normannis a Danis cæsi occubuerunt. & succeſsit in ducatu Saxoniæ OTTO eorum

frater

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

frater, tertius filius Ludolphi ducis Saxoniæ, pater Henrici Aucupis Imp.

—ALBATEGNIVS insignis Mathematicus clarus habetur.

has duas Eclipsis secuta sint, series annorum dilucide declarat, mortui enim sunt paulò post, Ludouicus Balbus Imperator, & Carolomannus eius patruus rex Italiæ. Normanni quoq; Hamburgum & Saxoniam depopulati sunt, quibus cum se opponerent Bruno & Tanquardus duces Saxoniæ, cum toto exercitu ad internecionem penè cæsi sunt.

881
9 23
G

4849

882 —18. Cal. Ianuarij, anno Domini 882. mortuus est Iohannes octauus Pontifex maximus. Vacauit sedes dies 3. Successit 15. Cal. Ianuarij MARINVS GALLESIANVS Tuscus, qui sedit annum vnum, menses 2. dies 28. Onuph.
10 24
F

4850

Indictio prima.

ECLIPSIS LVNÆ ab Albategnio obseruata est Aractæ, anno 1194. ad Hilcarnaim, à morte Alexandri Magni autem anno 1206. die 23, mensis Temur, hoc est, Iulij. Medium eius fuit post huius diei meridiem horis æqualibus 8. & modico amplius. Sole in quarto gradu Leonisconstituto, & Luna in quarto gradu Aquarij. Albategnius Capite 30. Huius Eclipsis calculus & pictura sequitur.

883 —Æquinoctium autumnale factum est 19. die mensis Elul, hoc est, Septembris, ex Romanorum mensibus, quod est 8. die mensis Pachon, anno ab obitu Alexandri Magni 1206. & Hilcarnaim 1194. Albateg.
11 25
ED

4851

Mundi. Christi.

Anni ab obitu Alexandri Magni iuxta Albategnij supputationem, dependent à secundo anno Olympiadis 114. Videlicet à Solstitio æstiuo, anni mundi 3646. Nam paucis diebus ante illud Solstitium, circa finem primi anni Olympiadis 114. Alexander Magnus est extinctus.

Anni Hilcarnaim sunt anni Chaldæorum, & dependent à secundo anno Olympiadis 117. videlicet à Solstitio æstiuo anni mundi 3658. à quo tempore Ptolemæus quoq; annos Chaldæorum incipit. lib. 11. cap. 7.

CALCV-

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO AB OBITV *Alexandri Magni 1206. Die 23. Mensis Julij Anno Domini 883. Qui habuit aureum numerum 10. Cyclum Solarem 24. Literam Dominicalem F.*

Ab initio annorum Domini vsq; ad hanc Eclipsin Lunæ, sunt completi anni Iuliani 882. menses 6. dies 22. horæ 17. Scrup 52. sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini vulgari 883. die 23. Iulij horis post meridiem 5. scrup. 52. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	17	51	20	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	39	15	34	
Solis simplicis	1	46	59	28	
Solis compositi	2	4	50	48	
Anomaliæ annuæ	0	39	52	32	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	3	8	7	
Anomaliæ Lunæ	1	53	31	17	
Latitudinis Lunæ	1	40	4	33	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	18	14	0	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	23	22	Scrup. proportionalia 27′ 6″.
Anomalia Solis coæquata	0	47	15	54	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	29	50	

ERGO ☉ in ♌ part. 3 43′ 38″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	0	6	16	14	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	42	59	Scrup. proportionalia 0′ 14″.
Anomalia Lunæ coæquata	1	55	14	16	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	4	37	55.	

ERGO ☽ in ♒ part. 3 43′ 40″.

Caput draconis in ♎ part. 28 17′ 2″. Cauda draconis in ♈ part. 28 17′ 2″. Absuit ergo Luna à cauda draconis part. 5 26′ 38″.

Motus Latitudinis Lunæ coæquatus Sex. part. 1 35 26′ 38″.
Ergo latitudo Lunæ Australis crescens 28′ 25″.
Semidiameter Lunæ 16′ 21″.
Semidiameter vmbræ coæquata 46′ 21″.
Summa vtriusq; Semidiametri 63′ 11″.
Ablata latitudine Lunæ Scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 34′ 46″.
Diameter lunæ apparens 33′ 40″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 24.

Differen-

Differentia scrupulorum vtriusq; semidiametri 29′ 31″.
Scrupula moræ dimidiatæ 4′ 48″.
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 56′ 16″.
Motus horarius Lunæ à Sole 32′ 0″.
Ergo mora dimidiata Lunæ in vmbra 9. scrup. vnius horæ.
Mora integra 18. scrup. vnius horæ.
Dimidius defectus durauit horam vnam, Integer defectus horas duas.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis australis crescens 23′ 19″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Australis crescens 33′ 31″.

Ascensio recta veri loci Solis temp. 126 2′ 48″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 2. scrup. vnius horæ.
Et propter diuersitatem meridianorum Aractæ addendæ horæ 1. scrup. 8.
Ergo Aractæ hæc Eclipsis visa est paulò post octauam vespertinam, sicut & Albategnius habet.
Debuisset iuxta Ptolemæi calculos præcedere tempus ab Albategnio notatum, tribus quartis horæ æqualis. Albategnius cap. 30.

Subijcio nunc picturam.



Hanc Eclipsin secuta est mors Pontificis Romani Marini Gallesiani. Normanni quoq; eodem tempore Galliam miseris modis afflixerunt.

CALCVLVS ÆQVINOCTII AVTVMNALIS, QVOD FACTVM EST ANNO AB OBITV ALEXANDRI MAGNI 1206. DIE 19. SEPTEMBRIS, ANNO DOMINI 883. Qui habuit aureum numerum 10. Cyclum Solarem 24. Literam Dominicalem F.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hoc æquinoctium, sunt completi anni Iuliani 882. menses 8 dies 18. horæ 9. Scrup. 30. Factum igitur est hoc æquinoctium anno Domini 883. die 19 Septembris, post 9. horam matutinam scrupulis 30. Si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex. part.			
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	9	17	51	27
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	39	16	34
Solis simplicis	2	43	48	46
Solis compositi	3	1	40	14
Anomaliæ annuæ Solis	1	36	41	45
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	18	14	9
Æquatio centri Solis addenda	0	7	23	22
Anomalia Solis coæquata	1	44	5	7
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	2	2	41

Scrup. proportionalia 27′ 5″.

ERGO ☉ in ♎ part. 0 6′ 13″.

Veri loci Solis ascensio recta temp. 0 6′ 11″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda 10. scrup. vnius horæ. Et propter diuersitatem meridianorum Aractæ addendæ horæ 2. scrup. 8. Ergo Aractæ hoc æquinoctium factum est, post vndecimam horam antemeridianam scrupulis 40. videlicet scrupulis 10. ante meridiem. Albategnius ab Æquinoctio autumnali quod Ptolemæus obseruauit anno tertio Antonini, ad hoc præsens æquinoctium numerat, annos Ægyptios 743. dies 178. & horas 18. minus duabus quintis vnius horæ ferè. Idemq; scribit æquinoctium hoc factum esse tempore matutino. Respicit autem sine dubio ad æquinoctium autumnale anni præcedentis, illud enim factum est tempore matutino. Et distat à Ptolemæi Æquinoctio, tertio anno Antonini obseruato, annis Ægyptijs 743. diebus 178. horis 23. scrup. 28.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

17. Cal. Aprilis, anno Domini 884. mortuus est Marinus Gallesianus Pontifex Max. Rom. Vacauit sedes dies 2. Successit 15. Cal. Aprilis HADRIANVS III. Romanus, qui sedit annum vnum, mensem 1. dies 22. Onuph. Eodem hoc anno Domini 884. mense Augusto, extinctus est Ludouicus, Balbi Imp. filius, rex Francorum. Regnauit deinde solus eius frater CAROLOMANNVS annum vnum. Onuph.

884

12 26 C

4852

7. Idus Maij anno Domini 885. decessit Hadrianus tertius Pontifex, vacauit sedes dies 3. Successit 4. Idus Maij STEPHANVS V. qui sedit annos sex, & dies 14. Onuph.

Anno 885. cum ab Apro occisus esset Carolomannus rex Franc. Successit illi filius LVDOVICVS Nihilus; quo eodem anno extincto CAROLVS CRASSVS Imp. regnum suscepit qui regnauit in Francia annos tres non integros. Onuph. & Nic. Gill.

885

13 27 B

4853

Cal. Martij anno Domini 886. diem suum extremum clausit, Basilius Imperator Constantinopolitanus, cui successit filius LEO PORPHYROGENITVS, cognomento Philosophus, qui in Oriente imperauit annos 22. menses 3. dies 4. Onuph.

886

14 28 A

4854

Anno Domini 887. mense Nouembri Carolus Crassus cœpit ægrotare, & 4. Idus Nouemb. coactus à proceribus Imperij abdicauit. Successit ARNOLPHVS, filius Carolomanni regis Germaniæ, qui in occidente imperauit annos 12. mensem vnum, & dies 19. Onuph.

Pridie Idus Ianuarij, anno Domini 888. Carolo Crasso à regno Franciæ amoto, successit CAROLVS SIMPLEX, Ludouici Balbi Imp. filius, sed sub tutore Odone, qui paulò pòst regnum inuasit. Eodem hoc anno factus est rex Burgundiæ & Imperator in Italia RODOLPHVS Conradi filius, qui

887

15 1 GF

4855

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus ☽ ☉

qui regnauit & imperauit contra Arnolphum Imp. annis 50. Onuph. BERENGARIVS quoq; Eberhardi Foroiuliensis ducis filius, anno Domini 888. mense Ianuario, post abdicationem Imp. Caroli Crassi, à Longobardis principibus Ticini, rex Italiæ appellatus est, Regnauit ac imperauit contra Arnolphum Imperatorem, & aduersus VVidonem, Lambertum, Ludouicum Imperatores Italiæ, & contra Rudolphum, Burgundiæ regem, annis 50. Onuph.

888

16 2 E

4856

Mense Ianuario, anno Christi 889. rex Francorum salutatus est ODO, Roberti Andegauensis filius, tutor Caroli Simplicis, & regnauit annos 10. Onuph. Electus est à Fulcone Reinensi Archiepiscopo, & à Balduino Flandriæ comite, aduersus Arnolphum Imp. qui quemadmodum Carolo Crasso in Imperio, ita eidem in regno Franciæ succedere voluit. Paul. Æmil.

12. die Iunij Carolus III. Crassus cognomine, Imp. Roman. iamdudum Imperio priuatus, moritur anno Domini 889. in summa inopia. Mas. Marian.

889

17 3 D

4857

Otto Dux Saxoniæ, pater Henrici Aucupis, gener Arnolphi Imperatoris, in magna hoc tempore autoritate fuit. Crantz.

890

18 4 C

4858

9. Cal. Martij, anno Domini 891. VVido rex Italiæ, Imperator coronatus est, Indict. 9. à Stephano Pontifice maximo, eius nominis quinto. Onuph.

8. Cal. Iunij, anno Domini 891. extinctus est Stephanus V. Pontifex Max. vacauit sedes dies 5. Successit prid. Cal. Iunij FORMOSVS Portuensis, qui sedit annos 5. menses 6. dies 18. Hic omnium primus ex Episcopo factus est Papa. Contra hunc creatus est in schismate SERGIVS III. qui post aliquot dies coactus abdicauit. Onuph.

ECLIPSIS SOLIS facta est Aractæ, primo die mensis Ab, hora vna temporali post meridiem, anno ad Hilcarnaim 1202. à morte autem Alexandri Magni anno 1214. Huius Eclipsis calculum & picturam subijcimus.

891

19 5 BA

Anno Domini 892. Lambertus à VVidone patre appellatus est rex Italiæ Papiæ, & regnauit cum patre annos 3. in vniuersum autẽ annos 8. Onuph.

4859

Mundi. Christi.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST ANNO CHALDÆORVM

1202. ab Alexandri autem morte anno 1214. in nouilunio mensis אב, die 8. mensis Augusti, hora vna post meridiem, Aracta, vt Albategnius obseruauit anno Domini 891. Qui habuit aureum numerum 18. Cyclum Solarem 4. Literam Dominicalem C.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hanc Eclipsin Solis, sunt completi anni Iuliani 890. menses 7. dies 7. horæ 11. Sub meridiano Regiomontano in Borussia. Factum igitur est hoc deliquium Solis anno Christi currente 891. die 8. mensis Augusti, hora vndecima antemeridiana, hoc est, hora vna ante meridiem, si ad eundem meridianum Montis regij calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	17	58	4	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	40	6	11	
Solis simplicis	2	2	25	34	
Solis compositi	2	20	23	37	
Anomaliæ annuæ Solis	0	55	15	11	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	56	3	53	
Anomaliæ Lunæ	5	34	42	17	
Latitudinis Lunæ	1	24	7	12	
ERGO Præcessio vera æquinoctij	0	18	22	43	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	23	7	Scrup. proportionalia 26′ 29″.
Anomalia Solis coæquata	1	2	38	18	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	49	16	

ERGO ☉ in ♌ 18 part. 59′ 1″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo Lunæ à Sole duplicata	5	52	7	46	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	2	9	59	Scrup. proportionalia 0′ 22″.
Anomalia Lunæ coæquata	5	32	32	38	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	2	7	5	

ERGO ☾ in ♌ 18 part. 59′ 15″.

Caput draconis in ♒ 22 part. 44′ 58″.

Cauda draconis in ♌ 22 part. 44′ 58″.

Abfuit ergo cauda draconis à Luna 3 part. 54′ 43″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 Sex. 26 part. 14′ 17″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 19′ 40″.

Veri loci Solis ascensio recta 141 temp. 24′ 54″.

Propter inæqualitatem dierum naturalium ad tempus æquale addenda sunt 3. scrup. vnius horæ.

Et propter diuersitatem meridianorum Aractæ addendæ horæ duæ scrup. 8.

Ergo Aractæ vera coniunctio Solis & Lunæ facta est post meridiem hora vna, scrup. 11.


In sexto climate Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 1′ 51″.

Parallaxis autem latitudinis Lunæ à Sole 27′ 46″.

Ergo latitudo Lunæ apparens australis crescens 8′ 6″.
Semidiameter Solis apparens 16′ 2″.
Semidiameter Lunæ apparens 15′ 18″.
Summa vtriusq; Semidiametri 31′ 20″.
Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 23′ 14″.
Diameter Solis apparens 32′ 4″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 8. Scrup. 42.

Defecit ergo Sol duabus tertijs diametri, cum iuxta Ptolemæi calculus debuisset deficere tribus quartis. Præcedere etiam debebat eadem hæc Eclipsis tempus ab Albategnio obseruatum iuxta Ptolemæi calculus hora vna Albateg. cap. 30.
Scrupula incidentiæ 30.
Motus horarius Lunæ à Sole 26′ 56″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam scrup. 7. Integer autem defectus horas duas scrup. 14.
Latitudo Lunæ apparens in initio Eclipsis Australis crescens 5′ 30″.
Latitudo Lunæ apparens in fine Eclipsis itidem australis crescens 10′ 43″.
Confer hunc calculum Prutenicum cum Albategnij obseruatione cap. 30. notatam, & videbis pulcherrimam consonantiam. Dependent autem motus latitudinis Lunæ in Albategnio, à nodo Lunæ euehente, quem caput draconis vocant mathematici. Sed subijcio nunc picturam huius Eclipsis.



Varia bella hanc Eclipsin secuta sunt, cum Imperatores & reges Italiæ mutuis armis concurrerent, atq; ita Italia miserè aliquot annis affligeretur.

Seditiones

Mundi	Christi (Cyclus ☽ ☉)		Mundi	Christi (Cyclus ☽ ☉)	
					PLEX Ludouici Balbi Imp. filius ex Anglia in Galliam reductus est, & Remis coronatus est rex Francorum. Sed restitit illi aliquot annis Odo siue Otto eius tutor, qui anno Domini 889. designatus erat rex Francorum Nic. Gill. Guido quoq; Imp. Italiæ mortuus est anno Domini 894. cui statim successit filius LAMBERTVS, qui Romæ à Pontifice Maximo Formoso coronam imperij accepit, & imperauit post obitum patris annis 5. Onuph.
		Seditiones & bella ciuilia Italiam varijs modis deuastarunt.	4862	894 — 3 8 E	Aluredus Anglorum rex hortante Neoto Monacho viro doctissimo, Oxonij publicam Academiam fundauit. Georg. Lil.
4860	892 — 4 6 G		4863	895 — 4 9 DC	Arnolphus Imperator occidentis Italiam hostili exercitu ingressus, Romam expugnauit, & à Formoso Pontifice Max. coronatus est.
		Guido Imperator Italiæ, eiusque filius Lambertus, cum Rudolpho rege Burgundiæ de regno Italiæ certant.	4864	896 — 5 10 B	16. Cal. Ianuarij, anno Domini 896. mortuus est Romanorum Pontifex Max. Formosus, Vacauit sedes dies 2. Successit 13. Cal. Ian. BONIFACIVS VI. qui in pontificatu sedit dies 15. & mortuus est, 3. Nonas Ianuarij Vacauit sedes dies 4. & successit 6. Idus Ianuar. STEPHANVS VII. dictus Sextus, qui sedit annum vnum, mens. 3. Onuph.
4861	893 — 4 7 F	Anno Domini 894. CAROLVS SIM-	4865	897 — 6 11 A	SIGEFRIDVS Estensium comes, Dominus in Luca & Parma annis 47.

8. Idus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

dictio prima

—8. Idus Aprilis, Anno Domini 898. obijt Stephanus VI. Pontifex Max. vacauit sedes dies 3. Successit 4. Idus Aprilis ROMANVS GALLESIANVS Tuscus, qui sedit mens. 4. dies 23. & mortuus est Cal. Septemb. Vacauit sedes dies octo. Onuph.

—4. Idus Septemb. creatus est Pontifex Max. THEODORVS II. Romanus, qui in pontificatu sedit dies 20. & mortuus est tertio Cal. Octob. Vacauit sedes dies 11. Successit 5. Idus Octob. IOHANNES IX. Tiburtinus, qui sedit annos 2. dies 15. Onuph.

898

7 12 G

4866

—3. Non. Ian. anno Domini 899. obijt Odo siue Otto rex Francorum, cui successit CAROLVS SIMPLEX Ludouici Balbi Imp. filius, qui cum 5. annis contra Odonem regnasset, nunc deinceps solus regnat annos 27. & menses aliquot. Onuph. Meyrus. Nicol. Gil.

—Anno Domini 899. occisus est Lambertus Imperator Italiæ. Eodem anno ab Italicis Principibus aduersus Berengarium Imperator Italiæ appellatus est LVDOVICVS IIII. Bosonis Prouinciæ regis filius, qui regnauit annos 2. deinde coronatus imperauit annos 3. Onuph.

—3. Cal. Decemb. anno Domini 899. obijt Arnolphus Imperator occidentis, cui successit filius LVDOVICVS IIII. Germaniæ rex, qui regnauit in occidente annos 12. Onuph.

899

8 13 FE

4867

—EDVARDVS SENIOR, Aluredi regis filius, septimus rex Anglorum, regnauit annos 24. estq; consecratus ab Athelredo Cantuariensi Episcopo. Georg. Lilius.

—8. Cal. Nouemb. anno Domini 900. mortuus est Iohannes Nonus Pontifex Max. vacat sedes dies 9. Succedit pridie Nonas Nouemb. BENEDICTVS IIII. Romanus qui sedit annos 4. menses 6. dies 15. Onuph.

900

9 14 D

4868

—Albategnius Antiochiæ ECLIPSIN LVNÆ obseruauit anno ad Hilcarnaim 1212. ab Alexandri Magni obitu autem anno 1224. post medium secundi diei mensis Ab, horis 15. & tertia ferè horæ parte. Aractæ verò post meridiem horis 15. scrup. 34. Albategnius cap. 30. Hanc Eclipsin hoc anno Christi 901. factam esse, nocte quæ fuit inter secundum & tertium diem Augusti, calculo astronomico sic probamus.

901

10 15 C

4869

CALCV-

Mundi. Christi.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST ANNO CHALdaorum 1212. A morte Alexandri Magni autem anno 1224. post meridiem secunda diei mensis Augusti, vt Albategnius obseruauit horis 15. scrupulis 35. Aracta anno Domini 901. Qui habuit aureum numerum 9. Cyclum Solarem 14. Literam Dominicalem D.

Ab initio annorum Domini, ad hanc vsq; Eclipsin numerantur completi anni Iuliani 900. menses 7. dies 2. hora vna, scrup. 19. Si ad horizontem Regiomontanum in Borussia calculus dirigatur. Factus igitur est hic defectus Lunæ anno Domini 901. nocte quæ fuit inter secundum & tertium diem Augusti, post mediam noctem hora vna, & scrup. 19. Sub meridiano eiusdem vrbis Montis regij in Borussia. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	18	6	25	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	1	41	9	3	
Solis simplicis	1	57	51	36	
Solis compositi	2	[illegible]	[illegible]	2	
Anomaliæ annuæ Solis	0	50	16	58	
Longitudinis Lunæ à Sole	3	[illegible]	59	37	
Anomaliæ ☽	1	50	29	33	
Latitudinis ☽	1	39	26	52	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	18	33	30	
Æquatio centri Solis addenda	0	7	22	38	Scrup. proport. 26′ 6″.
Anomalia Solis coæquata	0	57	39	36	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	43	25.	

ERGO ☉ in ♌ part. 14 21′ 41″. Sed motu medio in ♌ part. 16 5′ 6″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	5	59	14	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	38	22	Scrup. proport. 0′ 15″.
Anomalia ☽ coæquata	1	52	7	55	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	4	43	18	

ERGO ☽ in ♒ part. 14 21′ 25″.

Caput draconis in ♌ part. 9 37′ 44″. Cauda ergo draconis in ♒ part. 9 37′ 44″.

Abfuit igitur Luna à cauda draconis part. 4 43′ 41″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. 1 part. 34 43′ 41″.

Ergo latitudo Lunæ australis crescens 24′ 41″.

Semidiameter Lunæ 16′ 46″.

Semidiameter vmbræ coæquata 46′ 12″.

Summa vtriusq; Semidiametri 62′ 46″.

Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 38′ 5″.


Diameter Lunæ apparens 33′ 32″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 13. Scrup. 38.

Differentia

Differentia scrupulorum vtriusque semidiametri Lunæ & vmbræ 29′ 14″.
Scrupula moræ dimidiatæ 35.
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 56
Motus horarius Lunæ à Sole 31′ 48″.
Durauit ergo mora dimidiata Lunæ in vmbra scrup. 29.
Integra autem mora scrup. 58. vnius horæ.
Dimidius defectus durauit horam vnam, scrup. 46. Integer defectus horas 3. scrup. 32.
temp.
Ascensio recta veri loci Solis 136 49′ 58″.
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 3. scrup. vnius horæ.
Et propter diuersitatem meridianorum Aractæ addendæ horæ 2. scrup. 8.
Ergo Aractæ hæc Eclipsis visa est post mediam noctem horis 3. scrup. 29. Albategnius habet tertiam & quartam ferme horæ partem, hoc est, scrup. 35. vix ergo 6. scrupulis à nostro calculo aberrat.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis australis crescens 19′ 27″.
Latitudo autem Lunæ in fine Eclipsis itidem Australis crescens 29′ 55″.

Subijcio nunc picturam.



Et hanc Eclipsin noua secuta est seditio regum & Imperatorum in Italia, cum Afri Calabriam inuaderent. Plat.

Gorme

Cyclus Cyclus ☽ ☉

Cyclus Cyclus ☽ ☉

4870 | 902 | 11 16 B

—Gormo III. hoc nomine Danorum rex, crudelis Christiani nominis hostis, hoc tempore in Dania regnauit, & vixit diutissime, ita vt ob senectutem visum amiserit. Vxorem habuit filiam Eduardi Anglorum regis.

—Hungari Morauiam subegerunt, Bauariam diripuerunt, omniaq; crudeliter vastarunt, & in terrore, occisorum sanguine potarunt.

4871 | 903 | 14 17 AG

Mense Augusto anno Dn. 904. Ludouicus IIII. Bosonis filius Italiæ Imperator, à Berengario Italiæ rege coactus abdicauit. Onuph.

5. Idus Decemb. anno Domini 904. securi percussus est Albertus Comes Bambergensis, proditus persuasione Hattonis Episcopi Moguntini,

4872 | 904 | 13 18 F

4873 | 905 | 14 19 E

15. Cal. Iunii, anno Domini 905. mortuus est Benedictus IIII. Rom. Max. Vacauit sedes dies 6. Successit 8. Cal. Iunii LEO V. Ardeatinus, qui sedit mensem vnum, dies 10. & coactus abdicauit 5. Non. Iulii. Et creatus est eodem die per schisma CHRISTOPHORVS Romanus, qui sedit menses 7. & coactus est abdicare 3. Non. Februar. anno Domini 906. Onuph.

Pridie Non. Febr. anno Domini 906. creatus est Pontifex Max. SERGIVS III. qui sedit annos 7. menses 3. dies 16. Onuph. Hic antecessorem suum cepit, atq; in monasterium inclusit. Mox eundem Christophorum videlicet, ex monasterio retraxit, & in carcerem arctiorem coniecit, in quo tandem vitam sceleratam finiuit. Sergius sine metu Papatū obtinens, corpus Formosi, cū quo antea anno Domini 891. in schismate creatus erat, e sepulchro protraxit, sellæq; pontificię impositum decollauit, tres quoq; digitos ei amputauit, & in Tyberim tanquam cadauer sepultura indignum, proiici mandauit, omniaq; eiusdem Formosi acta irrita fecit. Plat. Anton. & Abb. Vrsp.

4874 | 906 | 15 20 D

Hoc anno facta est pugna inter Adelbertum fratrem Berengarii, & Conradum fratrem Ludouici Imp. in qua Conradus occisus est. Quidam hanc pugnam ad annum Christi 905. referunt. Funct. Eodē hoc anno Hungari Bauariam depopulati sunt, quibus Ludouicus IIII. Imp. occurrit quantis potuit copiis, & congressus cum illis continuo trium dierum prælio, à quinto Idu um Augusti, vsq; ad tertium Idus, tandem victus & fugatus, perdidit præcipuam & florentissimam partem nobilitatis Germaniæ.

4875 | 907 | 16 21 CB

Mibus

Mundi | Christi | Mundi | Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

908 — 17 22 A — 4876

Idibus Maij anno Domini 908 Cõstantinus Porphyrogenitus, paulò ante patris mortem Augustus appellatus est à patre Leone, & imperauit in vniuersum annos 51. menses 6. fere. cum Alexandro patruo annum vnum, mensem vnum. Eodem hoc anno pridie Non. Iunij extinctus est morbo Cœlico Leo Sextus, Imp. Orientis, cui successit frater FL. ALEXANDER Pius, Basilij Imp. filius, & CONSTANTINus VIII. PORPHYROGENITVS, filius Imp. Leonis, qui vna in Oriente imperarunt, annum vnum, & mensem vnum. Onuph. Zonar.

Circa Cal. Iulij anno Domini 909. vt Onuph. habet. vel vt Cedrenus scribit 7. Iunij (fortassis 7. Iulij legendum est) obijt Alexander Imp. Orientis, & imperauit deinceps FL. CONSTANTINVS VIII. PORPHYROGENITVS, Leonis sexti filius, annis 50. mensibus 4. & in principio cum matre Zoë annos 12. Onuph.

909 — 18 23 G — 4877

Saraceni Italiam, Calabriam & Apuliam miserè afflixerunt. Chron. Germ.

910 — 19 24 F — 4878

Hungari Germaniam vastauerunt. Chron. Germ.

Mense Decembri diem suum extremum clausit LVDOVICVS IIII. Imp. vel potius rex Germanorũ, anno Domini 911. cui successit in imperio occidentis CONRADVS Primus, Conradi ducis Franconię filius, qui regnauit in occidente annos 7. mens. 6. Imperij tamen coronam nunquam adeptus est. Onuph.

911 — 1 25 ED — 4879

912 — 2 26 C — 4880

Indictio prima.

Anno Domini 912. ad imperium Orientale aspirauit CONSTANTINVS DVCAS, Andronici filius, sed cito oppressus & occisus est. Onuph.

8. Cal. Ianuarij, die natali Christi, ineunte anno Domini 913. Romæ à Sergio Pontifice Max. coronatus est rex Italiæ Berengarius. Imp. Aug. Onuph.

13. Calend. Iunij obijt Sergius tertius Pontifex Rom. anno Domini 913. Vacauit sedes dies 7. Successit 6. Cal. Iunij ANASTASIVS III. qui imperante Cæs. Conrado Franco sedit annos 2. menses 2. dies 29. Onuph.

913 — 3 27 B — 4881

Germaniæ principes, magna rebellione imperatori Conrado restiterunt.

914 — 4 28 A — 4882

Hungari Germaniã depopulati sunt & Fuldã vsque peruenerunt.

9. Cal. Septemb. anno Domini 915. obijt Anastasius Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 2. successit 6. Cal. Sept. LANDO Sabinus, qui sedit m. 4. d. 22. Onuph.

16. Cal. Febr. anno Domini 916. moritur Lando Pontifex Rom. vacat sedes dies 26. successit Idib. Febr. IOANNES X. Romanus, qui sedit annos 14. mens. 2. dies 15. Onuphr.

915 — 5 1 GF — 4883

Mundi Christi Mundi Christi

Otto

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Otto dux Saxoniæ & Brunsuigæ obijt anno Domini 916. cui succeſsit filius HENRICVS AVCEPS. Chron. Sax. Dictus eſt Auceps eò, quod in adoleſcentia cum pater rebus præeſſet, plurimum indulgeret aucupijs. Crantz.

916
6 2
E
4884

—Anno Domini 917. vngari denuo in Germaniam hoſtilem exercitum duxerunt, omniaq; ferro & igni vaſtarunt. Chro. Germ.

917
7 3
D
4885

—HATTO Archiepiſcopus Moguntinus HENRICO AVCVPI Saxoniæ duci auream torquem miſit, & inſidias illi ſtruxit iuſſu Conradi Imp. quibus detectis, proditor mœrore extinctus eſt.

—Henricus Auceps dux Saxoniæ, Eberhardum Conradi Imp. fratrem, memorabili pugna vicit, in qua tanta Francorum cædes facta eſt, vt publicè diceretur: Vbi tantus infernus, qui tantam poteſt capere deſcendentium multitudinem. Alb. Crantz.

918
8 4
C
4886

—Anno Domini 919...... Iulij rebus humanis exemptus eſt Conradus Primus, rex Romanorum in Germania, in eius locum circa Cal. Iulij eodem anno Rex Romanorum à Germanis appellatus eſt HENRICVS AVCEPS, qui regnauit annos 17. Onuph. Trit. in Chron. Hirſaug. ſcribit, Conradum rebus humanis ſubtractum 10. Cal. Ian. anno Domini

919
9 5
BA
4887

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

mini 918. Fortaſsis interregnum fuit aliquot menſium.

—Ziptineus dux Bohemiæ ad Chriſtianam fidem conuerſus eſt. Huic duo fuerunt filij, VVenzelaus pietate clarus, & Boleslaus pietatis oſor maximus. Spec.

920
10 6 G

4888

—Hungari Italiam ingrediuntur, Berengarium victum in fugam conijciunt, & Venetias captas incendunt. Blond.

—Prid. Non. Septemb. anno Domini 921. Romanus Lacapenus à Conſtantino Imp. in Oriente ſocer adſcitus & Cęſar appellatus eſt. Eodem anno Phocas Domeſticus imperium inuaſit contra Conſtantinum & Lacapenum, ſed paulò pôſt captus & excæcatus eſt. Onuph.

921
—3. Cal. Ian. ineunte anno Domini 922. Romanus Lacapenus creatus eſt Auguſtus, & imperauit cũ genero ſuo Cõſtantino VIII. annos 26. Onuph.

11 7 F
—Menſe Ianuario anno Domini 922. RVDOLPHVS dux Burgundiæ ſalutatus eſt rex Italiæ, contra Berengarium, & regnauit annos 4. Onuph.

4889

—Eodem hoc anno Domini 922. Fl. Chriſtophorus cum Fl. Romano Iuniore filio, Imperator appellatus eſt à patre Romano Lacapeno, & à Nicolao Myſtico Patriarcha coronatus. Imperauit Chriſtophorus cum Conſtantino Octauo, & patre ſuo annos 10. Filius quoq; eius aliquot annis imperauit & mortuus eſt. Onuph.

922
12 8 E

4890

—Hungari Germaniam vaſtantes, inſigni pugna victi ſunt ab HENRICO AVCVPE ad Merſburgum Saxoniæ oppidum. Spec.

—Circa menſem Decembrem, anno Domini 923. occiſus eſt Berengarius rex Italiæ. Onuph.

923
—ADELSTANVS rex Octauus Anglorum, regnauit annos 16. fuitq; nothus regis EVARDI filius. Georg. Lil.

13 9 DC

HEN-

4891

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

924 — 14 16 B — 4892

—HENRICVS AVCEPS Vngaris reddidit principem in prælio captũ, & ab eis 9. annorũ inducias impetrauit. Crantz.

—Anno Domini 924. Flauij Stephanus & Constantinus IX. Romani Lacapani Imp. Orientis filij à patre Augusti appellati sunt & coronati à Stephano Secundo Patriarcha. Imperauerunt cum patre annos plus minus 23. Onuph.

—S. Vdalrichus Augustæ vindelicorum Episcopus ordinatur. Ciuitates Germaniæ muris cinctæ sunt, & exercitia militaria instituta, iussu Henrici Aucupis Imp. Crantz.

925 — 15 11 A — 4893

926 — 16 12 G — 4894

—CAROLVS SIMPLEX Francorum rex moritur in carcere Peronæ, anno Domini 926. Meyer. Sigeb. Successit 3. Idus Iulij RVDOLPHVS, Richardi filius dux Burgundiæ, qui solus regnauit in Francia annis 2. in vniuersum autem annis 12. Ioh. Til. Æmil. Eodem hoc anno 926. mense Iulio HVGO comes Arelatensis, rex Italiæ salutatus est Papiæ, contra regẽ Rudolphũ, & regnauit annos 20. Rudolphus autem dux Burgundiæ regno Italiæ statim abdicauit. Onuph.

—Henricus Auceps victis vandalis, & Brandeburgo expugnato, primum MARCHIONEM BRANDEBVRGENSEM Constituit SIGEFRIDVM, coniugis suæ Mechtildis fratrem. Chron. Sax.

927 — 17 13 FE — 4895

13. Cal.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

dictio prima.

928 — 18 14 D — 4896

13. Cal. Iunij, anno Domini 928. LVDOVICVS TRANSMARINVS, Caroli Simplicis filius rex Franciæ consecratus est, aduersus Rudolphũ Burgundum, & regnauit annos 16. menses 3. vsq; ad Hugonem comitẽ Parisiensem. In vniuersum autem annos 27. Onuph. Mass. Sigeb.

—Henricus Auceps Rex Romanorũ cum vandalos domuisset, Bohemos quoq; subegit, Crantz.

929 — 19 15 C — 4897

930 — 1 16 B — 4898

—5. Cal. Maij, anno Domini 930. VVido Thusciæ Marchio Iohannem X. Pontificẽ in vinculis suffocauit, & eodem die successit IOHANNES XI. qui temporibus Henrici Aucupis sedit annos 4. menses 10. dies 15. Onuph.

—Henricus Auceps fundauit Marchionatum Misnensem. Chron. Sax.

931 — 2 17 AG — 4899

—Anno Domini 931. ex hac vita decessit Fl. Christophorus Imperator Orientis, Romani Lacapeni filius. Onuph.

Anno

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno Domini 932. cum Arnoldus Bauariæ dux ab Hugone Arelatensi, ex Italia esset eiectus, Hugo filium suum LOTHARIVM Ticini Italiæ regem appellauit, qui regnauit in Italia annos 18. & menses aliquot. Cum patre Hugone annos 15. Solus autem annos 4. Onuph.

932
3 18
F

4900 —HENRICVS AVCEPS. Vngaros memorabili pugna vicit ad Mersburgum, vbi amplius quadraginta millibus eorum internecione deletis, reliquos fugatos, tota Germania exegit. Hæc victoria Henricum Aucupem Imperatorem, apud omnes gentes formidabilem fecit. Crantz. Chron. Sax. Chron. Miln. tamen hanc Victoriam anno Domini 934. factam esse affirmat.

933
4 19
E

4901

—Otto Henrici Aucupis Imp. filius cum Editta Egmundi Anglorum regis filia nuptias celebrauit. Spec.

934
5 20
D

4902 —Anno Domini 935. tertio Idus Martij obijt Iohannes XI. Pontifex Max. Vacauit sedes diem vnum. Successit Idibus Martij LEO VI. qui sedit menses 6. dies 15. Onuph.

—Genuæ fons sanguinis fluxit. Spec. cap. 66.

—Henricus Auceps Rex Romanorum Danos vicit, tributa eis imposuit, & Nubam regulum eorum baptisma suscipere coegit. Luithpr. Crantz.

—3. Idus Octob. anno Domini 935. obijt Leo Sextus Pontifex Rom. vacauit sedes dies 10. successit 6. Idus Octob. STEPHANVS Octauus, qui sedit annos 2. mens. vnum, dies 15. Onuph.

935
6 21
CB

6. Non.

4903

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—6. Non. Iulij, anno Domini 936. obijt Henricus Auceps Rex Roman. successit illi filius OTTO MAGNVS, qui regnauit & imperauit annos 36. menses 10. dies 6. Regnauit annos 25. menses 5. dies 24. Onuph.

936

7 22 A

4904

—13. Cal. Iulij, anno Domini 937 rebus humanis subtractus est Rudolphus rex Franciæ, dux Burgundiæ. Onuph. Til.

—OTTO MAGNVS Rex Rom. paulò ante diem Michaëlis Boleslaum Bohemiæ ducem vicit anno 937. die 25. Septembris. Chron. Sax. & Mansfeld. Spec.

937

8 23 G

—8. Cal. Decemb. anno Domini 937. moritur Stephanus Octauus, Pontifex Max. dictus septimus. Vacat sedes dies 2. Succedit 5. Cal. Decemb. LEO VII. qui sedit annos 2. menses 6. dies 12. Onuph.

4905

—Eberhardus Palatij Comes, & Giselbertus Lotharingiæ dux, regi Ottoni Magno rebellant, cum Tanquardo fratre Ottonis. Chron. Mansf.

—Vngari denuo Germaniam & Galliam vastant. Chron. Germ.

—MAGDEBVRGVM laudatissima ciuitas Germaniæ incepta est ædificari ab Editta coniuge Ottonis Magni Imp. cum antea arx tantummodo ibi extructa esset. Crantz. Chron. Mansf.

938

9 24 F

4906

—Otto magnus Imp. Romanorum, ad petitionem Edittæ coniugis suæ Magdeburgum Germaniæ ciuitatem condidit, & Monasterium in ea fundauit. Crantz.

—Vngari à Saxonibus victi domum reuersi sunt.

—Eberhardus Palatij comes, & Giselbertus Lotharingiæ dux, Henricum Ottonis Magni fratrem capiunt, & in spem regni erigunt. Abb. & Crantz. Sax. lib. 3.

939

10 25 ED

—EDMVNDVS rex Nonus Anglorum, regnauit annos 6. Hic fuit frater regis Adelstani. Georg. Lilius.

4907

Cyclus ☽ Cyclus ☉

8. Idus Maij, anno Domini 940. diem suum extremum clausit Leo VII. vacauit sedes mensem vnum, & successit 5. Idus Iunij STEPHANVS IX. dictus Octauus, qui sedit annos 2. menses 4. dies 15. Onuph.

Conradus Franconiæ dux, Eberhardum & Giselbertum Ottonis Magni hostes de improuiso oppressit. Eberhardus in prælio cadit, Giselbertus Rhenum traiecturus mergitur. Crantz. Chron. Ger.

940 — 11 26 C — 4908

Giselberto Lotharingiæ duce iam rebus humanis subtracto, LVDOVICVS Franciæ rex magnifaciens Ottonis Magni affinitatem, relictam Giselberti viduam, Ottonis germanam poscit vxorem. Crantz. lib. 3. Sax.

941 — 12 27 B — 4909

Cometa horrendæ magnitudinis visus est per integros dies 14 & secutæ sunt continuæ pluuiæ. Eodem hoc anno obijt soror Ottonis Magni, Mechtildis abbatissa in Quedlinburg, cui successit Mechtildis filia Ottonis Magni. Chro. Sax.

10. Cal. Nouemb. Anno Domini 942 decessit è vita Stephanus Pontifex. Max. vacauit sedes dies 10. Successit 3. Nouemb. MARINVS Secundus Iunior, qui sedit annos 3. menses 6. dies 13. Onuph.

942 — 13 28 A — 4910

Indictio prima

Anno Domini 943. Conradus Franconiæ dux ab Ottone Magno Romanorum rege, Lotharingiam dono accepit, eiusq; filiam Ludgardam matrimonio sibi iunxit. Chron. Sax.

943 — 14 1 GF — 4911

Ludoui.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Ludouicus Franciæ rex, cui matrimonio erat iuncta Ludgarta Soror Ottonis Magni Imp. à ducibus suis circumuentus capitur, sed dato minore suo filio obside, mox iterum dimittitur. Crantz. lib. 3.

944 15 2 E

—16. die Decembris Romanus Lacapenus Imperator Orientis à filijs captus & in exilium actus est. Filios rursus Constantinus VIII. Porphyrogenitus itidem Imperator Orientis comprehensos tonsosq; in ordinem redegit 17. die Ianuarij, Indict. 3. Cedren.

4912

—HVGO MAGNVS comes Parisiensis, regnum Francorum inuadit anno Domini 945. aduersus Ludouicum Transmarinum. Sigeb. Til.

—AZO eius nominis secundus Æstensium Comes, annis 25.

945

—Edmundus Anglorum rex, à latrone quodam confossus est, & sepultus Glasconiæ. Georg. Lil.

16 3 D

—ELDREDVS frater Edmundi, X. rex Anglorum, regnauit annos 9.

4913

—Idibus Maij, anno Domini 946. efflauit animam Marinus secundus Pontifex Rom. & vacauit sedes dies 3. successit 14. Cal. Iunij AGAPETVS Secundus, Iunior, qui sedit annos 9. menses 7. dies 10. Onuph.

—Anno Domini 946. Hugo Arelatensis Italiæ rex mortuus est, & successit eius filius LOTHARIVS, qui in Italia regnauit annis 4. Onuph.

946 17 4 C

4914

—Romanus III. Porphyrogenitus Augustus appellatus est à patre Constantino VIII. Imperatore Orientis, & coronatus à Theophilo Patriarcha, anno Domini 947. Onuph.

947 18 5 BA

—EDITTA vxor Ottonis Magni Regis Romanorum moritur anno Domini 948. Sepulta est Magdeburgi.

4915

Haral-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Haraldus Daniæ rex Ottoni Magno rebellat, sed victus Baptismа cum vxore & filio suscepit anno Domini 948. Crantz.

—Mense Iulio Indict. 6. anno Domini 948. Romanus Lacapenus moritur, cum paulò ante cum filijs imperio abdicasset, & imperauit deinceps solus in Oriente Constantinus VIII. cum filio Romano III. Cedren. Eodem hoc anno Ludouicus Franciæ Rex ab Hugone Capeto Comite Parisiensi capitur. Sigeb. Mass. Meyer.

948

19 6 G

4916

—OTTO MAGNVS rex Romanorum cum hostili exercitu Franciam ingressus est, milites eius fœninos siue stramineos gestabant pileos, & in eis colos subtiliter tornatos cum fusis, in irrisionem Gallorum, eò quod Hugo Capetus Saxones nominasset effœminatos. Otto Magnus sororium suum regem Ludouicum liberatum regno restituit, & Hugonem Parisijs obsessum, ad fœdus & pacem compulit.

949

1 7 F

4917

—Anno Domini 950. ex hac vita migrauit Lotharius rex Italiæ. BERENGARIVS Iunior, Alberti Eporediæ Marchionis filius, rex Italiæ statim falutatus est, qui & filium suum Albertum Italiæ regem appellauit, regnauerunt annos 14. Onuph.

—OTTO Magnus ab Agapeto Pontifice Max. in Italiam euocatur, aduersus Berengarium Italiæ regem, eiusq; filium Albertum. Albert. Crantz. Sax. lib. 4.

950

2 8 E

4918

—Hoc anno Otto Magnus rex Romanorum, pulsis regibus Italiæ, Adelheidim Rudolphi Burgundiæ regis filiam, Lotharij Italiæ regis relictam viduam, Papiæ è carcere liberatam, vxorem duxit. Crantz. in Saxonia lib. 4.

—Natalem Christi Otto Magnus Papiæ celebrauit.

951

3 9 DC

—Diploma extat in antiq. Belg. pag. 188. b. datum Indict. 10. anno D. Ottonis in Italia primo, in Francia (orientali & Germania intellige) 16. 12. Cal. Februarij, Papiæ.

4919

Albertus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Albertus Italiæ rex ab Ottone pulsus, Augustam venit, se suosq; regi Romano submisit.

—OTTO Magnus rex Romanorum, ex Adelheide coniuge filium sustulit, Ottonem secundum in imperio successorem. Boleslaus Bohemiæ dux eodem hoc tempore Ottoni Magno se submisit, atq; ita finitum est bellum Bohemicum, quod durauerat annos 14. Crantz.

952 —Ludolphus Ottonis Magni filius, non æquis oculis aspexit patris nouam coniugem, & grauius tulit fœcundam prolem. Crantz.

4 10 B

4920

—Hoc anno exarsit nouum bellum ciuile, conspirantibus contra Ottonem Magnum, filio Ludolpho Sueuiæ duce, & genero Conrado Franciæ Orientalis & Lotharingiæ duce, quibus adhærebat Episcopus Moguntinus. Crantz.

953

5 11 A

Otto magnus rex Romanorum in Occidente, filium Ludolphum & generum Conradum obsedit Moguntiæ, qui fuga clanculum elapsi, Ratisbonam occuparunt, excluso Henrico Bauaro regis fratre. Tandem die Viti Conradus Lotharingus recipitur in gratiam.

4921

—Circa diem Iohannis, Vngari euocati ab Episcopo Saltzburgensi, suasu Conradi Lotharingiæ ducis, denuo per Bauariam in Germaniam irruperunt, sed pulsi ab Ottone, in Galliam exercitum duxerunt.

954 —24. Die Nouembris obijt Fridericus Episcopus Moguntinus, cui Otto Magnus suffecit filium suum Guilhelmum, natum ex priore coniuge Editta, Anglorum regis filia. Schafnab.

6 12 G

4922 —Otto Magnus Bauariam vastat, Ratisbonam lacrymabili obsidione premit. Crantz. EDVINVS Edmundi filius, XI. rex Anglorum, annis 4.

—Cum rex Otto Magnus, in venatione ageret, filius Ludolphus hoc obseruans, nudatis plantis & capite detecto ad pedes patris prouolutus, veniam impetrauit. Crantz.

—Die Laurentij, Vngari in campo Lyci magna strage superati sunt ab Ottone Magno. Chr. Mis.

—Mense Septembri, anno Domini 955. obijt Ludouicus Transmarinus rex Francorum, cui successit filius LOTHARIVS Secundus, qui in Francia regnauit annos 31. Onuph. Sigeb. & Til.

955

7 13 FE

5. Cal. Ianuarij anno Domini 955. efflauit animam Agapetus Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 4. Successit 4. Idus Ianuarij IOHANNES XII. qui sedit annos 8. menses 4. dies 5. Onuph. sed 8. anni minus 15. diebus quadrant. Merc.

4923

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Otto Magnus Rex Romanorum finito bello Vngarico, vandalos quoq; & Sclauos memorabili pugna subegit. Chron. Mis.

956

8 14 D

4924

—Ludolphus ab Ottone Magno patre in Italiam missus, Berengarium compescuit, crudeliter & sine discrimine sæuientem in quoscunq;,& cædibus atq; exilijs patriam desolantem. Ludolphus tandem re feliciter gesta, mortuus est hoc anno Domini 957. Cadauer eius frater Guilhelmus Moguntinus Episcopus sepeliuit in æde diui Albani Moguntiæ.

957

9 15 C

4925

Indictio prima.

—3. Cal. Iunij, die Pentecostes, anno Domini 958. OTTO Secundus Rex Romanorum à patre appellatus est, qui regnauit & imperauit annos 25. menses 6. dies 9. Onuph.

958

10 16 B

4926

—Cruces in vestimentis apparuerunt, quædam vt lepra sorduerunt. Spec. cap. 82.

—EDEGARVS Eduini frater, Anglorum rex duodecimus, regnauit annis 16. Georg. Lil.

—9. die Nouembris, Indict. 3. obijt Constantinus VIII. Imperator Orientis, succesit ei filius ROMANVS PORPHYROGENITVS III. Coronatus est mense Decembri à Nicolao Patriarcha, & imperauit annos 3. mens. 4. dies 5. Zonar. Cedren.

959

11 17 AG

4927

Anno

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno Domini 960. Basilius & Constantinus X. Romani Tertij Porphyrogeniti filij à patre Cæsares appellati sunt. Hi exacti sunt imperio à Nicephoro, & restituti à Iohanne Cimisce. Onuph.

960

—In initio anni Domini 961. conuentus Ratisbonæ habitus est, vbi Otto
12 18 Magnus cum principibus imperij de expeditione Italica consultauit, fili-
F um Ottonem designauit successorem in imperio (qui paulò pòst Aquisgra-
4928 ni à fratre Guilhelmo Episcopo Moguntino coronatus est) Hermannum quoq; virum nobilem de Stubbekeshorne, Saxoniæ præfectum in terra Luneburgensi fecit, vt Vandalis resisteret absente imperatore. Crantz.

—16. Cal. Iunij anno Domini 961. SOL DEFECIT. Regin. Appendix colliguntur ad hunc diem hora octaua matutina hi motus æquales:

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole	5	55	44	44
Anomaliæ Lunæ	4	54	10	19
Latitudinis Lunæ	4	32	26	28

961 Ergo Lutetiæ Parisiorũ totus Sol fermè defecit in fine ♉. Hanc Eclipsin secuta est expeditio Italica.

13 19 —8. Cal. Ianuarij ineunte anno Domini 962. OTTO MAGNVS Imp.
E Aug. coronatus est Romæ à Pontifice Max. IOHANNE XII. die natali Christi. Onuph.

4929

—VVilla vxor Berengarij ab Ottone Imp. capitur. Statim autem dimissa ex beneuolentia Imperatoris, ad maritum est profecta, eiq; dissuasit deditionem.

962

14 20

D

—15. die Martij, anno Domini 963. Indict. 6. mortuus est Romanus Imperator Orientis. Cedren.

4930

—Otto Magnus Imp. Occidentis, obsedit Berengarium cum vxore VVilla in Monte Leonis, & anno sequenti eum cepit. Interim perfidus Papa Iohannes XII. deficiens ab Imperatore, Alberto filio Berengarij Romam tradidit.

—16. Cal. Aug. Indict. 6. NICEPHORVS PHOCAS consilio procerum creatus est Imperator Orientis. Cedren. Imperauit annos 6. & menses 6. Zonar. vel potius menses 4. vt colligitur ex Cedreno collatis initijs Nicephori & Cimiscæ.

—Idib. Decemb. anno Domini Otto Magnus Imp. in concilio quod Romæ cele-
963 brauit, Iohannem XII. propter perfidiam, turpes libidines, & alia crimina mouit pontificatu, & in eius locum eodem die suffecit LEONEM VIII. Romanum, qui
15 21 sedit annum vnum, menses 3. dies 5. Onuph.

CB —16. Cal. Febr. Iohannes XII. absente imperatore, pontificatum denuo recepit, & sedit mens. 3. dies 28. contra Leonem octauum. Onuph.

Pridie

4931

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Pridie Idus Maij anno Domini 964. Iohannes XII. Pontifex Romanus à marito adulteræ cum qua rem habebat confossus est,& creatus est eodem die contra Leonem Octauum BENEDICTVS V. qui sedit mensem vnum dies vndecim, & 8. Cal. Iulij, die Iohannis Baptistæ, ab Ottone Magno Imp. à Pontificia sede deijcitur. Restitutus est LEO VIII. qui sedit menses 8. dies 22. Eodem quoq; anno 964. Berengarius eiusq; filius Albertus ab Ottone Magno Imp. capti sunt. Onuph.

964

16 22 A

4932

—16. Cal. Aprilis anno Domini 965. ex hac vita decesit Leo VIII. Pontif.Rom. vacauit sedes menses 6. dies 15. Onuph.

—Albertus filius Berengarij denuo à proceribus Italiæ Imp. appellatus, regnat annos 3. & menses aliquot. Onuph.

—6. Non. Octob. anno Domini 965. Romanæ sedi ab Ottone Magno Imp. præficitur IOHANNES XIII. qui sedit annos 6. menses 11. dies 5. Onuph.

965

17 23 G

—HERMANNVS de Stubbekeshorne Saxoniæ dux declaratur Crantz.

4933

—IOHANNES XIII. Pontifex, à Romanis in carcerem detrusus, menses ferè vndecim in vinculis retinetur. Sed cum Otto Magnus Imp. contractis copijs Romam festinaret ad liberandum Pontificem, Romani eum è carcere extractum, cum honore maximo in sedem Pontificiam reposuerunt. Anton. Naucl. Albas. etc.

966

18 24 F

4934

—Nicephorus Imp. Orientis, missis legatis, renouauit cum Ottone Magno Imp. Occidentis pacta vetera, quæ cum Imperatoribus Francicis maiores fecerant. Otto vicissim confirmandæ amicitiæ caussa, per legatos petiuit filio coniugem THEOPHANIAM filiam Romani, priuignam Nicephori.

967

—Die natali Christi, 8. Cal. Ianuarij, ineunte anno Domini 968. OTTO secundus Imp. in præsentia patris Romæ coronatus est à Pontifice Iohanne XIII. Onuph.

19 25 ED

4935

Græci

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Græci Legatos Ottonis Imp. violant, hac iniuria irritatus Imperator A-
8. Cal. Octob. Incipit Indict. 12. puliam & Calabriam, quæq; in Italia Græcis adhuc parebant, longè la-
tèq; depopulatus est. Crantz.
—Eodem hoc anno, Guilhelmo Ottonis Magni Imp. filio vita functo, in Episcopatu Moguntino succeſsit HATTO abbas Fuldensis. Albertus quoq; Berengarij filius prælio victus, & Italiæ regno exactus est, ab Ottone Magno Imp. Onuph.

968 —23. die Decembris, Indict. 12. anno Domini 968. hora tertia ab exortu Solis factum est DELIQVIVM SOLIS Constantinopoli. Ad quod
1 26 C tempus hi colliguntur motus æquales.

4936

	Sex.	part.	'	''
Longitudinis Lunæ à Sole.	5	58	16	37.
Anamal. Lunæ	3	23	39	15.
Latitudo Lunæ	4	38	13	4

Hi motus æquales respondent horæ decimæ matutinæ sub meridiano Montis regij in Borussia. Si adieceris propter diuersitatem meridianorū 37. scrup. Vnius horæ, hæc Eclipsis Constantinopoli incidet in tertiam horam ab exortu Solis. Et defecit Sol tali tempore in principio ♑ vltra decem digitos, à parte Boreali. Cedrenus hanc Eclipsin factam esse scribit 22. die Decemb.

8. Cal. Octob. incepit Indict. 13.

969 Græci in Calabria ab Ottone victi, tributarij facti sunt. Secuta est etiam præcedentem Eclipsin Solis fames maxima quo tempore Hatto Episcopus Moguntinus ciues ac subditos suos in horreum inclusit, eosq; mures appellans igni extinxit. Sed paulò post à muribus rosus ac deuoratus meritas suæ tyrannidis persoluit pœnas.
2 27 B

4937

11. die Decembris trucidatus est in cubili Nicephorus Imperator Orientis, cæpitq; imperare IOHANNES CEMISCES, cum Cæsaribus Basilio & Constantino, Romani Tertij Porphyrogeniti filijs, fratribus Theophaniæ, quæ Ottoni secundo Imperatori Occidentis desponsata erat. Imperauit autem Ioannes Cemisces in Oriente annos 6. & dimidium, vt Cedrenus vult. Sed initijs Cemisces & Basilij collatis, colligūtur tantū anni 6.
Suenteslaus dux Russiæ, multos sibi adiacētes populos subiecit. Chr. Pol.
ALBERTVS siue Otbertus Marchio Æstensium annis 25. Iohan Bapt. Pigna.

970 In Anglia his temporibus, primarij Sacerdotes vxores habuerunt, teste Polybio.
3 28 A

4938

—Hoc quoq; anno Otto Magnus Imp. Occidentis, cum filio Ottone secundo commoratus est Romæ & in Italia, vt ita perfidiam & audaciam improborum frangeret. Interim in Thuringia famosum templum in Dornburg exustum est. Schafnab.

971
4 1 GF

14. die

4939

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

14. die Aprilis, anno Domini 972, OTTO Secundus Imp. Occidentis, in præsentia patris nuptias celebrauit Romæ, cum THEOPHANIA filia Romani Tertij Porphyrogeniti, Imperatoris Constantinopolitani. Sponsam Iohannes decimustertius Pontifex Max. coronauit.

8. Idus Septemb. anno Domini 972. efflauit animam Iohannes 13. Pontifex Rom. Max. vacauit sedes dies 14. Successit 12. Cal. Octob. BENEDICTVS V. dictus sextus, qui sedit annum vnum menses 6. Onuph.

972
5 2 E

Magdeburgensis Episcopatus fundatur.

4940

Nonis Maij, anno Domini 973. feria 4. ante Pentecosten, obdormiuit in pace OTTO MAGNVS Imp. cui successit filius OTTO SECVNDVS, qui imperauit post obitum patris in Occidente annos 10. menses 7. dies 2. Onuph. Eodemq; hoc tempore BENNO dux Saxoniæ successit patri suo Hermanno Bilingo do Stubbeckeshorne, quem Otto Magnus ducem Saxoniæ creauerat ante septennium.

Indictio prima.

973
6 3 D

4941

14. Cal. Aprilis, anno Domini 974. Benedictus V. Pontifex Rom. coactus abdicauit. Et pridie Cal. Aprilis in eius locum creatus est BONIFACIVS VII. qui sedit annum vnum, mensem vnum dies 12. Onuph.

Henricus dux Bauariæ, & alij quidam principes & Episcopi, Ottoni secundo Imp. Occidentis rebellant. Schaff.

974
7 4 C

4942

D. EDVARDVS II. Martyr, Edegari filius, XIII Anglorum rex annis 3. Georg. Lil.

5. Idus Maij, anno Domini 975. Bonifacius Septimus deiectus est à Pontificatu, & vacauit sedes dies 20. creatus est 7. Cal. Iunij, BENEDICTVS VI. appellatus VII. qui sedit annos 9. mensem vnum, dies 12. Onuph.

8. Cal. Octob. incepit indictio. 4.

975
8 5 BA

BASILIVS Porphyrogenitus Imperator Orientis, cœpit imperare mense Decembri, Indict. 4. Cedren. & præfuit imperio Constantinopolitano annis 50. & amplius. Zonar. tomo 3.

4943

Otto

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Otto secundus Romanorum Imperator in Occidente, patruelem suum Henricum Bauariæ ducem, qui denuo rebellauerat, bello vicit, captumq; cum Henrico Augustano Episcopo, in exilium eiecit. Herman. Contract.

976

9 6 G

4944 —Ducatum Bauariæ Otto secundus Imp. commendauit Ottoni Sueuorum duci, nepoti ex fratre Ludolpho. Schaff.

—Bohemiæ maxima pars ab Ottone Secundo Imp. ferro & igni vastata est. Schaff.

—Dambruca filia Boleslai ducis Bohemiæ, vxor Miescons Poloniæ regis moritur, anno Domini 977. Chron. Pol.

—Eduardus Anglorum rex à venatione rediens, Alfredæ nouercæ insidijs occiditur, & sanctorum martyrum catalogo adscribitur. Georg. Lil.

977

10 7 F

—ETHELDREDVS rex decimusquartus Anglorum, successit Eduardo fratri suo consanguineo, & regnauit annis 38. Georg. Lil.

4945 —Adelbertus Episcopus Pragensis clarus habetur, de cuius vita lege Chronicon Poloniæ, lib. 2. cap. 8.

—Conuentus principum fuit in Alstedt mense Aprili, anno Domini 978. Illo tempore Boleslaus Bohemiæ dux ad Imperatorem venit, seq; ipsi subdidit. Schaff.

—Anno Domini 978. Lotharius Franc. rex, ex improuiso Palatium Aquisgrani inuasit, & Ottonem Imperatorem oppressisset, si non fuga ex Francorum manibus esset elapsus. Sed Otto Imp. discedentem iterum regem persecutus est, vsq; ad S. Dionysium & Parisios. Schafn. & Annon. lib. 5. cap. 45. Depopulatus est Otto Franciam, à prima die Octobris vsq; ad Decembrem. Ant. Belg. Facta hæc sunt anno Domini 978.

978

11 8 E

4946

—5. Cal. Nouembris, die Simonis & Iudæ, ignitæ acies in cœlo visæ sunt.

979

12 9 DC

4947

Anno

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Anno Domini 980. Lotharius Francorum rex pacem inijt cum Ottone secundo Imp. & dedit Ottoni totam Lotharingiam. Sigeb. & Ant. Belg.

Mense Decembri Moguntia terræmotu concussa est Chron. Germ.

980
13 10
B

4948

HALLA Saxoniæ ciuitas, ab Ottone secundo condita est. Chron. Sax.

Otto Secundus Imp. Calabriam & Apuliam recipere conatus est, & conscripto exercitu ingressus est Italiam, & Græcos bis oppressit, semel in Calabria, secundò in Apulia. Sigeb. Lamb. Schaff. Abbas Vrsp.

981
14 11
A

4949

14 die Iulij, anno Domini 981. OTTO II. Imp. ad Beneuentum in Calabria à Beneuentanis ac Romanis desertus, memorabili pugna victus est à Basilio & Constantino Imperatoribus Constantinopolitanis, coniugis suæ Theophaniæ fratribus. Ipse in fuga delatus ad mare, à pyratis captus est, sed cum non agnosceretur, precio sese à nautis redemit. Sigeb. & Schaff. etc.

982
15 12
G

4950

Otto Secundus Imp. bellum instaurauit, & Saracenorum auxiliares copias nauali prælio vicit, & ad internecionem vsq; deleuit, indeq; adeptus est cognomentum, vt pallida mors Saracenorum vocaretur. Beneuentanorum quoq; & Romanorum perfidiam puniuit, & appellatus est à Romanis Otto sanguinarius.

6. Idus Decembris, anno Domini 983. mortuus est ventris profluuio, Otto Secundus Imp. Occidentis, conditus Romæ in Basilica S. Petri sepulchro Porphyretico. Successit illi filius OTTO III. Puer, qui regnauit & imperauit annos 17. mensem vnum, dies 21. Onuph.

983
16 13
FE

4951

6. Idus

Mundi Christi

E eee A

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—6. Idus Iulij, anno Domini 984. efflauit impiam animam Benedictus Sextus, Pontifex Max. Romanorum. Vacauit sedes dies 5. suffectus est Idibus Iulij IOHANNES XIIII. qui sedit menses 8. dies 2. Onuph.

984

17 14 D

4952

— 17. Cal. Aprilis BONIFACIVS VII. de sede deiecit Iohannem XIIII. & ipse in Pontificatu sedit menses 4. dies 6. Onuph.

— 12. Cal. Augusti obiit Bonifacius VII. Pontifex Rom. Max. vacauit sedes dies 10. Successit Cal. Augusti IOHANNES XV. Romanus, qui sedit annos 9. menses 7. dies 10. Onuph.

985

18 15 C

4953

—OTTO III. Imp. Occidentis, hostili exercitu Bohemiam ingressus est. Schaff.

—Anno Domini 986. moritur Lotharius rex Francorum. Mass. Succedit eius filius LVDOVICVS VI. qui regnauit annum vnum vel paulò amplius. Sigeb. Til.

986

19 16 B

4954

—Anno Domini 987. in Saxonia piscibus & siligine de coelo pluit Chron. Sax.

—OTTO III. Imp. Bohemos ad deditionem coëgit. Schaff.

—15. die Augusti, Indict. 15. Proceres Constantinopolitani indignantes Basilio Imp. Bardam Phocam Imperatorem designarunt. Cedren.

—Anno Domini 987. decessit è vita Ludouicus rex Franc. cui successit CAROLVS eius frater, qui regnauit menses aliquot. Onuph. Sigeb. Ant. Belg.

987

—Finiente anno Domini 987. HVGO CAPETVS regnum Franciæ occupauit, aduersus Carolum Francorum regem nepotem suum. Victus tamen & repulsus est, à Carolo Lotharingiæ duce. Ant. Belg.

1 17 AG

HVGO

4955

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus. ☽ ☉

dictio prima.

HVGO CAPETVS Francorum rex coronatur anno Domini 988. Ioh. Calam.

Æstatis feruor nimis fuit. Schaff.

988

2 18 F

4956

Magna hoc anno siccitas fuit, ita vt sata etiam impedirentur. Sunt qui & hoc anno siligine & piscibus pluisse scribunt.

THEOPHANIA imperatrix. Ottonis Tertij mater Romam profecta est. Schaff.

Niues & pluuiæ crebræ, de cælo deciderunt, vnde Sata hyberna partim impedita, partim etiam corrupta sunt. Chron. Germ.

989

3 19 E

4957

Theophania imperatrix, filio Ottoni Tertio omnem Italiã subiecit. Scaff.

Vlodomirus dux Rusiæ, ducta in vxorem Anna, imperatricis Theophaniæ & Constantinopolitanorum Imperatorum sorore, Christianam fidem & baptisma suscepit. Chron. Pol. lib. 2. cap. 3.

990

4 20 D

4958

Theophania Imperatrix ex Italia reuersa, cum filio Ottone III. Quedlenburgi festum Paschatis celebrauit, & paulò pòst defuncta est. Eodem quoq; hoc anno, mortuus est Carolus dux Lotharingiæ, cui Otto filius successit. Abbas Vrsp. Ignis quoq; hoc anno de Rheno ascendit & proximas villas absumpsit. Schaff.

991

5 21 CB

4959

Imp.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Imp. Otto III. Brandeburgum obsedit. Phryg.
—Remis Synodus congregata est. Abbas vrsp.
—Vna nocte ter hoc anno Chasma in cœlo visum est, & secutum est acerrimū gelu, per totam hyemem. Chron. Sax.

992 | 6 22 A | 4960

—17. die Aprilis, tribus septimanis post festum Paschatis, glacies adhuc fuit densissima.

—Æstas fuit eodem hoc anno feruentissima, ita vt flumina exiccarentur. Eodem hoc anno obijt in carcere Carolus Lotharingus rex Franciæ, cum duobus aut tribus annis in vinculis fuisset. Ant. Belg.

993 | 7 23 G | 4961

—S. Adelbertus in Prussia Christum docens à Sudauijs (Sembiæ populus est) occiditur Funct.

—Conrado Burgundiæ rege defuncto, successit filius Rudolphus ignauus. Herm.

994 | 8 24 F | 4962

—Otto III. Imp. cum exercitu Romam proficiscitur.
—6. Idus Martij, anno Domini 995. impiam efflauit animam Iohannes XV. Pontifex Rom. & vacauit sedes dies 7. Successit 15. Cal. Aprilis IOHANNES XVI qui sedit menses 3. & decessit è vita 15. Cal. Iulij vacauit sedes dies 6. Successit 8. Cal. Iulij GREGORIVS V. Saxo, qui sedit annos 2. menses 7. dies 25. Onuph.

—HVGO III. Æstensium Marchio annis 19. Ioh. Bapt.

995 | 9 25 ED | 4963

Die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Die Pentecostes, anno Domini 996. OTTO III. Romæ coronatus est, à Gregorio V. Pontifice Maximo. Onuph. Idem addit diem Pentecostes incidisse in 5. Idus Iunij, quod in annum proximè præcedentem rectius conuenit.

996 — HVGO CAPETVS Franc. rex obijt, cui successit filius ROBERTVS annis 34. Sigeb.

10 26 C — OTTONE III. Imperatore Italia egresso, Crescentius populusq; Romanus IOHANNEM Græcum prædiuitem Placentiæ tunc Episcopum elegerunt Pontificem, aduersus Gregorium V. Saxonem sedit Antipapa ille Iohannes mens. 10. Onuph. Sed Otto Imperator in Italiam reuersus, Romam obsedit, Crescentium captum suspendit, & Iohannem Antipapam naso truncatum & exoculatum, præcipitauit de Capitolio. Ita Gregorius Saxo sellam Pontificiam recepit. Qui electionem Imperatoris per PRINCIPES ELECTORES Germaniæ confirmauit.

4964

997

11 27 B

12. Cal. Martij anno Domini 998. moritur Gregorius V. Pontif. Max. vacat sedes menses 8. dies 10. Onuph.

4965

Cal. Nouembris arte diabolica Pontificiam occupauit sedem, Gilbertus Nigromanticus Ottonis Tertij Imp. præceptor, qui dictus est SYLVESTER II. & sedit in Pontificia dignitate annos 4. menses 6. dies 12. Onuph.

998

12 28 A

4966

OTTO III. Imp. ad sepulchrum S. Adelberti in Poloniam proficiscitur, vbi maximis honoribus susceptus est à BOLESLAO Poloniæ duce, cui diadema imposuit, & regem Poloniæ eum creauit. Chron. Pol cap. 4. ita beneficio Ottonis Tertij, Polonia cœpit regnum esse.

999

13 1 GF — BOLESLAVS Poloniæ rex, regnat annos 25.

4967

Tumul.

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus, ☽ ☉

—Tumultuantibus Romanis præcipuè propter amissam in ferendis suffragijs, cum fieret electio Imperatoris, potestatem, Otto III. Imp. Romam profectus est, & sedatis motibus, Crescentij viduam amare cœpit.

Stella crinita horrendæ magnitudinis visa est in cælo. Fax quoq; ignea de cælo decidit, & Serpens igneus conspectus est in aere.

1000 —Natalem Domini Otto tertius Romæ celebrauit. Schaff.

14 2 E

4968 —5. Cal. Febr. hoc est, 28. die Ianuarij, anno Domini 1001. chirotecis veneno infectis, à Crescentij viduâ, necatus est OTTO III. Imp. Occidentis, cui successit HENRICVS IVNIOR CLAVDVS, dux Bauariæ, qui regnauit & imperauit in occidente annos 23. menses 5. dies 16. Onuph.

1001

15 3 D

4969

—LVDOLPHVS Saxoniæ Marchio in diœcesi Brunsuicensi clarus habetur, qui S. Magni Ecclesiam Brunsuigæ ædificauit. Pater huic Ludolpho fuit Bruno Secundus. Auus Bruno primus, Abauus Henricus dux Bauariæ Ottonis Magni Imp. frater Proauus Henricus auceps Imp. Habitauerunt autem Bruno primus & secundus eiusq; filius Ludolphus Saxoniæ Marchiones, Brunsuigæ, & in armis ac insignibus vsi sunt pullo equino candido. Crantz.

1002

16 4 C

4970

Indict. prima.

4. Idus Maij, anno Domini 1003. Syluester secundus Pontifex Rom. percussus à diabolo, impiam exhalauit animam. Vacat sedes dies 23. Successit Nonis Iunij Indict. prima, IOHANNES XVII. qui sedit mens. 5. dies 26. Onuph.

—Pridie Cal. Nouemb. anno Domini 1003. obijt Iohannes 17. Pontifex Rom. Vacauit sedes mensem vnum, dies 19. Successit 14. Cal. Ianuarij IOHANNES XVIII. qui sedit annos 4. menses 9. dies 12. Onuph.

1003

17 5 BA

4971

Vandalos

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

1004 — 18 — 6 G — Mundi 4972

—Vandalos in interiore Germania habitantes Henricus secundus Imperator subegit. Spec.

—Papia miserando incendio conflagrauit. Schaff.

1005 — 19 — 7 F — Mundi 4973

—Balduinus Barbatus Flandriæ comes, qui primus in Flandria nobiles cōstituit, Valencenas cepit. Henricus Imp. Gandauū obsedit. Tandem fœdere facto, Balduinus Valencenas retinuit.

1006 — 1 — 8 E — Mundi 4974

Fames & pestilentia totum afflixerunt orbem. Ordinata sunt eodem hoc anno ieiunia in vigilijs sanctorum, & certus precum numerus iniunctus est Episcopis & sacerdotibus in Germania, præsentibus Imperatore Henrico 2. & Kunigunde vxore eius, cum primarijs Episcopis Germaniæ. Chron. Saxoniæ.

—Saraceni Italiam bipartito exercitu inuaserunt, tandem à Petro Vrceolo Venetiarum, & Gregorio Græcorum Imperatoris, ducibus, victi & repulsi sunt. Blond. lib. 13.

1007 — 2 — 9 DC — Mundi 4975

BERNHARDVS Dux Saxoniæ.

1008 — 3 — 10 B — Mundi 4976

—Vdalricus dux Bohemiæ Pragam, quam Boleslaus Poloniæ rex biennio obsessam expugnauerat, recepit. Chron. Pol.

1009 — 4 — 11 A — Mundi 4977

—Turci & Saraceni Asiatici Hierosolymam ceperunt, anno Domini 1009. Drechsl. & Blond.

—12. Cal. Augusti, anno Domini 1009. moritur Iohannes 18. Pontif. Rō. vacat sedes dies 30. Succedit 12. Cal. Septembris SERGIVS IIII. qui sedit annos 2. menses 9. dies 12. Onuph.

1010 — 5 — 12 G — Mundi 4978

—Hoc anno nonnulli Hungaros Christi fidem suscepisse tradunt, eò quod Henricus 2. Imp. Gislam Sororem suam Hungarorum principi dedisset coniugem. Vide Crantz. in Saxonia.

—Fons aquæ in Lotharingiæ ducatu, in sanguinem conuersus est. Chr. Germ.

1011 — 6 — 13 FE — Mundi 4979

—Sueno Daniæ rex Angliam inuadit, Northumbros & Mercios subdit. Cal.

Mundi. | Christi. | Mundi. | Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Cal. Iunij, anno Domini 1012. efflauit animam Sergius Pontifex Roman. vacauit sedes dies 8. & successit 4. Idus Iunij BENEDICTVS VII. dictus Octauus, qui sedit annos 11. menses 10. dies 21. Onuph.

1012 7 14 D

—In Saxonia XVIII. personæ nocte natalis Domini, Choreas cum canticis prophanis ducentes, à presbytero maledicti, integro anno saltarunt. Spec. lib. 26. cap. 10. Ego tamen fabulam hanc à monachis excogitatam conijcio.

4980

—Poloni inuaserunt Pomeraniam & Cassubios. Chron. Pol. lib. 2. cap. 8.

1013 8 15 C

4981

—7. Cal. Maij, die Paschatis, anno Domini 1014 coronatus est Romæ HENRICVS II. Imp. Occidentis. Onuph.

—Sueno Daniæ rex, toto Anglorum regno potitus mox moritur, & sepelitur Eboraci. Etheldredus Anglorum rex, mortuo Suenone in Angliam redijt.

1014 —AZO IIII. Æstensium Marchio annis 41.

9 16 B —CANVTVS Suenoni patri in Daniæ regno succedit, victis Vandalis reque domi composita, Angliam bello repetit.

4982

—Henricus 2. Imp. bellum intulit Polonis, eò quod in Saxoniam incursionem fecerant. Schaff.

—Imp. Henricus 2. Altera die post Bartholomæi, Boleslaum Poloniæ regem prælio victum imperata facere coëgit. Crantz. in Saxonia lib. 4. cap. 31.

1015

10 17 AG —EDMVNDVS Ferreum latus, XV. rex Anglorum anno vno. Fuit hic filius Etheldredi. Georg. Lil.

4983

Grandine

Mundi. Christi.

Mundi.	Cyclus ☽ Cyclus ☉ / Christi.	
		—Grandine miraculosa & fulminibus multi mortales interierunt. Schaff.
		—Edmundus Anglorum rex, post diutinam concertationem, cum Canuto Danorum rege, Suenonis filio regnum diuidit, & paulò pòst proditione Edrici equitis occiditur. Eius filij Edmundus, & Eduardus à Canuto in Pannoniam relegantur. Georg. Lil.
	1016 — 11 18 F	
4984		—CANVTVS Daniæ & Noruegiæ rex, Suenonis filius, factus est XVI. rex Anglorum, & regnauit annos 20. Hic consecratus est ab Aluredo Cantuariensi Archiepiscopo.
		—Imperator Henricus 2. iterum in Polonos exercitum duxit. Schaff.
	1017 — 12 19 E	
4985	Indictio prima.	
		—Iaroslus dux Russorum, hostili exercitu Poloniam ingressus est, sed à Boleslao Poloniæ rege victus, magna suorum clade domum rediit. Chron. Pol.
	1018 — 13 20 D	
4986		—Papa Benedictus ad Henricum Claudum Imperarorem venit, à quo Babenbergæ honorificè susceptus est. De huius Pontificis auaritia lege Platinam, & Anton. tit. 16. parag. 18. Post mortem enim, Episcopo cuidam, quem in vita habuerat valde familiarem, apparuisse fertur, nigro insidens equo & admonuisse eum, vt Iohanni successori suo diceret, eum pecuniam in vsus pauperum collectam, sed impiè ad alios vsus reseruatam, in quadam cista inuenturum, eam vt pauperibus distribueret, ne similia vt ipse sufferre cogeretur. Sic ludit Satan vt idolomaniam confirmet. Anton.
	1019 — 14 21 CB	
4987		

Ingens

Mundi	Christi	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
4988	1020	15	22	A	— Ingens terræmotus in Bauaria factus est.
4989	1021	16	23	G	— Conuentus principum imperij fuit Aquisgrani. Æstas fuit hoc anno feruentissima, ita vt multi nimio calore extinguerentur. Chron. Germ.
4990	1022	17	24	F	— Russia à Boleslao rege Poloniæ subacta, & tributaria facta est. Chron. Pol.
4991	1023	18	25	ED	

Mundi	Christi	Cyclus ☽	Cyclus ☉		
4992	1024	19	26	C	— Pridie Cal. Maij, anno Domini 1024 obijt Benedictus VII. & successit eodem die IOHANNES XIX. qui sedit annos 8. menses 7. dies 9. Onuph. 3. Iulij, anno Domini 1024. mortuus est Henricus Claudus Imp. cui successit CONRADVS Saliquus, qui Occidente regnauit & imperauit annos 14. menses 10. dies 22. Onuph. — Mizelaus Poloniæ rex annis 9. Chron. Pol.
4993	1025	1	27	B	— CONSTANTINVS frater Basilij Imp. post obitum fratris in Oriente imperauit annos 3. minus vno mense. Zonar. & Cedren. — Bretislaus Bohemiæ dux, Vdalrici filius, Bohemiam & Marauiam Polonis eripuit. Chron. Pol.
4994	1026	2	28	A	— 7. Cal. Aprilis, die Paschatis, anno Domini 1027. CONRADVS Saliquus Imperator Occidentis Romæ imperiali corona coronatus est. Onuph. Sigeb. Schaff.
4995	1027	3	1	GF	

9. die

Cyclus ☽	Cyclus ☉	
	8. Cal. Octob. cœpit Indict. 12.	9. die Nouembris Indictione 12. cœpit imperare in Oriente ROMANVS ARGYROPOLVS & præfuit imperio Constantinopolitano annos 5. & dimidium. Cedren. Zonar.
	1028 4 2 E	
4996		Conradus Saliquus Imp. Occidentis, filio suo Henrico filiam Canuti Daniæ regis despondet. Abb.
	1029 5 3 D	
4997		4. Cal. Aprilis. die Pachatis, anno Domini 1036. Henricus III. à patre suo Conrado Saliquo, appellatus est rex Romanorum, & coronatus Aquisgrani. Regnauit & imperauit annos 26. menses 6. dies 7. Onuph. Eodem hoc anno Domini 1030. Roberto regi Franciæ successit filius HENRICVS qui regnauit annis 30. Sigeb. Mass. Sed Albericus ponit initium Henrici Francorum regis anno Domini 1031. vnde colligitur circa initium anni regnare cœpisse. Idem ex Diuionense historia sic addit: Obijt rex Robertus anno 41. ex quo vnctus fuit.
	1030 6 4 C	
4998		
	1031 7 5 BA	Rudol.
4999		
Mundi.	Christi.	

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Rudolphus rex Burgundiæ moriens, diadema suum Conrado Imperatori misit.

1032 | 8 | 6 G

—6. Idus Decembris, anno Domini 1032, extinctus est Iohannes 19. Pontifex Roman. vacat sedes dies 2. succedit 3. Idus Decembris BENEDICTVS VIII. appellatus IX, qui sedit annos 12. menses 4. dies 20. Onuph.

5000

Indictio prima.

—29. die Iunij, circa meridiem facta est ECLIPSIS SOLIS, anno Domini 1033. Marcus Fritschius in prodigijs. Colliguntur sub meridiano Regiomontano hi motus æquales Lunæ.

	Sex.	part.	'	''
Longitudinis Lunæ à Sole.	5	54	15	43.
Anomal. Lunæ	4	41	4	31.
Et latitudinis Lunæ	4	28	56	37

Defecit ergo totus Sol, in dodecatemorio Cancri, haud procul à capite draconis. Sigebertus eam notat anno Domini 1032. Sed ad annum 1033. pertinere sicut Marcus Fritschius annotauit calculo iam mathematico probauimus.

1033 | 9 | 7 F

5001

—15. die Aprilis, Indict. 2. obijt Romanus Argyropolus Imperator Constantinopolitanus. Succesit MICHAEL PAPHLAGON, qui imperauit in Oriente annos 7. menses 8. Cedren.

1034 | 10 | 8 E

5002

—Polonia sine rege, per 8. annos miserè affligitur. Vide Chron. Pol.

1035 | 11 | 9 DC

5003

Henri-

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

—Henricus Tertius, rex Romanorum, filius Conradi Saliqui Imperatoris, hoc anno nuptias celebrauit, cum filia Canuti Anglorum Danorumq; regis. Chron. Germ. Bau.

1036
12 10
B

—HARALDVS Canuti filius, Daniæ & Angliæ rex XVII. annis 4. Georg Lil.

5004 —Imp. Conradus Saliquus iterum exercitum in Italiam duxit, vltionem de Italis rebellibus sumpsit, præter alias vrbes Longobardiæ, Mediolanum obsedit & cepit, Episcopum eius ciuitatis seditionis autorem exilio mulctauit. Crantz. Abb. vrsp.

1037
13 11
A

5005

—Imp. Conradus Apulia, Calabria, totaq; littorali Italia, quæ tunc erat Normannorum, perlustrata, & in fidem confirmata, rediit in Germaniam.

1038
14 12
G

5006 —Pridie Non. Iunij repentina inopinataq; morte decessit Conradus Saliquus Imp. Anno Domini 1039. cui successit filius HENRICVS TERTIVS, qui regnauit & imperauit deinceps in Occidente annos 17. menses 4. dies 2. Hic dictus est cognomento NIGER. Onuph.

1039
15 13
FE

Vratislaus

5007

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Vrastislaus Bohemiæ dux Imperatori Henrico parere recusat, fretus auxilijs Petri Vngarorum regis Crantz. in Saxonia lib. 4. cap. 41.

1040
16 14 D

—CANVTVS II. Haraldi frater, Daniæ & Angliæ rex XVIII. annis 2.

5008

—Henricus Niger Imp. Vratislao Bohemorum duci, bellum intulit, eumq́, coegit solutis tributis pristino sese iugo rursus subdere. Crantz. in Saxonia.

8. Cal. Octob. incepit Indict. 10.

1041
17 15 C

—10. die Decembris, Indict. 10. mortuus est Michael. Paphlagon Imperator Orientis. Succesit MICHAEL CALAPHATES, qui imperauit in Oriente menses 4. dies 5. Zonar. & Cedren.

5009

—ZOE & THEODORA sorores post Calaphatem imperarunt menses 2. Cedren.

—11. Iunij, Indict. 10. CONSTANTINVS MONOMACHVS vxorem duxit Zoen septuagenariam ferme, cum qua Imperium Orientis simul accepit, & coronatus 12. die Iunij ab Alexio Patriarcha. Cedren. Imperauit in Oriente annos 12. menses 8. Zonar.

1042
18 16 B

5010

—EDVARDVS III. dictus sanctus, Etheldredi regis filius, XIX. Anglorum rex, annis 23. Georg. Lil.

—Henricus Niger, Imperator occidentis, in Vngariam exercitum duxit, duas populosissimas ciuitates euertit, plures sibi subiecit, Petrum Vngariæ regem à suis pulsum regno restituit. Crantz. Abb. vrsp. EGBERTVS Marchio Saxoniæ Dominus Brunsuici, Ludolphi filius, Pragam expugnauit.

1043
19 17 AG

4. Nonas

5011

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—4. Nonas Iulij Henricus Niger Imp. Vngaros ad Scaurinum magno prælio vicit, eosq; ad firmandam pacem coëgit.

1044
1 18 F

5012 —13. Cal. Februarij anno Domini 1045. exactus est Ponficatu Benedictus 8. Sed vt in Pontificatu se confirmaret collegam eodem die assumpsit SYLVESTRVM 3. qui sedit mensem vnum dies 19. & iterum deiectus est à Pontificia sella 5. Idus Martij. Successit denuo BENEDICTVS 8. Solus, & sedit mensem vnum, dies 21. à 6. Idus Martij ad Calendas Maij, quo die ipse, pariterq; IOHANNES XX. qui contra Syluestrum sederat mensem vnum dies 21. Sponte abdicarunt, & suffectus est GREGORIVS VI. qui sedit annum vnum menses 7. dies 21. Onuph.

1045
2 19 E

5013

—Gotfridus dux Lotharingiæ Imperatori Henrico Nigro rebellauit, sed captus est ab Henrico Imp. & in Gibiehenstein custodiæ, mandatus. Herman. Contract.

1046
2 20 D

—12. Cal. Ianuarij anno Domini 1546. in concilio Sutri congregato, ab Henrico 3. Imp. coactus est abdicare Gregorius 6. Pontifex Rom. cui suffectus est CLEMENS Secundus, qui sedit menses 9. dies 19. Onuph.

5014

—ORTHOLPHVS Bernhardi filius, Dux Inferioris Saxoniæ.

— 7. Idus Octobris, anno Domini 1047. mortuus est Clemens 2. & cum sedes vacasset menses 9. dies 7. suffectus est Iussu Henrici Imperatoris DAMASVS Secundus.

1047
4 21 CB

In.

5015 16. Cal.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—16. Cal. Augusti, anno Domini 1048. consecratus & coronatus est Pontifex Max. DAMASVS secundus, qui Pontificiam sellam tantum tenuit diebus 23. impiamq; efflauit animam 6. Idus Augusti. Vacauit sedes post eius mortem menses 6. dies 14. Onuph.

1048
5 22 A

5016 —Pridie Idus Febr. Dominica prima quadragesimæ Indict. 2. anno Domini 1049. Iussu Henrici 3. Imp. consecratus & ad Pontificiam dignitatem euectus est LEO IX. qui sedit annos 5. menses 2. dies 8. Onuph.

—Casimirus Poloniæ rex, Henrico 3 Imp rebellauit. Imperator eodem tempore in grauem morbum incidit, quod regi Poloniæ bono fuit, metuens enim Potentiam Imperatoris si iterum conualesceret, pacem petijt & impetrauit. Herman. Contract.

1049
6 23 G

5017 —Vngari rebelles à Gebhardo Ratisbonensi Episcopo patruo Imperatoris magna cede repulsi sunt.

—Tertio Idus Nouembris anno Domini 1050. nascitur Henrico tertio Imp. filius Henricus quartus, cui pater principes Imperij iurare cogit priusquam baptizaretur. Herm. Contract. Abb. vrsp. Peuc.

1050
7 24 F

5018 —Turquiniani Asiæ regnum occupant. Sadoc primus eorum Dominus fuit, cui succelsit Dogrissa. Haito cap. 15.

—EGBERTVS Ludolphi filius, Dominus Brunsuici & Marchio Saxoniæ, hoc tempore in magna autoritate fuit. Crantz.

1051
8 25 ED

Conra-

5019

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Conradum Bauariæ ducem, Henricus 3. Imperator ducatu priuauit, vnde magnum sibi principum odium comparauit. Herman. Contract.

1052
9 26
C

5020

—Conradus Bauariæ dux exautoratus fugit ad Vngaros, quorum auxilio Carinthiam occupauit. Herman. Contract.

1053
10 27
B

5021

—13. Cal. Maij, anno Domini 1054. obijt Leo 9. Pontifex. Vacauit sedes, menses 11. dies 28. Onuph.

—11. Cal. Iulij, eodem hoc anno Domini 1054. Henricus quartus adhuc puer coronatur rex Romanorum, Onuph.

1054
11 28
A

—THEODORA soror Zoës sola in Oriente imperauit annum vnum menses 9. Zonar.

5022

—Idibus Aprilis anno Domini 1055. VICTOR euectus antea ad Pontificatum ab Henrico 3. Imperatore, Romam veniens consecratus est, & sedit annos 2. menses 3. dies 16. Onuph.

1055
12 1
GF

—GVELPHVS VI. Marchio Æstensium annis 46. Iohan. Bapt. Pigna.

5023

Circa

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Circa finem Augusti, Indict. 9. decessit è vita Theodora imperatrix Orientis. Et vltimo die Augusti declaratus est Imperator MICHAEL STRATIOTICVS, qui imperauit in Oriente annum vnum. Cedren. Zonar.

—3. Non. Octob. anno Domini 1056. mortuus est Henricus 3. Imp.
1056 Occidentis. Cui successit filius HENRICVS IIII. qui in Occidente regnauit & imperauit annos 49. menses 10. dies 3. Onuph.

13 2 E

5024

—8. die Iunij salutatus est Imperator Orientis ISAACIVS COMNENVS, qui imperauit annos 2. menses 3. Onuph. & Cedren. Coronatus est mense Septembri Constantinopoli, anno Domini 1057. Onuph. vide & Zonaram. Eodem hoc anno Christi 1057. die Petri & Pauli BRVNO & EGBERTVS MARCHIONES SAXONIÆ, & DOMINI BRVNSVICI acerrimè pugnarunt cum Ottone Thuringiæ Landgrauio, Occisi sunt Otto & Bruno, cui in Marchionatu Saxoniæ successit Egbertus frater.

—5. Cal. Aug. obiit victor Papa vacauit sedes dies 4. creatus est 4. Non
1057 Aug. STEPHANVS X. dictus IX. & sequenti die consecratus, qui sedit menses 7. dies 28. Onuph.

14 3 D

5025

—Cal Aprilis, anno Domini 1058. extinctus est Stephanus Pontifex Max Rom. Vacauit sedes dies 13. Pridie Idus Aprilis à Romanis proceribus laicis electus & consecratus est BENEDICTVS IX dictus X. qui sedit menses 9. dies 20. Onuph.

1058

—Pridie Cal. Ianuarij, ineunte anno Domini 1059. contra Benedictum euectus est ad Pontificatum NICOLAVS Secundus, qui sedit annos 2. menses 6. diem vnum. Pridie Cal. Februarij anno Domini 1059. Benedictus 9. abdicauit. Onuph.

15 4 C

5026

—CONSTANTINVS DVCAS in Oriente Imperauit annis 7. mensib. 6. Zonar. Hunc Imperatorem appellauit Constantinopoli, paulò ante abdicationem suam Isaacius Comneus, qui paulò ante mortem suam sponte abdicauit. Onuph.

1059 —8. Cal. Ianuarij, Constantinus Ducas Coronatus est, incipiente anno Domini 1060. Onuph.

16 5 BA

5027

Agnes

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Agnes imperatrix, mater Henrici 4 Imp. Ottoni duci Saxoniæ, dono dedit ducatum Bauariæ.

—PHILIPPVS rex Francorum annis 49. Hic succesit patri Henrico anno Domini 1060. Sigeb. Mass. Calam. Meyer.

1060

17 | 6 G

5028

—Pridie Cal. Iulij anno Domini 1061. moritur Pontifex Rom. Nicolaus secundus: Vacat sedes menses 3. & consecratus est 5. Cal. Nouembris HONORIVS 2. qui sellam Pontificiam tenuit annis 5. Annus & dies mortis eius non inueniuntur scripti. Contra hunc anno Domini 1061 Cal. Octob. creatus & consecratus est, ALEXANDER 2. qui in Pontificatu sedit annos 11. menses 6 dies 22. Onuph.

1061

18 | 7 I

5029

—6. Cal. Nouembris, anno Domini 1062. in concilio Mantuano damnatus est Honorius secundus Pontifex Rom. & Alexander 2. è contra in Papatu confirmatus est, Onuph.

1062

19 | 8 E

5030

Indictio prima.

—Die Pentecostes VVetzelo Episcopus Hildesheimensis, & VVideradus abbas Fuldensis, Goslariæ in templo de primatu armis contenderunt, præsente Henrico 4. Imp. adolescente vndecim annorum. Chrō. Sax.

1063

1 | 9 DC

5031

Henricus

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus,
☽ ☉

—Henricus 4. Rex Romanorum anno ætatis 12. primùm arma induit, permittente hoc Alberto Archiepiscopo Bremensi.

1064
2 10
B

5032

—Marianus Scotus Theologus & historiographus, clarus habetur. Maior lib. 3. cap. 3.

1065
3 11
A

—HARALDVS II. Godouini Comitis filius, Canuti secundi ex sorore nepos, XX. Anglorum rex, anno vno.

5033

—Henricus 4. rex Romanorum ægrotauit.

—Mense Maio, Indict. 4. visa est stella crinita Constantinopoli, Solem sequens occiduum, quæ initio magnitudine æquauit Lunam plenam, deinde cum coma enasceretur minuebatur. Zonar. effulsit noctibus 13.

—Cum circa festum Paschatis Henricus 4. ægrotasset, paulò tamen pòst iterum conualescens eodem hoc anno nuptias celebrauit cum Berta Ottonis Marchionis Italiæ filia, quæ illi in cunis erat desponsata à patre Henrico 3.

1066
4 12
G

—8. Cal. Ianuarij, ineunte anno Domini 1067. GVILHELMVS Normanniæ dux, cum paulò antè Haraldum Angliæ regem ob repudiatam sororem in prælio occidisset, factus est XXI. rex Anglorum & regnauit annos 21. fuitq; filius nothus Roberti Normanniæ ducis.

5034

—Nonis Iunij, anno Domini 1067. Imp. Constantinus Ducas longo morbo extenuatus decessit maior sexagenario, cui successit vidua eius EVDOCIA, quæ cum filijs in Oriente imperauit menses 7. & dies aliquot. Onuph. & Zonar.

1067
5 13
FE

—Idibus Ianuarij ab Eudocia Imperatrice, maritus & Imperator Orientis appellatus est ROMANVS DIOGENES, qui Græcis imperauit annis tribus mensibus 8. Onuph. & Zonar.

5035

Insignia

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Insignia Guilhelmi Anglorum regis, Leones tres iubati, militari parma depicti, ad posteros dehinc Angliæ reges transmissa sunt, cum antea nullum regibus publicum fuisset insigne, sed alius alio pro arbitratu vsi fuissent. Sunt qui Guilhelmum duobus tantū leonibus quod Normannicæ ditionis insigne est, vsum existiment, tertium ex Aquitania accessisse, quam postea Henricus secundus vxoria hæreditate possedit. Georg. Lil.

1068
6 14
D

5036 Henricus 4. Rex Romanorum in Occidente, Archiepiscopi Moguntini consilio, conuocata Synodo repudiaturus erat vxorem, quod nè fieret vix impediuit Alexander 2. Pontifex Max. Romanorum.

1069
7 15
C

5037 Egon eques & miles, perfidiæ accusauit Ottonem Bauariæ ducem, apud Henricum 4. Imp. vnde bellum crudelissimum exarsit. De hoc bello vide Cranzium in Saxonia. Abbatem vrspergensem, Chronicon Saxoniæ, Lambertum Schafnaburgensem, & multos alios scriptores.

1070
8 16
B

Henricus 4. pulso Ottone Bauariæ duce, paulò post festum natiuitatis Christi ducatum Bauariæ dedit Guelpho, intercedente Rudolpho Sueuiæ duce. Ita Guelphus ille, Sextus eius nominis Æstensium Marchio, Azonis Quarti filius, factus est dux Bauariæ, & successit eodem hoc anno auunculo suo Guelpho V. in ducatu Carinthiæ & Spoleti Iohan. Bapt.

5038

Circa Cal. Octobris Romanus Diogenes à senatu populoq; Constantinopolitano exactus est imperio Orientis, anno Domini 1071. in cuius locum eodem tempore coronatus est MICHAEL PARAPINACIVS, Constantini Ducæ filius, qui in Oriente imperauit annos 6, & dimidium. Onuph.

1071
9 17
AG

OTTO

5039

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—OTTO Saxoniæ & Bauariæ dux, pulsus ab Henrico IIII. Romanorum rege, factus est DVX AD VISVRGIM, & COMES NORTHEMENSIS. Crantz. Schaff. Chron. Sax.

1072 10 18 F

5040

—11. Cal. Maii, die Dominico efflauit animam Alexander 2. Pontifex Rom. Marian. Eodem die omnium Cardinalium suffragio electus est HILDEBRANDVS natione Hetruscus, patria Soanensis, qui dictus est GREGORIVS VII. & sedit in Pontificatu annos 12. mensem vnum, dies 3. Onuph.

1073 11 19 E

5041

—6. Cal. Febr. ad vtrumq; latus Solis, duæ columnæ aurei coloris cum Sole ortæ sunt, cum præcedenti nocte sub galli cantum iris visa esset. Et paulò pòst eodem hoc anno facta est acerrima pugna inter Henricum 4. Imperatorem & Ottonem ducem ad Visurgim, in qua Gebhardus Lotharii Saxonis Imp. pater, occisus est. Saxones Hartesburgum Imperatoris regiam & templum diruunt.

—Anno Domini 1074. CONSTANTINVS DVCAS à patre suo Michaële Parapinacio, appellatus est Imperator Orientis, & imperauit in vniuersum annos plus minus 7. & horum 3. ac dimidium cum patre. Cæsus est ad extremum in prælio contra Robertum Guiscardi, Nordmannum, in Apulia. Onuph.

1074 12 20 D

5042

—9. die Iunii, anno Domini 1075. Imp. Henricus 4. Saxones memorabili pugna vicit in loco Nagelstede. Paulò pòst Saxones iterum cum imperatore congressi, cum eius potestati resistere non possent, victori se tradiderunt, inter alios etiam Otto dux ad Visurgim, qui statim iterum dimissus est, Vide Chron. Saxoniæ & multos alios Scriptores.

1075 13 21 CB

4043

Mundi. Christi.

Cæsar

Cyclus ☽ | Cycli ☉

—Cæsar Henricus 4. anathematis fulmine ictus ab Hildebrando siue Gregorio septimo Pontifice, Vlmæ per principes imperii deponitur, cum ipse eodem tempore esset in Oppenheim.

—Gelu rigidissimum hoc anno fuit à die Martini vsq; ad finem Martii sequentis anni. Cæsar Henricus 4. per montem S. Bernhardi ad pontificem proficiscitur.

1076

4 22 A

5044

—28. die Martii Cæsar Henricus 4. Canusii ab anathematis fulmine absoluitur à Pontifice Gregorio 7.

—3. Idus Martii, anno Domini 1077. Rudolphus de Reinfelden dux Sueuiæ, Imp. appellatus est, & coronatus Moguntiæ à Sigefrido Archiepiscopo, media quadragesima. Regnauit annos 3. cum dimidio ferme. Onuph.

—9. die Iunii factum est primum prælium inter Cæsarem Henricum 4. & Rudolphum Sueuiæ ducem. Pugnatum est vtrinq; incerta, sed non incruenta victoria.

1077

5 23 G

5045

indictio pris

—Anno Domini 1078. Nicephorus Bryennius Orientis imperium inuasit contra Michaëlem 7. & imperauit menses aliquot, tandem captus & exoculatus est. Onuph.

—8. Cal. Aprilis, anno Domini 1078. NICEPHORVS BOTONIATES salutatus est imperator Orientis, & inauguratus feria 3. post Pascha, 3. Idus Aprilis. Imperauit annos 3. dies 8. cum Constantino XIII. Duca Aug.

—7. die Augusti factum est secundum prælium Cæsaris Henrici 4. cum Rudolpho Sueuorum duce. Iterum æquo Marte pugnatum est.

1078

16 24 F

5046

—Papa Hildebrandus siue Gregorius 7. excommunicationem in Cæsarem Henricum IIII. denuo renouat, regnoq; iterum eum priuat.

—25. die Iunii Cæsar Henricus quartus, tertium prælium commisit, cum affine suo Rudolpho Sueuorum duce. Pugnatum est acriter ab vtraq; parte. Tandam Rudolphus amissa dextra Mersburgum perlatus est, vbi paulò pòst est extinctus. Eodem hoc anno Cæsar Henricus 4. vnicam suam filiam matrimonio iunxit Friderico de Stauffen, cui Rudolpho cæso Sueuiam attribuit.

1079

17 25 ED

7. Cal.

5047

Mundi. | Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1080
18 26
C

5048

7. Cal. Iulii, anno Domini 1080. CLEMENS III. creatus est aduersus Hildebrandum siue Gregorium septimum Pontificem Romanum facem bellorum ciuilium. Facta est haec electio Clementis iussu Caesaris Henrici 4. in Synodo quae Brixiae conuocata erat, & in eodem concilio, Hildebrandus siue Gregorius septimus deiectus est de sede Pontificia. Sedit autem Antipapa Clemens tertius contra Gregorium 7. Victorem 3. Vrbanum 2. & Paschalem 2. Pontifices Romanos, annos 21. menses & dies aliquot. Onuph.

Cal. Aprilis anno Domini 1081. Imperator Orientis Nicephorus Botoniates amotus est ab imperio, & pridie Nonas aprilis die Paschatis eodem hoc anno 1081. coronatus est ALEXIVS COMNENVS, qui imperauit in Oriente annos 37. menses 4. & dies 15. Onuph.

1081
19 27
B

5049

HERMANNVS Lotharingiae Lucelburgicae Princeps, absente Caesare Henrico 4. à principibus Italiae rex Romanorum salutatus est.

1082
1 28
A

5050

4. Nonas Iunii, feria 6. post Pentecosten, anno Domini 1083. Henricus 4. Caesar Romam cepit. Papa Hildebrandus qui & Gregorius 7. vocatur, fugit in molem Adriani. Hirsaug.

1083
2 1
GF

5051

Vndecima Cal. Aprilis anno Domini 1084. pulso Gregorio 7. Clemens Tertius Pontifex Romanorum inauguratus est.

Pridie

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Pridie Cal. Aprilis, die Paschatis, anno Domini 1084. Coronatus est Romæ à Clemente 3. Antipapa HENRICVS 4. Imperator Romanorum in Occidente. Onuph. & Auent. lib. 5. Inaugurata est vna eademque die cum Imperatore coniunx eius Bertha Ottonis Marchionis Italiæ filia, mater Henrici V. Imp.

1084

3 2 E

5052

—3. Cal. Iunii, anno Domini 1085. impiam suam efflauit animam Gregorius VII. Pontifex Rom. vacauit sedes annum vnum, menses 4. dies 27. Onuph.

—EGBERTVS Saxoniæ Marchio, tyrannidem arripuit contra Henricum 4. Imp. in Saxonia, anno Domini 1085. Regnauit annos 5. & menses aliquot. Onuph. Fuit hic Dominus Brunsuici, & post quinquennium in Molendino Eisenbuttel occisus est. Crantz.

1085

4 3 D

5053

—9. Cal. Iunii, anno Domini 1086. à Mathilde comitissa in Parma, & Guiscardo Apuliæ & Calabriæ duce, creatus est Pontifex Max. VICTOR III. qui sedit annum vnum, menses 3. dies 24. Onuph.

1086

5 4 C

5054

—12. Cal. Aprilis, anno Domini 1087. Capuæ consecratus & inauguratus est Pontifex Victor Tertius.

—Hermannus rex Romanorum à muliere occisus est, cum tentaret arcis suæ præfectos.

—16. Cal. Octobris, anno Domini 1087. diem suum extremum clausit Victor Tertius Papa. Vacat sedes menses 2. & dies 24. Onuph.

1087

6 5 BA

—MAGNVS Dux Saxoniæ inferioris successit patri Ortholpho.

—4. Idus Martii anno Domini 1088. electus & consecratus est VRBANVS

5055

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

BANVS SECVNDVS, qui in Papatu sedit aduersus Clementem Tertium, annos 11. menses 4. dies 18. Onuph. Eodem hoc anno consessus est Bucco Episcopus Halberstadensis. Bertha quoque imperatrix, Henrici quarti, Imp. coniunx, ex hac miserrima vita decessit, & sepulta est Spiræ.

—GVILHELMVS RVFVS patri in Anglorum regno successit, & regnauit annos 23 fuitque vicesimus secundus Anglorum rex. Georg. Lil.

1088 — 7 — 6 G — 5056

—Pestis ignita exurens homines, orbem terrarum afflixit. Spec. cap. 84.

—Imp. Henricus 4. duxit secundam vxorem, filiam regis Russorum, viduam Vdonis Marchionis Brandeburgensis, & cum ea nuptias celebrauit Coloniæ.

1089 — 8 — 7 F — 5057

—Hoc anno Henricus 4. Imperator Occidentis, denuo cum exercitu ingressus est Italiam, Mathildin Parmæ comitissam, & Normannos, memorabili pugna superauit. Eodem hoc anno EGBERTVS MARCHIO SAXONIÆ, ET DOMINVS BRVNSVICI, in Molendino Eisenbuttel à militibus Imperatoris opprimitur.

1090 — 9 — 8 E — 5058

—Anno Domini 1091. rex Romanorum appellatus est CONRADVS, Henrici 4. Imp. filius, & regnauit in Italia annis 9. Onuph.

—Muscarum ignotarum maximi exercitus hoc anno multis in regionibus volitarunt. Abb. Vrsp.

—GERTRVDIS Soror Egberti, vltimi Marchionis Saxoniæ, nupsit HENRICO CRASSO comiti Northeimensi, & Domino ad Visurgim, filio Ottonis ducis ad Visursim, qui Henrico 4. Imp. rebellauerat.

1091 — 10 — 9 DC — 5059

17. Cal.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

17. Cal. Iunii, die Pentecostes, anno Domini 1092. Conradus rex Romanorum, Henrici quarti Imp. filius Aquisgrani inauguratus est, ab Hermanno Archiepiscopo Coloniensi. Onuph.

Decreta Pontificum ab Iuone Carnotensi Episcopo compilata sunt, quem Gratianus deinde imitatus est, sed quo tempore non constat. Spec. cap. 84.

1092

11 10 B

5060

HENRICVS CRASSVS PRINCEPS AD VISVRGIM, COMES NORTHEIMENSIS, AC DOMINVS BRVNSVICI, hoc tempore in magna autoritate fuit. Vxorem habuit Gertrudem, Egberti vltimi Marchionis Saxoniæ sororem, quæ illi hoc tempore peperit filiam RIXAM, quam Lotharius Saxo Imp. vxorem duxit, cui ex illa nata est filia GERTRVDIS, mater HENRICI LEONIS ducis Saxoniæ. Chron. Sax. & Albertus Crantz.

Ind. Elio prima.

1093

12 11 A

5061

9. Cal. Octobris, hoc est, 23. die Septembris, die Veneris, anno Domini 1093. ECLIPSIS SOLIS FACTA EST, hora tertia diei. Ioh. Tritenii Chron. Hirsaugiense. Meyerus scribit eam contigisse inter horam primam diei & sextam meridianam, hoc est, tempore antemeridiano. Cæterum eam hoc anno, die, & hora ab autoribus annotatã factam esse calculo astronomico sic probamus.

CALCV-

Mundi. Christi.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, *QVÆ FACTA EST 23. DIE SEPTEMB. ANNO Domini 1093. Qui habuit aureum numerum 11. Cyclum Solarem 10. Literam Dominicalem B.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hanc Eclipsin, sunt completi, anni Iuliani 1092. menses 8. dies 22. horę 12. & scrup. 5. Si ad meridianum Montis regij in Borussia calculus dirigatur. Facta igitur est hæc defectio Solis sub eodem meridiano Regiomontano, anno Domini 1093. die 23. Septembris post horam 12. meridianam, scrup 5. Ad quod-tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	20	47	18	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	1	18	27	
Solis simplicis	2	46	58	2	
Solis compositi	5	7	45	19	
Anomaliæ annuæ Solis	1	38	21	31	
Longitudinis Lunæ à Sole	0	2	56	38	
Anomaliæ ☽	1	23	49	7	
Latitudinis ☽	1	27	54	36	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	21	50	40	
Æquatio centri Solis addenda	0	6	43	11	Scrup. proport. 15′ 56″.
Anomalia Solis coæquata	1	45	4	42	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	56	15	

ERGO ☉ in ♎ part. 6 52′ 27″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	0	5	53	16	
Æquatio secundi epicycli addenda	0	1	36	44	Scrup. proport. 0′ 12″.
Anomalia ☽ coæquata	1	25	25	51	
Absoluta æquatio primi epicycli subtrahenda	0	4	52	48	

ERGO ☽ in ♎ part. 6 52′ 32″.

Caput draconis in ♈ part. 13 50′ 44″. Cauda draconis in ♎ part. 13 50′ 44″.

Abfuit ergo cauda draconis à Luna part. 6 58′ 12″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. part. 1 23 1′ 48″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 36′ 22″.

In initio septimi climatis Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 33′ 12″.

Parallaxis autem latitudinis Lunæ à Sole 30′ 47″.

ERGO Latitudo Lunæ visibilis Borealis decrescens 5′ 35″.

Semidiameter Solis 16′ 50″.

Semidiameter Lunæ 16′ 7″.

Summa vtriusq; Semidiametri Lunæ & Solis 32′ 57″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 27′ 22″.

Diameter Solis apparens 33′ 40″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 9. Scrup. 45.

Scrupula


Scrupula incidentiæ 32.
Motus horarius Lunæ à Sole 29′ 48″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 4. Integer autem defectus horas 2. scrup. 8.
Latitudo Lunæ visibilis in initio Eclipsis, Borealis decrescens 8′ 21″.
Latitudo Lunæ visibilis in fine Eclipsis, itidem Borealis decrescens 2′ 49.
Ascensio recta veri locis Solis 186 *temp.* 38′ 37″.
Ergo propter inæqualitatem dierum naturalium, ad tempus æquale addenda sunt 13. scrup. vnius horæ.
Et in Gallia propter diuersitatem meridianorum auferenda hora vna, scrup. 35.
Propter Parallaxin longitudinis Lunæ à Sole insuper subtrahenda est hora vna, scrup. 7.
ERGO in Gallia hæc Eclipsis visa est sub meridiano Luteciæ Parisiorum, post 9. horam matutinam scrupulis 36. cum iam horæ ab exortu Solis essent elapsæ tres, sicut & Tritemius habet. Et ad illam horam, parallaxes etiam à nobis sunt inuentæ.

Sequitur nunc pictura.

BOREAS.

Luna cuius interuentu Sol obscuratur.

ORIENS. Luna à Sole iterum discedens.



OCCIDENS. Luna accedens ad Solem.

AVSTER.

Hanc Eclipsin secuta est maxima pestilentia, quæ totam Germaniam tum etiam Galliam afflixit. Ioh. Stumph subsecuta est etiam paulò post, expeditio in terram sanctam, duce Gotfrido Bullioneo.

Petrus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Petrus Eremita ad terram sanctam profectus est, qui postea causa magni illius belli extitit, quo terra sancta Saracenis erepta est.

1094 —Pestilentia horribilis integro biennio orbem terrarum misere afflixit. Vide vitam Henrici 4. Iohan. Stumphii.

13 12 G

5062

—4. Calend. Augusti, diem suum extremum clausit S. Ladislaus rex Vngariæ.

3. Idus Febr. hoc est, 11. die Februarii, anno 1096. LVNA DEFECIT. Sigeb. Facta est hæc Eclipsis vndecimo die Februarii, horâ quinta post mediam noctem, tunc enim hi colliguntur motus æquales sub meridiano Montis regii in Borussia.

1095

14 13 FE

5063

	sex.	part.	′	″
Longitud Lunæ à Sole	2	57	29	14
Anomal. Lunæ	4	59	13	47
Latitud. Lunæ	1	26	41	10

Ergo circa quintam horam matutinam tota Luna est obscurata, in dodecatemorio ♌ non procul à cauda draconis, nocte quæ fuit inter 10. & 11. diem Februarii.

—7. Idus Augusti, hoc est, 7. die Augusti, LVNA DEFECIT denuò, eodem hoc anno Domini 1096. Sigeb. Obscurata autem est tota Luna in dodecatemorio ♒, haud procul à capite draconis, hora 8. vespertina, nocte quæ fuit inter 7. & 8. diem Augusti, tunc enim hi colliguntur motus æquales Lunæ, sub meridiano Montis regii.

1096

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	3	2	52	8
Anomal. Lunæ	1	10	13	51
Latitudinis Lunæ	4	36	37	58

15 14 D

5064

Hæ duæ Eclipses incidunt in tempus expeditionis Christianorum in terram sanctam.

—Imp. Henricus 4. pacata Italia rediit in Germaniam & Ratisponæ Guelphum Bauariæ ducem recepit in gratiam, & Bauariam ei restituit. Abb. Vrsp. Crantz. etc.

—✱ Stella crinita apparuit. Ioh. Stumph.

1097 —Mense Decembri Imp. Henricus 4. celebrauit Moguntiæ comitia, & paulò post natalem Christi Argentinæ. Stumph.

16 15 C

5065

4. Cal.

Mundi Christi

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

4. Cal. Iulii, anno Domini 1098. Christiani Antiochiam expugnarunt. Trucidata sunt centum millia Saracenorum. Drechsl.

1098
7 16 B
5066

Vrbanus Pontifex Romanorum, concitauit in patrem Henricum 4. Imp. filium Conradum regem Romanorum, quem pater Italiæ præfecerat. Vide Stumphium in vita Henrici 4.

15. die Iulii, Anno Domini 1099. Indict. 7. die Veneris, Hierosolyma capta est, & GODEFRIDVS BVLLIONIVS Primus rex Hierosolymorum eligitur. Drechsl. Maß. & Robert. Monach. lib. 8.

✳ Mense Octobri anno 1099. Cometa arsit figura ensis.

4. Cal. Augusti anno Domini 1099. mortuus Papa Vrbanus 2. Vacauit sedes dies 17. Suffectus est 18. Cal. Septembris PASCHALIS 2. qui sedit annos 18. menses 5. dies 7. Onuph.

1099
18 17 AG
5067

Hoc anno è vita decessit Clemens 3. Antipapa, vt vult Iohan. Stumph. Eodem hoc anno peste extinguitur Godefridus primus rex Hierosolymorum cui successit frater eius BALDVINVS eius nominis Primus, secundus rex Hierosolymorum annis 18. HENRICVS Primus Guil. Rufi frater, XXIII. rex Angliæ, annis 35.

1100
19 18 F
5068

8. Idus Ianuarii, anno Domini 1101. post mortem Conradi filii Imp. Henrici 4. secundus eius filius Henricus V. à patre rex Romanorum appellatus est, qui regnauit & imperauit in vniuersum annos 26. menses 3. dies 17. Onuph. Eodem hoc anno morte Clemente 3. suffectus est Antipapa ALBERTVS ATTELLANVS, qui sedit contra Paschalem secundum menses 4. & coactus abdicauit. Successit SYLVESTER III. mensibus tribus, & diebus 15. & ille coactus abdicauit. Post hunc quoque contra Paschalem 2. electus est MAGINVLPHVS Romanus, anno Domini 1102. qui non longe post mortuus est. Onuph. Eodem hoc anno Pontifex Romanorum Paschalis secundus, Henricum quartum Imperatorem Occidentis, anathematis fulmine percussit. Stumph.

GVELPHVS VII. Dux Bauariæ annis 17, successit patri Guelpho VI. anno Christi 1101. Iohan Bapt.

1101
1 19 E
5069

Hoc

Mundi | Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1102 2 20 D

—Hoc tempore die natali Christi, Henricus 4. Imp. cum filio Henrico V. aliquandiu commoratus est Moguntiæ. Stumph.

5070

—Hoc anno Henricus Crassus Princeps ad Visurgim, comes Northeimensis & Dominus Brunsuici à Phrysiis cæsus est, relicta vidua GERTRVDI, quæ postea nupsit Ditericho comiti de Kettelnburg. Chron. Saxoniæ.

1103 3 21 CB

—Diem natalem Christi Imp. Henricus 4. cum filio Henrico V. celebrauit Ratisponæ, vbi paulò pòst orta seditione, à ciuibus eiusdem vrbis Sifridus comes de Burckhausen captus, & capite truncatus est. Stumph. in vita Henrici 4.

5071

—Eodem hoc tempore in Episcopatu Spirensi, sanguinis ex panibus fluxit. Abb.

—Hoc anno Christi 1104. DITERICHVS comes de Katelnburg nuptias celebrauit cum Domina GERTRVDE COMITISSA NORTHEIMENSE AC BRVNSVICENSE. Chron. Sax.

1104 4 22 A

—Diem natalem Christi, & initium noui anni, Henricus 4. Imp. celebrauit Moguntiæ, filius autem Henricus V. rex Rom. Ratisponæ, qui paulò pòst instinctu quorundam principum, præcipuè autem Pontificis Romani Paschalis secundi, à patre suo defecit, cumque parricidiali bello improbè & inclementer diuexauit. Vide Stumph. in vita Henrici 4. Imp.

5072

—Gertrudis comitissa Northeimensis ac Brunsuicensis, nouo suo marito Dieterícho comiti de Kartelnburg, peperit filium Diterichum Iuniorem, qui postea cum adolesceret, ex arce sua propè Eimbeccam, fecit monasterium Katelnburg. Chron. Sax.

1105 5 23 G

—Die natalis Christi, ineunte anno Domini 1106. conuentus principum fuit Moguntiæ, in quo pater Henricus 4. Imp. insignibus imperialibus priuatus, & filius Henricus 5. iisdem ornatus est. Crantz.

Ditericus

5073

Mundi. Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Ditericus senior comes de Katelnburg moritur, eiusq; vxor S. Gertrudis Brunsuicum rediit. Chron. Saxoniæ.

—6. Idus. Augusti, die Martis, anno Domini 1106. obiit Henricus 4. Imp. cui succesit filius eius HENRICVS V. qui regnauit & imperauit in Occidente annos 18. menses 8. dies 16. Onuph. Eodem hoc anno è vita decessit Magnus dux Saxoniæ, cui à Cæsare Henrico V. suffectus est LVDERVS comes de Suppelenburg & Arnsberg. Hic LVDERVS nunc Dux Saxoniæ, coniugem promeruit RIXAM filiam Henrici Crassi comitis Northeimensis, & Gertrudis matris, quæ fuit Soror Egberti vltimi Marchionis Saxoniæ. Dotis loco LVDERVS quem Itali postea Lotharium vocarunt, cum RIXA coniuge accepit BRVNSVICVM oppidum, cum attinentiis. Alb. Crantz in Saxonia lib. V. cap. 25.

1106 — 6 — 24 F

5074

1107 — 7 — 25 ED

5075

Indictio prima.

—Almus frater Colomanni Vngariæ regis, dum instat regno, ducatum simul amisit. Crantz.

—Cæsar Henricus V. in Vngariam exercitum duxit, sed ea fuit hostium præparatio vt nihil proficeret.

1108 — 8 — 26 C

5076

—Cæsar Henricus V, Polonos & Bohæmos bello aggreditur. Crantz.

—4. Cal. Augusti, anno Domini 1109. diem suum extremum clausit Philippus rex Franciæ, cui succesit filius LVDOVICVS CRASSVS, qui regnauit annos 28. Sigeb. Til.

1109 — 9 — 27 B

5077

Cæsar

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Cæsar Henricus 5. Ratisponæ indicto conuentu principum, de profectione in Italiam consultauit, & paulò pòst in principio Augusti, cum magnis copijs iter ingreditur. Rex Henricus cum parte exercitus per montem Iouis, alij per Tridentinos montes transierunt. Crantz. in Sax.

1110 —Diem natalem Christi Cæsar Henricus 5. Florentiæ celebrauit. Crantz. Ibidem.

10 28 A

5078

—2. Idus Aprilis, anno Domini 1111. Cæsar Hinricus 5. Imp. Aug. inauguratus & coronatus est à Paschali 2. Pontifice, in Basilica S. Petri Romæ. Onuph.

—Henricus 5. Imp. ex Italia reuersus, patris cadauer, quod quinquennium insepultum iacuerat, Spiræ honorificè sepeliri curauit.

1111

11 1 GF

5079

—Mense Maio anno Domini 1112. tanta copia niuis de cœlo cecidit, vt arbores etiam in Syluis discerperentur. Chron. Germ.

1112

12 2 E

5080

—Henricus 5. Imp. Saxoniam vastauit. Eodem hoc tempore Luderus dux Saxoniæ nuptias celebrauit cum Rixa, filia viduæ Gertrudis dominæ Brunsuicensis. Fuit autem Rixa hoc tempore virgo 20. annorum. Eius mater Gertrudis nobilis fœmina, eodem hoc anno Treueri rediens, corpus S. Autoris, Treuerensis quondam Archiepiscopi Brunsuicum aduexit, & Monasterium S. Egidij eodem hoc tempore ædificauit, quod postea prolatatis finibus vrbis, mœnijs inclusum est, cum tamen prima eius fundatio extra muros vrbis facta sit. Crantz.

1113

13 3 D

Henri-

5081

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Henricus 5. Imp. Moguntiæ nuptias celebrauit cum Mathilde anglorum regis filia, Fresones postea & Colonienses bello petit. Vastata Archiepiscopi Coloniensis terra, castrum in medio eius muniuit, militeq; ad cohercendos rebelles compleuit. Abb.

1114 14 4 C

5082 —Vndecimo die Februarij, anno Domini 1115. LVDERVS dux Saxoniæ Henricum 5. Imp. ad Syluam VVelpeshold, ingenti prælio vicit, & trophæum victoriæ erexit, quod cum viri docti signum adiutorij appellarent, rustici trophæum illud adorauerunt, tribueruntq; ei appellationem Sancti Iodoti, quem & hodie in periculis inuocant. Eodem hoc anno defuncta est Mathildis ditissima Italiæ Domina, filia Bonifacij tertij Marchionis Æstensis. Iohan. Bapt. Pigna.

1115 15 5 BA

5083 —Imp. Henricus V. paulò antè Anathematis fulmine percussus, cum omnes Episcopi & principes imperij, ab eius communione se retraherent cum imperatrice concessit in Italiam, ad Padum sedens, imperij ibi negocia pertractauit. Vide Crantzium. in Saxonia. Eodemq; hoc anno Christi. 1116. 2. Nonas Martij celebrata est Synodus vniuersalis Romæ.

1116 16 6 G

Anno Domini 1117. obijt Gertrudis Domina Brunsuicensis, mater Rixæ quæ Ludero duci Saxoniæ matrimonio erat iuncta. Chron. Sax. 16. Cal. Iulij, hoc est, die 16. Iunij fuit ECLIPSIS Lunæ, anno Domini 1117. Sigeb. Append. & Hirsaug. Defecit tota Luna circa principium cancri, iuxta caput draconis, circa mediam noctem, quæ fuit inter 15. & 16. diem Iunij, nam tunc hi colliguntur motus æquales sub meridiano Regiomontano.

5084

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	2	54	0	58
Anomaliæ Lunæ.	4	21	27	5.
Latitud. Lunæ.	4	20	1	21.

4. Idus Decembris, hoc est, die 10. Decembris anno Domini 1117. denuo fuit ECLIPSIS Lunæ Sig. Hirs. Alber. Defecit iterum tota Luna dodecatemorio Capricorni, in ipsa cauda draconis fermè, nocte quæ fuit inter 10. & 11. Decembris, post mediam noctem hora vna scrup. 30. Tunc enim ex tabulis Prutenicis, sub meridiano Montis regij, hi colliguntur motus æquales.

1117 17 7 F

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole.	3	4	43	53.
Anomal. Lunæ	1	17	50	5.
Latitudinis Lunæ	1	35	56	5

5085

12. Cal. Febr. anno Domini 1118. moritur Paschalis 2. Papa. Vacat sedes dies 3. Successit GELASIVS 2. qui sedit annum vnum, dies 5. creatus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

creatus est 8. Cal. Februarij. Contra hunc Gelasium Imp. Henricus 5. elegit GREGORIVM 8. qui sedit annos aliquot, & à Calisto 2. abdicare coactus est. Onuph.

18. Cal. Septemb. anno 1118. CALOIOANNES Commenus Porphyrogenitus, mortuo patre Alexio, Constantinopoli coronatus est Imp. Aug. & imperauit in oriente annos 24. menses 8 & dies aliquot. Onuph. Pater Alexius obijt 15. Augusti sub noctem. Nicet. BALDVINVS 2. patrueli successit in regno Hierosolymorum anno 1118.

1118 — 18 8 E

4. Cal. Febr. anno Domini 1119 mortuus est Gelasius secundus Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 2. Successit Cal. Febr. CALIXTVS 2. qui sedit annos 5. menses 10. dies 13. Onuph.

5086

HENRICVS NIGER Dux Bauariæ annis 6. Successit fratri Guelpho VII. anno Christi 1118. Iohan Bapt. Pigna.

8. Nouembris anno Domini 1119. Sumptibus Luderi ducis Saxoniæ, equites aurati & nobiles, conuenerunt Gottingiæ, qui armati exercitij causa concertarunt. Chron. Sax.

1119 — 19 9 DC

5087

Rogerius Dux Siciliæ, Apuliam & Calabriam subegit, & Italiæ regem se nominauit. Blond.

Mense Iunio glacies inconsueta, varia afflixit Saxoniæ loca, præcipuè autem in diocæsi Treuerensi grando tantæ magnitudinis hoc mense decidit, vt ædificia etiam subrueret. In Halberstadensi autem diocæsi grando tanto decidit impetu, vt decem villarum non modo fruges sed pecora etiam perimeret. Crantz. in Saxon. lib. 5. cap. 40.

1120 — 1 10 B

5088

Balduinus secundus eius nominis, tertius autem Hierosolymorum rex, Gazi Turcorum regem cepit, Damasci item regem victum custodiæ mandauit. Imp. Henricus 5. eodem hoc tempore Moguntiam obsidere decreuit, cui cum Saxones magno exercitu obuiam irent, tandem VVirtzburgi de pace actum est. Luderus Saxoniæ dux eodem hoc anno Monasterienses in VVestphalia domuit, eosq; coegit episcopum eiectum recipere. Crantz. in Saxon. lib. 5. cap. 41.

1121 — 2 11 A

Conuen-

5089

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Conuentus Episcoporum & Principum VVormaciæ fuit. Imp. Henricus 5. coactus est ius inuestiendi Episcopos cedere Pontifici Romano: quo facto, Legati Pontificis eum ab anathemate absoluerunt. Pactum hoc ex vtraq; parte literis committitur. Pontificis literæ datæ sunt hoc anno Domini 1122. 8. Cal. Octobris. Crantz.

1122 —Diem natalem Christi, ineunte anno Domini 1123. Imp. Henricus 5. celebrauit Traiecti. Crantz.

3 12 G

5090

Indictio prima.

—Soror Luderi ducis Saxoniæ, Hollandiæ Domina Imp. Henrico 5. rebellat. Interim per Germaniam latrocinia nimis multa, præsertim per Saxoniam creuerunt. Crantz.

1123

4 13 FE —Henricus Niger Bauariæ dux, ingreditur monasterium Vincarum, anno 1124.

5091

—Henricus 5. Imperator Occidentis, hoc anno Hollandiæ Dominam, Sororem Luderi Saxonis, contumacem fœminam bello agressus coëgit imperata facere. Vide Crancium in Saxon. lib. 5.

—3. Idus Augusti, hoc est, 11. die Augusti, anno Domini 1124. SOL DEFECIT. Hirsaug. Defecit hora vna post meridiem in Sole, quarta fermè diametri pars à Septentrione, in dodecatemorio ♌ iuxta caput draconis, tunc enim hi colliguntur motus æquales.

1124

5 14 D

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole.	5	55	2	36.
Anomal. Lunæ	3	37	19	47.
Latitudinis Lunæ	4	35	28	43

5092 Idibus Decemb. obijt Calixtus Papa. Vacauit sedes dies 10 Deinde 19 Cal. Ianuarij electus est HONORIVS, & 12. Cal. Ianuarij consecratus, qui sedit annos 5. mens. 2. dies 3. Onuph.

HENRICVS Superbus Bauariæ dux. An. 15.

10. Cal. Maij, anno Domini 1125. obijt Henricus V. Imp. Occidentis. Onuph. Auentinus habet 10. Cal. Augusti. Successit in Occidentis Imperio LOTHARIVS SAXONIÆ DVX, qui regnauit & imperauit annos 13. dies 18. Onuph.

—Idibus Septembris Lotharius Imp. Aquisgrani coronatus est, à Friderico Archiepiscopo Coloniensi. Onuph.

1125 —Mathildis Augusta defuncto marito Henrico V. Imp. ad patrem Henricum eius nominis primum Angliæ regem, in Angliam reuertitur, ac paulò pôst Gaufredo Andegauensium comiti nupta, Anglici regni hæres declaratur. Georg. Lilius.

6 15 C

5093

Baldui-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Balduinus rex Hierosolymorum, ante biennium à Saracenis captus, hoc anno precio dato, restitutus est, Spec. Eodem hoc anno, Lotharius Imp. Bohemos inuasit, & multis suorum amissis re infecta domum reuersus est. Crantz.

1126 — 7 — 16 — B

Ineunte anno Domini 1127. diem natalem Christi Lotharius Saxo Imp. Occidentis Coloniæ celebrauit.

5094

Festum Paschatis à Lothario Saxone imperatore, Goslariæ celebratum est, præsentibus Henrico superbo Bauariæ duce, & Vdalrico Bohemiæ rege.

S. BERNHARDVS Abbas Claraualleusis in magna autoritate & precio fuit.

1127 — 8 — 17 — AG

Ineunte anno Domini 1128. Lotharius Imp. celebrauit diem natalem Christi VVirtzburgi.

5095

Festum Paschatis in præsentia Lotharij Imp. celebratum est Merspurgi, & paulò pòst Spiram idem Imp. Lotharius Saxo, obsidione cinxit, vbi in castris Imperatoris, fulgur absumpsit crines militum. Crantz in Metropoli.

In fine huius anni Imp. Lotharius Saxo VVormatiam profectus est, vbi & diem natalem Christi celebrauit.

1128 — 9 — 18 — F

5096

13. Cal. Maij, anno Domini 1129. die Paschatis, Philippus adhuc puer, à patre Ludouico rege Franc. Remis in regem vngitur. Hirsaug.

Hoc anno Lotharius Saxo Imp. Spiram quæ secundò defecerat expugnauit, eamq; imperata facere coëgit.

1129 — 10 — 19 — E

13. Cal. Martij, anno Domini 1130. mortuus est Honorius 2. Pontifex

5097

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

tifex Roman. & vacauit sedes diem vnum tantum. Electus est in eius locum 12. Cal. Martij ANACLETVS II. qui sedit contra INNOCENTIVM II. qui eodem die creatus erat, annos 7. menses 9. & dies aliquot. Innocentius autem sedit annos 13. menses 7. dies 8. Onuph.

1130 — 11 20 D — Incipiente anno Domini 1131. cum Imp. Lotharius Saxo diem natalem Christi celebraret in Gandersheim, Papa Innocentius secundus implorauit eius auxilium, aduersus Antipapam Anacletum secundum.

5098

Pontifex Innocentius 2. hoc anno conuentum egit in Belgis, postea in Italiam redit, & Placentiæ alium conuentum habuit, vbi quid actum sit, dicit nullus. Vide Plat. & alios.

11. Cal. Septembris obijt Balduinus secundus, Rex Hierosolymorum, successit FVLCO qui regnauit annos 11.

1131 — 12 21 CB — In fine huius anni Lotharius Saxo Imp. festum natiuitatis Christi celebrauit Coloniæ.

5099

Cometa horrendæ magnitudinis visus est. Lotharius Saxo, pro corona imperij assequenda, Italicam suscepit expeditionem, Augustam Vindelicorũ peruenit, cuius magna pars, orta seditione inter ciues ac milites combusta est. Lotharius per Lumbardium & Hetruriã Italiã ingreditur, & restituto Pontifice Maximo Innocentio secundo, ab eodem Romæ coronatur, cum Rixa coniuge. Vide Crantz. & Chron. Sax. etc.

1132 — 13 22 A

5100 — Lotharius Saxo Imp. Fridericum Sueuiæ & Conradum Franciæ Orientalis duces, interuentione S. Bernhardi Abbatis Clareuallensis, recepit in gratiam.

4. Nonas Augusti, hoc est, 2. die Augusti, hora diei 7. in meridie facta est ECLIPSIS SOLIS Maxima. Marian. Sigeb. Suppl. & Alber. colliguntur sub meridiano Regiomontano, hi motus æquales hora prima post meridiem.

1133 — 14 23 G

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	5	56	18	53
Anomaliæ Lunæ	5	24	26	45
Latitudinis Lunæ	1	21	17	12.

Ergo in Sexto & Septimo climate, totus Sol defecit in dodecatemorio Leonis, haud procul à cauda draconis.

5101

Die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Die Paschatis Imp. Lotharius Saxo conuentum principum habuit in Halberstat / vbi Kanutus Daniæ rex eiusq; filius Magnus, ab Imperatore recepti sunt in gratiam. Et proxima solennitate Pentecostes in Mersburgo Imp. Lotharius Saxo nuptias peregit filiæ GERTRVDIS, quam iunxit HENRICO SVPERBO BAVARIÆ DVCI. vide Crantz.

1134 — 15 24 F

—Diem natalem Christi, & initium noui anni, Lotharius Saxo Imp. celebrauit. Spiræ.

5102

—Æstas hoc anno fuit feruentissima, ita vt Syluæ etiam incenderentur.

—3. Nonas Decemb. obijt Henricus eius nominis primus rex Anglorum, Lil.

1135 — 16 25 ED

—In fine huius anni Imp. Lotharius Saxo, festum natiuitatis Christi iterum Spiræ celebrauit.

5103

—STEPHANVS Bononiensis comes Henrici Anglorum regis ex sorore Adela nepos, neglecta Mathilda Augusta Henrici filia, regnum præoccupat.

—HENRICVS LEO Saxoniæ & Bauariæ dux, filius Henrici Superbi Bauariæ ducis, & nepos Lotharij Saxonis ex filia Gertrudi, in die Pentecostes baptizatur. Lotharius Imp. secundo ingreditur Italiam. Chron. Sax. Crantz.

1136 — 17 26 C

—STEPHANVS Comes Bononiensis Henrici Anglorum regis ex sorore Adela nepos, Stephani Blesensis Comitis filius, 8. Cal. Decemb. anno 1136. consecratur in regem Anglorum & regnauit annos 19. estq; hic XXIIII. rex Angliæ. Georg. Lil.

5104

—Cal. Augusti, anno Domini 1137. mortuus est Ludouicus Crassus, rex Franciæ, successit LVDOVICVS IVNIOR Crassus Pius, eius filius, qui regnauit annis 45. mense vno, diebus 19. vsq, ad mortem suam, 43. annos autem vsq; ad filij inaugurationem vide Onuphrium, Ioannem Tilium, & supplementum Sigeb.

1137 — 18 27 B

5105

Mundi Christi

Lothari-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Bissexprima.

—Lotharius Saxo Imp. pulso & fugato Rogerio Siciliæ rege, pacem Italiæ restituit. Crantz. Abbas vrsp. Otto Frising. etc.

—Pridie Cal. Octob. anno Domini 1138. moritur Lotharius Saxo Imperator Occidentis, fit interregnum mensium 6. Onuph. Sed Epitaphium eius in monasterio Konigs Lutther 3. die Decembris eum mortuum esse testatur.

1138 —Anno Domini 1138..... Cal. Decemb. moritur Anacletus Papa. Succedit illi VICTOR IIII. qui non longè pòst sponte sua abdicauit, Innocentium 2. Pontificem verum agnoscens. Onuph.

19 28 A

5106

—Cal. Aprilis, die Sabbati, ante 4. Dominicam quadragesimæ, anno Domini 1139. Rex Romanorum in Occidente declaratur CONRADVS III. SVEVVS, qui in occidentis Imperio regnauit annos 12. menses 10. dies 15. Onuph.

1139

1 1 GF

—Conradus ille tertius Romanorum Imperator, anno 1140. die purificationis Mariæ virginis, Albertum Vrsum Ascaniæ Comitem, in publicis Comitijs ducem Saxoniæ declarauit, contra Henricum Superbum, Henrici Leonis patrem, vnde inter hos principes funestum exarsit bellum.

5107

—Henricus Superbus Saxoniæ & Bauariæ dux, non absq; suspitione dati veneni moritur in comitijs Quedlinburgensibus, & paulò pòst sepelitur in monasterio Konigs Lutther, ad latus Lotharij Imperatoris soceri sui. Crancius in Saxonia. In ijsdem comitijs Quedlinburgensibus Albertus Vrsus Ascaniæ Comes declaratus est Marchio Brandenburgensium.

1140

2 2 E

5108

—Guelphus eius nominis Octauus Bauariæ dux frater Henrici Superbi, & tutor Henrici Leonis Saxoniæ Ducis, rebellans Imperatori Conrado Sueuo, obsidetur in arce VVeinsberg, sed singulari stratagemate coniugis suæ Itæ, comitissæ de caluo liberatur.

1141

3 3 D

Fulco

5109

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1142
4 4 C

Fulco rex Hierosolymorum 4. Idus Nouembris equo delapsus moritur, anno Domini 1142, cui successit eius filius BALDVINVS III. qui regnauit annos 19.

5110

EMANVEL COMMENVS successit patri Ioanni in Imperio Constantinopolitano mense Aprili, anno Domini 1143. & imperauit in Oriente annos 37. menses 5. & dies aliquot. Onuph.

1143
5 5 BA

8. Cal. Octobris, anno Domini 1143. efflauit animam Innocentius 2. Pontifex Romanorum, cui eodem die successit CELESTINVS 2. & sedit menses 5. dies 13. Onuph.

5111

8. Idus Martij, anno Domini 1144. moritur Celestinus Papa. Vacat sedes dies 13. Suffectus est 11. Cal. Aprilis LVCIVS 2. qui sedit menses 11. dies 4.

1144
6 6 G

5112

5. Idus Martij, anno Domini 1145. obijt LVCIVS 2. pontifex Rom. Vacauit sedes dies 2. Successit 3. Idus Martij EVGENIVS III. qui sedit annos 8. menses 4. dies 10. Onuph.

1145
7 7 F

Con-

5113

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Conradus Imp. Germ. & Ludouicus rex Franciæ collecto exercitu susceperunt expeditionem in terram Sanctam.

1146
8 8 E

5114

HENRICVS LEO DVX SAXONIÆ ET BAVARIÆ annos natus 11. cum Alberto Marchione Brandenburgensi & aliis principibus, aduersus Vandalos exercitum duxit, eosq; subegit. Albertus Crantz. lib. 6. cap. 12. Saxon.

1147
9 9 DC

5115

7. Cal. Nouemb. anno Domini 1147. ECLIPSIS SOLIS facta est, circa quartam horam diei. Hirsaug. Die Dominico, ab hora diei 2. vsq; ad 5. Sigeb. Facta est hæc Eclipsis Solis, 26. die Octobris, die Solis, hora quarta post meridiem, tunc enim sub meridiano Regiomontano hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.		
Longit. Lunæ à Sole.	0	5	20′	40″
Anomaliæ Lunæ.	1	17	45	42
Latitudinis Lunæ	1	29	5	58

Defecit ergo in Sexto climate Sol vltra 5. digitos ab austro, in dodecatemorio Scorpij, haud procul à cauda draconis. Hanc Eclipsin secuta est fames maxima, in exercitu Conradi Imp. & Ludouici regis Francorum, qua magna pars militum interijt.

1148
10 10 E

5116

7. Cal. Aprilis, anno Domini 1149. die Sabbati ante ramos palmarum, LVNA DEFECIT. Sigeb App. habet 11. Cal. Aprilis, circa 9. horam noctis, hoc est, 3. hora post mediam noctem. Sed 7. Cal. Aprilis legendum esse, hoc est, 26. die Martij, sic probamus. Sub meridiano Regiomontano nocte quæ fuit inter 25. & 26. dies Martij hora, tertia post mediam noctem, anno Domini 1149. hi colliguntur motus æquales:

1149
11 11 A

Lon-

5117

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

	Sex. part.		°	′
Longit. Lunæ à Sole	3	1	21	28
Anomaliæ Lunæ	5	45	16	51
Latitudinis Lunæ	1	21	30	26

Obscurata igitur est Luna, vltra dimidiam partem diametri ab austro, in dodecatemorio ♎, non procul à cauda draconis.

1150
12 12 G

5118

Balduinus Rex Hierosolymorum, Ægyptiorum Sultanum memorabili pugna vicit, trucidatis 5000. hostium.

1151
13 13 FE

5119 15. Cal. Martij, hoc est, 15. die Februarij, anno Domini 1152. diem suum extremum clausit Conradus 3. Imp. Occidentis, fuitq; interregnum dierum 17. & suffectus est in eius locum ab electoribus 4. Nonas Martij, FRIDERICVS BARBAROSSA, qui regnauit & imperauit in occidente annos 38. menses 3. dies 7. Coronatus est Aquisgrani eodē hoc anno Domini 1152. 7. Idus, hoc est, 9. die Martij, 4. dominica quadragesimæ. Onuph.

1152
14 14 D

5120 *Indictio prima.*

8. Idus Iulij, anno Domini 1153. moritur Eugenius 3. Pontifex Max. Rom. Vacat sedes dies 2. Succedit 6. Idus Iulij ANASTASIVS IIII. qui sedit annum vnum, menses 4. dies 23. Onuph.

ELEONORA Guilielmi Aquitaniæ ducis, & Pictonum Comitis filia Henrico Andegauensium Comiti, Mathildis Augustæ filio Henrici primi Anglici regis nepoti nupsit, ad quem inuito Gallorum rege attulit dotem, Pictones & Aquitaniam, quod deinceps perpetui belli seminarium fuit. Erat autem hic Henricus Gaufredi Andegauensium comitis filius Georg. Lil.

1153
15 15 C

8. Cal.

5121

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

5122 1154 16 16 B

8. Cal. Nouemb. obijt STEPHANVS rex Angliæ, succeſsit Henricus II. Henrici primi ex filia Mathilde nepos, XXV. Anglorum rex, annis 33. Lil.
4. Nonas Decembris anno Domini 1154. obijt Anaſtaſius 4. Pōtifex Roman. Vacauit ſedes diem vnum. Creatus eſt 3. Nonas Decembris HADRIANVS. Quartus, qui ſedit annos 4. menſes 9. Onuph.

5123 1155 17 17 AG

Fridericus Barbaroſſa Imperator Occidentis, Romam profectus, ab Hadriano Pontifice coronatur Crantz.
Henricus Leo dux Saxoniæ & Bauariæ fruſtra expeditionem ſuſcepit in Friſiam.
Imperator Fridericus Barbaroſſa in Italiam regreſſus, Mediolanū oppugnauit & in fidem recepit.

5124 1156 18 18 F

Menſe Iunio circulus igneus viſus eſt circa Solem. Chron. Germ.

5125 1157 19 19 E

Nix magna & frigus inſolitum fuit. Peſtis & ſicca æſtas ſecutæ ſunt.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

5126 1158 1 20 D

Liuonia primum à Chriſtianis, mercaturæ gratia inuiſitur, vnde & ipſi ad Chriſti fidem conuerſi ſunt. Vide Iohannem Funčtiū. & Albertum Crantz in VVandalia.
Henricus Leo dux Saxoniæ & Bauariæ Niclotum Obotritorum principem vicit & oppreſsit. Crantz.

5127 1159 2 21 CB

Calendis Septembris, anno Domini 1159. mortuus eſt Hadrianus 4. Pontifex Max. Vacauit ſedes dies 4. Succeſsit 4. Nonas Octobris VICTOR Quartus, qui ſedit annos 4. menſes 7. & dies aliquot. Aduerſus hunc in ſchiſmate creatus eſt ALEXANDER III. qui ſedit annos 21. menſes 11. dies 13. Onuph.
Roſtochium vrbs condita, à Pribislao vltimo Vandalorū regulo.

5128 1160 3 22 A

Henricus Leo dux Saxoniæ & Bauariæ, Obotritorum principes Nicloti filios vicit, VVercislaum captiuum abduxit, Pribislaum datis obſidibus imperata facere coēgit. Crantz.
Sueno Daniæ rex, poſtquam tres annos exulaſſet per Henricum Leonem ducem Saxoniæ & Bauariæ reducitur in regnū. Eodem hoc anno idem Henricus Leo Saxoniæ & Bauariæ dux, Pribislao Obotritorū principi, qui denuo defecerat, & Caſimiro ac Buggislao, Pomeraniæ ducibus, bellum intulit. Crantz.

5129 1161 4 23 G

BALDVINVS III. Rex Hieroſolymorum obijt Idibus Februarij anno Chriſti 1162. & ſucceſsit eius frater ALMERICVS, qui regnauit annis 12.

Mundi. Chriſti. Mundi. Chriſti.

Cyclus ☽ Cyclus ☉ | Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Henricus Leo Saxoniæ & Bauariæ dux, repudiata, prima sua coniuge Clementia, Conradi Zæringiæ ducis filia, legatos in Angliam misit, qui Mathildem Anglorũ regis filiam vxorem illi peterent, quã post septenniũ matrimonio sibi iunxit.

1162 — 5 24 F — 5130

—Boleslaus Poloniæ rex claret, qui vniuersam Prusiã subegit.

—Ludouicus Francorum rex filiam suam Mariam, Henrico Anglorum regis filio, vxorem dedit.

1163 — 6 25 ED — 5131

—Mense Aprili, anno Domini 1164 moritur Victor Quartus eius nominis Pontifex Rom. Vacat sedes dies aliquot, & successit eodẽ mense CALIXTVS Tertius, qui sedit annos 5. & menses diesq; aliquot. Onuph.

1164 — 7 26 C — 5132

—Bellum Vandalicum iterum, adiuuante Henrico Leone Saxoniæ duce, fortiter gestum est à VValdamaro Daniæ rege. Crantz.

1165 — 8 27 B — 5133

—Henrici Leonis Saxoniæ & Bauariæ ducis gloriam, non æquis aspexere oculis cæteri Saxoniæ principes & Episcopi, vnde varia his temporibus cum eis bella gessit, de quibus vide Crancium in Saxonia & VVandalia.

1166 — 9 28 A — 5134

—Conradus Episcopus Lubeccensis, & Hartvvicus Archiepiscopus Bremensis, sedib. suis eiecti ab Henrico Leone Saxoniæ & Bauariæ duce, apud VVichmanum Archiepiscopũ Magdeburgensem hoc anno aliquandiu commorati sunt. Crantz.

1167 — 10 1 GF — 5135

Indictio prima.

—Anno Domini 1168. post centum atq; mille, cum Fridericus Barbarossa Imperator Occidentis, grauissima obsidione vrgeret Mediolanum, & ciues eiusdem vrbis ad deditionem cogeret, corpora trium Magorum Coloniam translata sunt. Crantz. in Saxonia.

1168 — 11 2 E — 5136

—Anno Domini 1169. è vita decessit Calixtus Tertius Pontifex Max. & successit eodẽ anno PASCHALIS III. qui sedit annos 6. menses 5. & dies aliquot. Onuph. Eodem hoc anno HENRICVS LEO dux Saxoniæ & Bauariæ nuptias celebrauit Brunsuigæ cum MATHILDE Henrici Anglorum regis filia.

1169 — 12 3 D — 5137

—Anno Domini 1170. rex Romanorum appellatus est Henricus

Mundi. Christi. | Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

ricus Sextus, Friderici Barbarossæ Imperatoris filius, qui regnauit & imperauit in vniuersum annos 28. & menses aliquot. Onuph.

—Eodem hoc anno Domini 1170. tempore æstatis ad Eydoram fluuium collocuti sunt, VValdamarus Daniæ rex & Henricus Leo dux Saxoniæ & Bauariæ, de rebus VVandalorum. Crantz. in VVandalia lib. 5. cap. 35.

—VValdamarus Daniæ rex Rugiam inuadit & Idolatriam tollit. Chro. Saxoniæ.

1170 —Maximi terræmotus, & ingens aquarum inundatio per Germaniam facta est.

13 4 C

5138

—In hunc annum incideret peregrinatio Henrici Leonis in terram sanctam, si annales Saxonũ sequeremur, sicut in Chronico nostro Brunsuicensi fecimus. Sed Albertus Crancius hanc peregrinationem reiicit in annum sequentem 1172.

—Petrus Longobardus Episcopus Parisiensis sententiarum libros scripsit.

Canutus olim Angliæ Daniæq; rex, inter diuos relatus est.

1171

14 5 BA

—HENRICVS LEO Saxoniæ & Bauariæ dux peregrinationem suscepit in terram sanctam, ingressus iter paulò post festum Epiphaniæ, purificationem virginis egit Ratisponæ. Deinde per Austriam in Vn-

5139 gariam progressus est, vbi Stephanus Vngariæ rex à fratre veneno est extinctus.

—Festum Paschatis Henricus Leo, cum Emanuele Orientis Imperatore, Constantinopoli celebrauit.

—Hac æstate Henricus Leo duobus mensibus commoratus est Hierosolymæ. Postea Tyrum & Antiochiam profectus est. In illo itinere Conradus Episcopus Lubecensis è vita decessit, & honorificè tumulatus est in vrbe Tyro, anno Domini 1172. Cranc. in VVand. lib. 5. cap. 41.

—Henricus Leo ab Antiochia in vicinas terras repedaturus, à Milone

1172 Saracenorum principe obsidione cingitur in oppido Tersult. Sed liberatus à Soldano Turcorum principe (à quo magnificè exceptus est, & memorabile cum eo colloquium habuit) tandem per Constantinopolin & Vngariam in Germaniam rediit. De hac peregrinatione vide

15 6 G

5140 Albertum Crancium in Saxonia lib. 6. capitibus 29. 30. 31. 32. 33. & 34. & Chronicon nostrum Brunsuicense.

—Hoc anno Henricus Leo Saxoniæ & Bauariæ dux reuersus è terra sancta, Brunsuigæ renouauit templum arcis, in honorem S. Blasii & Iohannis Baptistæ. Consecrata est hæc Basilica, ab Hermanno Episcopo Hildesheimense. Chron. Saxoniæ.

—Fridericus Barbarossa Imperator Occidentis, frustra implorauit auxilium Henrici Leonis, Saxoniæ & Bauariæ ducis, aduersus Alexandrum Tertium Pontificem Romanum, cum generosissimus ille princeps timeret, ne anathematis fulmine percuteretur. Imperator tamen

1173 nihilò minus, per montem Cinisum iam quintò exercitum in Italiam duxit. Vide Crancium in Saxonia & alios autores. Eodem hoc anno

16 7 F mense Septembri tres Soles visi sunt, paulò ante Solis occasum.

Idibus Iulij anno Domini 1173. obijt Almericus rex Hierosolymitanus, relicto

5141 filio impubere BALDvino IIII. qui regnauit annos 12. Hic lepra percussus est,

Mundi. Christi.

Saladinus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Saladinus Ægypti regnum inuadit, occiso Calipha Domino suo.

Thomas Cantuariensis à Pontifice Romano inter diuos relatus est.

Tres hoc anno Lunæ visæ sunt.

1174
17 8 E
5142

Mediolanenses & sociæ ciuitates, non incruenta victoria, Fridericum Barbarossam Occidentis Imperatorem vicerunt. Emanuel autem Orientis Imperator Siciliam subegit.

5. Cal. Augusti, anno Domini 1175. Paschalis Tertius Pontifex Rom. coactus abdicauit. ALEXANDER III. homo pessimus, deinceps solus sellam Pontificiam obtinuit. Onuph.

1175
18 9 DC
5143

Florentia hoc anno bis cremauit. Fridericus Barbarossa Imperator Occidentis, frustra oppugnauit Alexandriam Italiæ vrbem.

14. Cal. Nouembris, hoc est, 19. die Octobris, anno Domini 1176. nocte sequente, feria 3. hora noctis ..... facta est ECLIPSIS LVNAE. Sigeb. Suppl. Cæterum nocte quæ fuit inter 19. & 20. Octobris ad horam 2. post mediam noctem, sub meridiano Regii montis in Borussia, ex tabulis Prutenicis hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	3	1	40	44
Anomal. Lunæ	2	29	7	8
Latitudinis Lunæ	1	40	30	25

1176
19 10 B
5144

Ergo tali tempore Luna defecit à Septentrione ad 9. digitos, circa principium ♉, haud procul à cauda draconis.

6. Cal. Sextilis, hoc est, 26. die Iunii, anno Domini 1177. Fridericus Barbarossa Imperator Occidentis, etsi armis esset superior, tamen propter communem pacem, tum etiam vt Ottonem filium à Venetis captũ liberaret, ad pedes pontificis Alexandri tertii, Venetiis in templo S. Marci, procumbens, absolutionem petiit. Sed pessimus Papa non contentus Imperatoris modestia, pedem collo Imperatoris (summi Monarchæ) imposuit, & acclamari iussit: super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. In hoc ipso spectaculo, generosissimus animus Imperatoris palam ostendit, se indignitate rei moueri, respondet enim: Non tibi sed Petro. Significabat enim se factum esse supplicem, non huic tyranno, sed Apostolicæ autoritati. At Papa rursus deprimens collum Imperatoris, reclamauit: Et mihi & Petro. Sic absolutionem tandem impetrauit imperator.

1177
1 11 A
5145

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Henricus Leo Saxoniæ & Bauariæ dux, subactis Vandalis, Huldericum quoq; Halberstadensem Episcopum bello aggreditur, qui multa ducatui Saxoniæ intentauerat incommoda. Tandem ducis copiæ profligatis Halberstadensibus, Episcopum pacem petere coëgerunt. Crantz.

Huldericus Episcopus Halberstadensis firmauit præsidium in monte Hoppelberg. Crantz.

1178

2 12 G

5146

Anno Domini 1179. Indict. 12. concilium Lateranense celebratum est, 5. die Martii, præsidente Alexandro tertio Pontifice Maximo, anno 20. sui Pontificatus. Vocatur hæc Synodus Constantiana. Alberic. 3. fontium. Vuilh. Tyr. belli sacri lib. 21. cap. 26.

15. Cal. Septembris, hoc est, 18. die Augusti completo, nocte quæ fuit inter diem Sabbati & diem Solis, post 8. horam noctis Dominicæ, hoc est, hora tertia post mediam noctem, anno Domini 1179. facta est ECLIPSIS LVNÆ, Sigeb. Suppl. Colliguntur ad hoc tempus ex tabulis Prutenicis, ad meridianũ Montis regii hi motus æquales Lunæ:

	Sex.	part.	′	″	
Longit. Lunæ à Sole	2	55	13	46	Defecit ergo tota ☽ circa
Anomaliæ Lunæ	5	25	47	27	initium ♓, in ipsa cauda
Latitudinis Lunæ	1	26	58	34	draconis.

1179

3 13 FE

5147

Cal. Nouemb. anno Domini 1179. PHILIPPVS AVGVSTVS DEODATVS rex Francorum coronatus est Remis, viuente adhuc patre, & regnauit annis 44. Alberic. Sigeb. Suppl.

5. Cal. Febr. hoc est, 28. die Ianuarii, feria secunda, anno Domini 1180. DELIQVIVM SOL passus est. Sigeb. Suppl. Facta est hæc Eclipsis circa Solis occasum, hora quarta vespertina, tunc enim hi colliguntur motus æquales ad meridianum Montis regii in Borussia.

	Sex.	part.	′	″	
Longit. Lunæ à Sole	5	56	44	1	Defecit ergo Sol in nostro
Anomaliæ Lunæ	4	49	23	43	climate ad 8. digitos à par-
Latitudinis Lunæ	1	17	17	48	te Boreali, iuxta caudam

draconis, circa 10. gradum ♒. Hanc horribilem Eclipsin Solis secuta est depositio & proscriptio Henrici Leonis ducis Saxoniæ, &c.

1180

4 14 D

5148

5. Nonas Octob. anno Dn. 1180. obiit Emanuel Comnenus Imperator Orientis, cui successit filius ALEXIVS COMNENVS, Iunior, Porphyrogenitus, qui imperauit in oriente annos 3 & dies aliquot. On.

Huldericus Episcopus Halberstadensis crebras excursiones facit in terram Brunsuicensem. Id ægrè ferens Henricus Leo, coacta suorum manu, misit vt excurrentibus resisterent. Profligatis tandem Halberstadensibus, ciuitas capitur & incenditur, Episcopus quoq; captiuus Brunsuigam ad Henricum Leonem deducitur. Alacrior de suorum victoria Henricus Leo, vbi audiuit in expugnatione vrbis, templum exustũ cum clero & populo ingemuit. Vide Cranc. in Sax. lib. 6. c. 40.

3. Idus Iulii, hoc est, 13. die Iulii, anno Domini 1181. ECLIPSIS SOLIS facta est, hora 9. diei, quæ durauit horã vnam, scrup. 38. Sigeb. Suppl. Colliguntur ad meridianum Regiomontanum hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Longit. Lunæ à Sole	0	0	41	15	Defecit Sol in fine Cancri
Anomaliæ Lunæ	0	37	19	59	ad digitos 10. ab austro, non
Latitudinis Lunæ	4	33	39	25	procul à capite draconis.

1181

5 15 C

5149

6. Cal. Septemb. obijt hoc anno 1181. Alexander 3. Pontifex Max. vacat sedes diem vnum, successit 4. Cal. Septemb. LVCIVS III. qui sedit annos 4. menses 2. dies 28. Onuph.

3. Cal. Octob. anno Domini 1181. moritur Ludouicus Crassus rex Francorum, successit eius filius PHILIPPVS AVGVSTVS DEODATVS Bornius qui regnauit annos 4. & dies aliquot. Sigeb. Suppl. Til. Onuph.

11. Calend. Ianuarij, hoc est, die 22. Decemb. nocte sequente, quæ fuit inter 22. & 23. Decembris, hora tertia noctis, anno Domini 1181. facta est ECLIPSIS LVNAE, quæ durauit fere duas horas. Sigeb. Colliguntur aute

Mundi Christi

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

autem sub meridiano Montis regii inclytæ vrbis Borussiæ, ad 10. horam vespertinam ex tabulis Prutenicis hi motus æquales:

	sex.	part.	′	″
Longitud. Lunæ à Sole	3	0	9.	37
Anomal. Lunæ	5	59	45	35
Latitud. Lunæ	4	21	46	22

Defecit ergo Luna in principio Cancri, ad digitos 4. à parte boreali, non procul à capite draconis.

1182 BERNHARDVS Comes de Anehold, remoto Henrico Leone, factus est dux Saxoniæ Elector, cum ante biennium hoc dignitatis gradu ornatus esset. Crantz. in Saxonia.

6 16 B HENRICVS LEO Dux Saxoniæ & Bauariæ, Erphordiam petens, pedibus Friderici Barbarossæ Imperatoris prouolutus, veniam &

5150 gratiam postulauit. Imperator cum de terra leuans, osculatur, & benè sperare iubet, ea tamen conditione, vt de finibus Imperii aliquandiu discederet, vt principum in eum animi mollirentur. Abiit igitur in exilium, abiurans triennio fines imperii Romani, translatus in Angliam, cum vxore ac liberis, ad sororium suum Richardum Angliæ regem. Chron. Sax. Sed Albertus Crantz in Saxonia sua, lib. 6. cap. 44. hæc facta esse scribit anno Domini 1181.

Lucius eius nominis Tertius Pontifex Romanorum, propter consularem factionem Veronam fugit. Capti sunt ex suis multi, quos Ro-

1183 mani asinis impositos, mitrisque ornatos, per vrbem ludibrii causa circumduxerunt, nonnullos etiam interfecerunt. Anton. Plat.

7 17 AG ANDRONICVS COMNENVS, Isaaci filius, occiso Alexio Comneno Iuniore, Orientis Imperator factus est.... Octob. anno Do-

5151 mini 1183. & imperauit annum vnum, mens. 11. & dies aliquot. Onuph.

VVilhelmus Siciliæ rex multas Græciæ vrbes cepit, & imperata facere coëgit. Huic Andronicus Comnenus Orientis Imperator resistere non potuit, quamuis esset homo callidissimus, omnibus ob insitam sæuitiam inuisus. Egnat.

Henricus Episcopus Lubecensis, vir prudens, religiosus, & sanctus, ex hac miserrima vita ad meliora transiit, cui ab Imperatore Friderico Barbarossa, suffectus est Conradus Cancellarius Cæsareus. Crantz. in VVandalia lib. 6. cap. 25.

1184 BALDVINVS QVARTVS Rex Hierosolymorum Elephantiasi correptus, cum de prole desperaret, regem instituit BALDVINVM

8 18 F QVINTVM, sororis suæ Sibyllæ & Guilhelmi Marchionis Montisferrati filium, & paulò post è vita decessit. Septimo deinde mense post eius obitum, BALDVINVS QVINTVS puer nouem annorum

5152 quoque extinctus est, cui successit Vitricus GVIDO Lusignanus, qui cum venisset in suspicionem dati puero veneni, bello petitus à Raimundo comite Tripolitano, attraxit Saladinum Ægypti Soldanum, qui hac occasione regnum Hierosolymitanum destruxit.

15 Augusti, Indict. 3. capta est à Latinis Thessalonica sub Andronico, 18. annis ante captam Constantinopolin. Nicet.

Pridie Idus Septembris ISAACIVS ANGELVS, exacto & occiso Andronico, coronatus est Imperator Orientis, anno Domini 1185. & imperauit annis 9. mensibus 7. minus 2. diebus. Onuph.

1185 7. Cal. Decemb. anno Domini 1185. efflauit impiam animam Lucius 3. Pontifex Rom. Vacat sedes dies 12. creatur 6. Idus Decemb. VR-

9 19 BANVS III. qui sedit annum vnum, menses 10. dies 15. Onuph.

E 6. Cal. Febr. anno Domini 1186. Henricus rex Romanorum filius Fri-

5153 derici Barbarossæ, anno ætatis suæ 21. nuptias celebrauit cum Constantia Rogerii Siciliæ regis filia. Godof. Viterbiensis, qui illo tempore vixit.

Mundi | Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Annus erat 86. post centum atq; mille, cum HENRICVS LEO quondam dux Saxoniæ, decursis annis ad exilium illi præfinitis, ex Anglia in Saxoniam rediret, mutatis insignibus in clypeo præferens duos leopardos, & in galea pullum equi candidum, vt ita generis sui originem monstraret. Brunsuigæ hoc tempore dux inclytus quietus consedit, agens annum ætatis 51. Vide Cranc. in Sax. lib. 6. c. 49. &c.

1186
10 20
D
5154

Mathildis vxor Henrici Leonis, Angliæ regis filia, mortua est anno Domini 1187. & honorificè sepulta Brunsuigæ in templo arcis.

Pridie Nonis Septemb. hoc est, 4. die Septemb. facta est ECLIPSIS SOLIS adeo magna, vt stellæ per diem visæ sint tanquam in nocte. Alber. Antiss. Hanc Eclipsin factam esse hoc anno Domini 1187. die 4. Septembris, hora vna post meridiem, calculus mathematicus demonstrat, tunc enim sub meridiano Regiomontano hi colliguntur motus æquales:

	sex.	part.	′	″
Longitud. Lunæ à Sole	5	56	43	31
Anomal. Lunæ	3	16	9	26
Latitud. Lunæ	1	20	19	3

1187
11 21
CB
5155

Defecit ergo Sol habitantibus in septimo climate, ad digitos vndecim, à parte Boreali, in dodecatemorio Leonis, iuxta caudam draconis, & secuta est proximo mense statim euersio regni Hierosolymitani.

2. die Octob. feria 6. anno Domini 1187. Guido rex Hierosolymorum capitur, cum multis nobilibus à Saladino Sultano, & Hierosolyma amittitur, completis annis 88 & diebus 80, ex quo à Godefrido Bullonio capta erat. Mass. Drechsl.

9. Cal. Nouemb. obiit Vrbanus Pontifex Roman. Vacat sedes dies 6. Successit 4. Cal. Nouemb. GREGORIVS VIII. qui sedit mensem vnum, dies 27. obiit 8. Cal. Ianuarii, anno Domini 1187. Vacat sedes dies 8. Suffectus est pridie Nonas Ianuarii, anno Domini 1188. CLEMENS III. qui sedit annos 3. menses 2. dies 15. Onuph.

1188
12 22
A
5156

Anno Domini 1188. die Simonis & Iudæ, Henricus Leo dux Brunsuicensis, expugnatam vrbem Saxoniæ BARDOVVICK, ducentis annis vetustiorem ipsa Roma, vt scribunt, solo æquauit, ex cuius ruderibus munitissimæ nunc vrbes LVNEBVRGVM & HAMBVRGVM, nonnihil incrementi senserunt. Vide Cranc. in Sax. lib. 7. c. 2.

Fridericus Barbarossa Imperator Occidentis, & Richardus Angliæ rex, expedito exercitu Saladinum Ægypti Sultanum inuadunt, Imperator quidem terra, Angliæ autem rex mari.

Pridie Nonas Iulias obiit Henricus eius nominis secundus rex Angliæ, cui filius Richardus successit. Lal.

Fridericus Barbarossa Imp. suis copiis in mediam Asiam minorem ingressus, Turcas ad Iconium Lycaoniæ vrbem tribus magnis præliis vicit fuditq; tantumq; intulsit Saladino terrorem, vt rebus desperatis, munitarum vrbium deiiceret propugnacula, & demoliretur arces, deq; Asia relinquenda consilium caperet.

1189
13 23
G
5157

3. Nonas Septembris, anno Domini 1189. RICHARDVS PRIMVS, Henrici Secundi filius, XXVI. rex Anglorum, à Balduino Cantuariensi Archiepiscopo coronatur, Londini in Anglia, & regnauit annos 11. menses 9. dies 20.

Mundi Christi

Henricus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Henricus Leo dux Brunsuicensis LVNEBVRGVM condidit ex ruinis Bardovvici, Chron. Saxo.

4. Idus Iunii, hoc est, 10. die Iunii, Serram amnem ingressus lauandi studio, miserè periit Fridericus Barbarossa. Successit illi filius HENRICVS VI. qui deinceps in Occidente imperauit annos 8. menses 2. dies 22. Onuph.

1190

14 24 F

5158

15. Cal. Aprilis, anno Domini 1191. moritur Clemens Tertius Pont. fex Max. Vacat sedes dies 10. Succedit 4. Cal. Aprilis CELESTINVS III. qui consecratus est 18. Cal. Maii, die Paschatis, & sedit annos 6. menses 9. dies 11. Altero die Paschalium 17. Cal. Maii, eodem hoc anno, coronatus est Romæ à Celestino Papa Henricus 6. Imperator, Friderici Barbarossæ filius. Onuph.

23. die Iunii, anno Domini 1191. die Dominica circa meridiem, TOTALIS ECLIPSIS SOLIS facta est, Sole in 7. gradu ♋. Luna in 6. eiusdem, cauda draconis autem in 12. gradu cancri existente. Durauit 4. horas, & paulò pòst Acra capta est. 4. Idus Iulii. Albericus. Huius Eclipsis calculum & picturam subiicio.

1191

15 25 ED

5159

CALCV-

Mundi. Christi.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST 23. DIE IVNII, ANNO *Domini 1191. Qui habuit aureum numerum 14. Cyclum Solarem 24. Literam Dominicalem F.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hanc Eclipsin sunt completi, anni Iuliani 1190. menses 5. dies 22. horæ 12. scrup. 28. Ergo horribile hoc deliquiũ ☉ factum est anno Christi 1191. die 23. Iunii, videlicet die Solis (Sicut demonstrat in Calendario litera Dominicalis F.) tempore meridiano, videlicet 28. scrupulis post duodecimam horam meridianam. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub meridiano Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ.

	sex. part.		′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	22	9	7	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	11	33	42	
Solis simplicis	1	15	19	8	
Solis compositi	1	37	19	52	
Anomaliæ annuæ Solis	0	5	51	50	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	57	12	42	
Anomaliæ ☽	5	30	3	44	
Latitudinis ☽	1	22	21	38	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	23	19	58	
Æquatio centri Solis addenda	0	6	0	34	Scrup. proport. 11′ 17″.
Anomalia Solis coæquata	0	11	52	24	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	0	23	14	

ERGO ☉ in ♋ 8 part. 6′ 45″. motu vero. Sed motu medio à medio æquinoctio itidem in Cancro 7 19′ 9″. Sicut & Albericus habet.

	Sex. part.		′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	54	25	26	
Æquatio secundi epicycli auferenda	0	1	31	40	Scrup. proport. 0′ 12″.
Anomalia ☽ coæquata	5	28	32	4	
Absoluta æquatio primi epicycli addẽda	0	2	24	4	

ERGO ☽ in ♋ 8 part. 6′ 46″. motu vero. Sed motu medio à vero æquinoctio itidem in Cancro 5 42′ 42″. Quod denuo cum annotatione Alberici rectè conuenit.

Caput draconis in ♑ 13 part. 21′ 4″. Cauda igitur draconis in ♋ 13 part. 21′ 4″. Sed iuxta medium motum, hoc est, à medio æquinoctio si supputatio incipiatur, cauda draconis fuit in ♋ 12 10′ 13″. Sicut & Albericus habet.

Caput draconis abfuit à Luna 5 part. 14′ 18″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. part. 24 45′ 42″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis decrescens 27′ 22″.

Sub latitudine 54. partium, Parallaxis Lunæ à Sole secundum longitudinem prorsus nulla.

Sed Parallaxis Lunæ à Sole secundum latitudinem 26′ 44″.

ERGO Latitudo Lunæ visibilis 0′ 38″.

Semidiameter Solis 15′ 47″.

Semidiameter Lunæ 15′ 10″.

Summa vtriusq; Semidiametri 30′ 57″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 30′ 19″.

Diameter Solis apparens 31′ 34″.

ERGO

ERGO DIGITI ECLIPTICI VNDECIM, Scrup. 32.

Interuentu igitur totius Lunæ, totus Sol obſcuratus eſt, retinens tamen circumferentiam albicantem, eò quod orbis Solis, Lunæ orbem aliquantulum ſuperaret.

Scrupula mediæ incidentiæ 31.


Motus horarius Lunæ à Sole 27′ 1″.

Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, ſcrup. 9. Integer autem defectus horas duas, ſcrup. 18.

Latitudo Lunæ viſibilis in initio eclipſis Borealis decreſcens 3′ 19″.

Latitudo Lunæ viſibilis in fine eclipſis auſtralis creſcens 2′ 4″.

Subijcio nunc picturam.



Paucis diebus poſt hanc Eclipſin Acra expugnata & capta eſt, 4. Idus Iulij. Aſberic. Secutum eſt etiam bellum ciuile, inter Henricum eius nominis ſextum, Imperatorem Occidentis, & Henricum Leonem ducem Brunſuicenſem. Albert. Crantz.

Pleiades hoc tempore fuerunt in ♉ 9 19′ (part.). Cum noſtro tempore ſint in ♉ 23 38′ (part.). Intelligo autem mediam earum ſtellarum.

Orionis Cinguli media viſa eſt in ♊ 13 59. Cum hoc noſtro tempore perambulet decimum nonum gradum Geminorum.

Henricus

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Henricus Sextus eius nominis Imperator occidentis, exercitum duxit in Saxoniam, aduersus Henricum Leonem, Hannoueram incendit, Brunsuigam quoq; expugnare conatus est, sed per brumam retardatus nihil proficere potuit. Chron. Sax. & Albert. Crantz.

1192
16 26
C
5160

—Henrico Leoni curia indicta est ab Imperatore in Fulda, quo cum peruenisset generosissimus princeps, interuentu Episcoporum, Conradi Moguntini & Philippi Coloniensis, res composita est, & dux ab Imperatore receptus in gratiã, ea tamen conditione, vt muros Brunsuici quatuor in partibus deponeret, Adolpho comiti Holsatiam redderet, arcem Louenburg dirueret, & Lubecam pro dimidia parte teneret, alteram Adolpho reseruaret, &c. Vide Crancium in Saxonia lib. 7. cap. 3.

1193
17 27
B
5161

—Henricus 6. Imp. Occidentis in Apuliam exercitum ducit, aduersus Tancredum.

1194
18 28
A
5162

—Die Paschatis Henricus Leo ægrotare cœpit, anno Domini 1195. Chron. Saxon.

—4. Idus Aprilis anno Domini 1195. ALEXIVS III. Angelus Comnenus, fratre Isaacio in carcerem detruso, & oculis priuato, inuasit imperium Orientis, quod tenuit annos 8. mens. 3. dies 10. Onuph. Nicet.

—6. die Augusti, obiit HENRICVS Leo dux Saxoniæ & Bauariæ, tumulatus est Brunsuigæ in templo arcis, & in sepulchro eius, leonem fusilem posteri eius constituerunt. Vide Crancium in Saxonia lib. 7. cap. 8. In terra Brunsuicensi ac Luneburgensi Henrico Leoni successerunt tres eius filii HENRICVS PALATINVS, OTTO, & VVILHELMVS.

1195
19 1
GF
5163

Henricus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽. Cyclus ☉

1196

1 2 E

5164 —Henricus Iunior, Henrici Leonis filius, Conradus Episcopus Ecclesiæ Herbipolensis, Adolphus comes Holsatiæ, & multi alii principes, ab imperatore Henrico Sexto, mittuntur cum ingenti exercitu in terram sanctam, Vide Crancium, & alios Scriptores.

1197

2 3 D

5165 —6. Idus Ianuarii, anno Domini 1198. animam efflauit Celestinus 3. Papa. Successit eodem die INNOCENTIVS III. qui sedit annos 18. menses 6. dies 9. Onuph.

Indictio prima.

—Pridie Cal. vel vt alii volunt, 3. Cal. Octob. anno Domini 1198. veneno extinctus est Henricus 6. Imp. Occidentis. Fit interregnum mensium 5. dierum 8. Onuph.

1198

3 4 C

5166 —8. Idus Martii, anno Domini 1199. declaratus est rex Romanorum in Occidente PHILIPPVS, Friderici Barbarossæ Imp. filius, qui regnauit in schismate contra Ottonem Quartum, annos 9. menses 3. dies 14. Eodem mense contra Philippum creatus est OTTO IIII. Dominus Brunsuici, Henrici Leonis ducis Saxoniæ & Bauariæ filius, qui regnauit & imperauit in Occidente, annos 19. menses 2. & dies aliquot. Onuph. Et eodem quidem hoc anno Domini 1199. Rex Otto eiusque frater Henricus Palatinus, ægrè defendere potuerunt vrbem Brunsuigam, aduersus oppugnationem Philippi. Vide Crantz. & Chron. Saxo.

Lubica

1199

4 5 BA

5167

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Lubica emporium præstantissimum mercatorum, Canuto Danorum regi se tradidit, eumq; dominum ac regem suum appellauit, anno Domini 1200. Eodemq; anno 7. Cal. Iulii. IOHANNES Richardi frater, XXVII. rex Anglorum factus, regnat annos 17.

1200
5 6
G
5168

VVilhelmus Dominus Brunsuici, Henrici Leonis filius, vxorem duxit Helenam VValdamari Danorum regis filiam, & vicissim rex Otto huius VVilhelmi frater, filiam suam matrimonio iunxit huius Helenæ ac Canuti Danorum regis fratri VValdemaro. Nuptiæ maximo apparatu & celebri pompa celebratæ sunt Hamburgi, anno Domini 1201.

1201
6 7
F
5169

Rex Otto dominus Brunsuici, Goslariensis grauissima obsidione premit.

1202
7 8
E
5170

Philippus rex Romanorum, exercitum eduxit aduersus Ottonem 4. itidem regem Romanorum, sed re infecta domum reuersus est.

Mense Iulio Indict. 6. obsessa est Constantinopolis à Latinis, anno Domini 1203. (Nicet. Sigeb.) Isaacius Angelus à fratre antea excæcatus, cum filio ALEXIO iterum à populo in imperium assumitur, sed paulò pòst moritur, & filius eius strangulatur Indict. 7. mense 6. & die 8. imperii.

Alexio Angelo strangulato, succedit ALEXIVS DVCAS. 5. Cal. Februarii (Onuph.) qui cum 2. menses, dies 16. imperasset, fuga se subduxit,

1203
8 9
DC
5171

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

duxit, & successit illi statim FL. THEODORVS LASCARIS, qui extorris vrbe imperauit annos 18. in Oriente. Nicet. Niceph. Gregor.

12. Aprilis, Indict. 7. capta est Constantinopolis. Nicet. Latini Bizantium annos 57. & menses 8. tenuerunt. Eodem anno Domini 1204. altero interregni mense, 17. Cal. Junij BALDVINVS Comes Flandriæ, declaratus est Imperator Constantinopolitanus. Nicet. & Georg. Pachim. Sed antequam is Imperator designaretur, die 4. post captam vrbem, subsequente nocte, videlicet 16. Cal. Maij, anno Domini 1204.

1204 facta est ECLIPSIS LVNÆ generalis & manifesta. Alberic. Incidit totalis hic defectus Lunæ in annum Domini 1204. in noctem quæ fuit

9 10 B inter 15. & 16. diem Aprilis, tunc enim hora prima post mediam noctem hi colliguntur motus æquales Lunæ, ad meridianum Montis regij

5172 in Borussia.

	Sex.	part.		
Longit. Lunæ à Sole	2	56	16′	40″
Anomaliæ Lunæ	4	41	0	26
Latitudinis Lunæ	1	22	47	32

Tota ergo Luna obscurata est iuxta caudam draconis, in principio ♍.

1205

10 11 A

5173

20. die Augusti, die Dominica, Indict. 9. anno Domini 1206. in Imperio Constantinopolitano Balduino fratri successit HENRICVS, qui imperauit in Oriente annos plus minus 10. Onuph. Mass.

1206

11 12 G

5174

Pridie Cal. Martij, hoc est, vltimo die Februarij, anno Domini 1207. hora à Solis exortu 5. hoc est, in meridie SOL DEFECIT in 16. gradu ♓. Alberic. colliguntur ex tabulis Prutenicis ad meridianum Montis regij hi motus æquales Lunæ.

	Sex.	part.		
Long. Lunæ à Sole	5	57	46′	6″
Anomaliæ Lunæ	4	59	5	52
Latitud. Lunæ	4	33	12	51

Totus ergo Sol obscuratus est interuentu Lunæ, in Septimo climate,

1207 iuxta caput draconis. Retinebat tamen Sol circumferentiam albicantē eò quod orbis Solis, orbem Lunæ aliquantulum superaret.

12 13 FE

5175

22. die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉ | Cyclus ☽ Cyclus ☉

1208 — 13 14 D — 5176

—22. die Iunij, anno Domini 1208. Occisus est Philippus Imperator Occidentis, & regnauit deinceps Solus OTTO IIII. Dominus Brunsuici, Henrici Leonis ducis Saxoniæ & Bauariæ filius, annis 4.

1209 — 14 15 C — 5177

—27. die Septembris, Dominica 18. post Trinitatis, Otto 4. Imp. ab Innocentio Tertio Pontifice Maximo, Romæ inauguratur, & paulò pòst ab eodem iterum excõmunicatur. Crãtz. & Chron. Saxon.

1210 — 15 16 B — 5178

Idibus Decembris, anno Domini 1210 creatus est rex Romanorum FRIDERICVS SECVNDVS Dux Sueuiæ, aduersus Ottonem Quartũ, regnauit & imperauit in Occidente annos 40. Onuph.

Anno Domini 1211. obijt Sigfridus Episcopus Hildesheimẽsis cui suffectus est Conradus, qui præfuit Ecclesiæ Hildesheimensi annis 24. & fundauit monasterium Wulfinghausen Chron. Saxon.

1211 — 16 17 AG — 5179

—OTTO Quartus Imp. nuptijs celebratis Brunsuigæ, cum BEATRICE Philippi Imp. filia. Breui post nouam nuptam morte subtractam amisit.

—ALBERTVS Dux Saxoniæ Elector post patrẽ Bernhardũ.

—Otto 4. Imp. excommunicatus ab Innocentio 3. Papa, Imperio deponitur, & Imperauit deinceps in Occidente Fridericus Secundus dux Sueuiæ Friderici Barbarossæ nepos, Henrici Sexti filius, annos 38. Crantz.

1212 — 17 18 F — 5180

Indictio prima.

—25. die Iunij, anno Domini 1213. obijt VVILHELMVS Henrici Leonis filius, Ottonis Quarti Imperatoris frater, relinquens vnicum filium OTTONEM, puerum vndecim annorum. Chron. Saxon.

1213 — 18 19 E — 5181

—26. die Iulij, Otto Quartus Imperator Occidentis, Henrici Leonis filius, viriliter pugnans, acerrimo prælio victus est à Philippo Francorum rege, die S. Annæ, anno Domini 1214.

1214 — 19 20 D — 5182

—Fridericus Secundus rex Romanorum, egressus cum exercitu aduersus Ottonem Quartum Imperatorem Occidentis, expugnauit munitiones Trivelt z & Landeskrone. Albert. Crantz. in Saxon. lib. 7. cap 35.

1215 — 1 21 CB — 5183

17. Cal

Mundi. Christi. | Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1216 — 2 22 A — 5184

—17. Cal. Augusti, hoc est 16. die Iulij mortuus est Innocentius 3. Pontifex Romanorum anno Domini 1216. vacauit sedes diem vnum & suffectus est 15. Cal. Augusti HONORIVS Tertius, qui sedit annos 10. menses 8. Onuph. Eodem hoc anno in Oriente imperare cœpit PETRVS Antisiodorensis, & præfuit Imperio Constantinopolitano annis plus minus 5. Onuph.

Honorius 3. Papa, populos ad recuperandā terram sanctam adhortatur. Abb. vrsp.

1217 — 3 23 G — 5185

—14. Cal. Nouemb. Ioh. rex Angliæ veneno sublatus est, cui successit filius HENRICVS III. qui regnauit annos 56. & fuit in ordine XXVIII, rex anglorū Georg. Lil.

—5. Cal. Maij, hoc est, 27. die Aprilis, anno Domini 1219. decessit ex hac miserrima vita OTTO Quartus Imperator. Onuph.

1218 — 4 24 F — 5186

—16. Cal. Iulij, Henricus tertius eius nominis rex Angliæ coronatur, cū esset puer 9. annorum. Inauguratus est à Vintoniensi & Bathoniensi Episcopis, præsente Romani Pontificis legato, & postea Henrici Vintoniensis Episcopi tutelæ commissus est Georg. Lil.

—Fridericus secundus in Occidentis Imperio cōfirmatus, ad suscipiendam coronam se præparat.

1219 — 5 25 ED — 5187

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1220 — 6 26 C — 5188

—Anno Domini 1220, Fridericus Secundus Romanorum Imperator, ab Honorio Pontifice maximo, Romæ coronatur. Crantz, & Abb vrsp.

—Henricus Friderici Occidentis Imperatoris filius Rex Romanorum creatur Aquisgrani.

1221 — 7 27 B — 5189

—ROBERTVS, Petri Antisiodorensis filius, patri in Imperio Constantinopolitano succedit, anno Domini 1221. & imperat in Oriente annis 7. Onuph.

—IOHANNES III. DVCAS Diplobatazius Imp. Orientis, annis 33. Onuph. Niceph. Gregoras.

1222 — 8 28 A — 5190

—8. Idus Maij, anno Domini 1222. Dominica proxima ante festum ascensionis Christi, Henricus filius Friderici secundi Imperatoris, adhuc puer, consecratus est in regem Romanorum, Coloniæ ab Archiepiscopo Engelberto, Hirsaug. Regnauit cum patre annos 12. Priuatus dignitate anno Domini 1234. obijt in carcere anno Domini 1235. Onuph.

—Pridie Idus Iulij, hoc est, 14. die Iulij, obijt Philippus Deodatus rex Franc. Successit eius filius LVDOVICVS IX. cognomento Mitis, qui regnauit annos 3. & dies aliquot. Onuph. Hirsaug. Massa. Til. Meyer.

1223 — 9 1 GF — 5191

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☽ ☉

Fridericus 2. Rom. Imp. cum Francorum rege fœdus icit, fraternum nomen inter Francos Germanosq; redintegratum est. Æmyl. lib. 7.

1224
10 2
E

5192

VValdemarus Daniæ rex, qui ante biennium ruri pernoctans, ab Henrico Zvverinensi comite per insidias captus erat, ære suo se redemit. Vide Crancium in Saxonia & Dania. Eodem hoc anno Fridericus 2. Imp. mortua prima coniuge, filiam duxit Iohannis regis Ierosolymitani, vnde reges omnes Siciliæ vendicant eandem sibi inscriptionem, nam ille pro dote accepit inanem titulum regni Ierosolymitani. Crantz. in Saxon. lib. 7. cap. 39.

1225
11 3
D

5193

Lubica deficiens à VValdamaro Danorum rege, Romano se iterum subiecit Imperio. Crantz.

Pridie Idus Nouembris, hoc est, 8. die Nouembris, die Dominica, obijt Ludouicus mitis rex Franc. & successit eius filius LVDOVICVS X. SANCTVS, qui regnauit annos 43. mens. 9. dies 19. Onuph. Mass.

1226
12 4
C

5194

15. Cal. Aprilis, anno Domini 1227. moritur HONORIVS III. Pontifex Roman. Vacat sedes diem vnum Succedit 13. Cal. Aprilis GREGORIVS IX. consecratus Nonis Aprilis die Paschatis, qui sedit annos 14. menses 4. dies 3. Onuph.

Henricus Palatinus Dominus Brunsuici, Henrici Leonis filius primogenitus moritur anno Domini 1227. Cui successit OTTO filius VVilhelmi, nepos Henrici Leonis, qui eodem hoc anno captus est in prælio ad Bornehouede, die Mariæ Magdalenæ. Crantz. in Saxonia. Imperator Fridericus 2. à Gregorio Papa excommunicatur.

1227
13 5
BA

BAL-

5195

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

[illegible] prima

5196 — 1228 — 14 6 G

BALDVINVS 2. cœpit imperare Constantinopoli anno Domini 1228. & imperauit cum Iohanne Bryennio, Hierosolymorum rege, tutore & socero suo ac Cæsare, annos 20. in vniuersum autem annos 33. Onuph.

5197 — 1229 — 15 7 F

Albertus Marchio Brandenburgensis cũ genero suo Ottone, Brunsuicense ac Luneburgense duce capitur, in prælio ad Ertcho. Victoria cessit Gebhardo archiepiscopo Bremensi Chron. Saxon.

5198 — 1230 — 16 8 E

FRANCISCVS nudipedum monachorum Deus circa hæc tempora à Pontifice Romano Canonisatur.

5199 — 1231 — 17 9 DC

Bellum Polonorum cum Prutenis, in quo Cruciferi claras victorias obtinuerunt.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

5200 — 1232 — 18 10 B

Mediolanenses ab Imperatore Friderico Secundo victi sunt hoc anno, ad Nouam curtem. Imperator denuo à Papa percussus est anathematis fulmine.

5201 — 1233 — 19 11 A

Fridericus 2. Imp. Occidentis, Machariam, Gazam & Vicentiam cepit & incendit.

Frigus Maximum & fames Galliam afflixerunt. Spec.

5202 — 1234 — 1 12 G

Conradus 4. rex Romanorum appellatus est à patre Friderico Secundo Imp. anno Domini 1234. vel vt alij volunt, anno Domini 1236. Regnauit annos plus minus 21. vel vt alij habent, annos 19. Onuph.

5203 — 1235 — 2 13 FE

Fridericus 2. Imp. Occidentis, Moguntiæ tertiam vxorem duxit, Isabellam Angliæ regis Sororem. Georg. Lilius.

Henri-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Henricus tertius eius nominis Anglorum rex Eleonaram Raymundi Prouinciæ comitis filiam vxorem duxit. Georg. Lilius.

—3. Nonas, hoc est, 3. die Augusti, anno Domini 1236. die Dominico hora diei quasi 6. post meridiem facta est ECLIPSIS SOLIS. Alberic. colliguntur ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ ex tabulis Prutenicis hi motus æquales Lunæ.

1236

3 14 D

	Sex. part.		
Longit. Lunæ à Sole	5 59	9	48
Anomaliæ Lunæ	5 37	52	11
Latitudinis Lunæ	4 38	48	1

5204

Defecerunt igitur in diametro Solis 8. digiti, decem partibus à capite draconis, in dodecatemorio Leonis, & obscuratus est Sol interuentu Lunæ, à parte Boreali.

INITIVM DVCATVS BRVNSVICENSIS AC LVNEBVRGENSIS.

1237

4 15 C

5205 —OTTO VVilhelmi filius, Henrici Leonis nepos, à Friderico 2. Imp. appellatus est dux Brunsuicensis ac Luneburgensis, Saxoniæ autem titulum amisit. Chron. Saxon.

—Fridericus 2. Imp. Occidentis, Italiam ingressus cum hostili exercitu, iterum in Mediolanenses animaduertit, eamq; ob causam tertio à Pontifice excommunicatur.

1238

5 16 B

5206

—VVISMARIA hoc anno, à Gunselmo Suerinensi comite, in ducatu Megapolensi condita est.

1239

6 17 AG

Salue

5207

Mundi. Christi.

—Salue Regina, à Pontifice Gregorio IX. institutum est. Imp. Fridericus 2. Rauennam occupauit. Senenses ad eum defecerunt. Papa pessimus rebellantibus imperatori vitam æternam promisit.

1240
7 18 F

5208

—9. Cal. Augusti anno Domini 1241. obijt Gregorius 9. Pontif. Rom. vacauit sedes menses 2. diem vnum, successit 9. Cal. Octob. CELESTINVS IIII. qui sedit dies 17. & obijt 7. idus Octobris. Vacauit sedes annum vnum menses 8. dies 14. Onuph.

—Pridie Nonas Octob. hoc est, 6. die Octobris. anno Domini 1241. facta est ECLIPSIS SOLIS MAGNA ab hora 6. à Solis ortu vsq; ad 9. ferè. Meyer. Albericus eam eodem ponit anno, Dominica post festum Remigij, quod eodem recidit. Et colliguntur ex tabulis Prutenicis ad meridianum Regiomontanum hora tertia post meridiem hi motus æquales Lunæ.

1241
8 19 E

5209

	Sex.	part.		
Long. Lunæ à Sole	5	58	9′	9″.
Anomaliæ Lunæ	3	9	3	19.
Latitud. Lunæ	1	20	37	38.

Defecit ergo ☉ in ♎ ad 9. digitos, non procul à cauda draconis, obscuratio facta est ab austro.

1242
9 20 D

5210

Indictio prima.

—8. Cal. Iulij, anno Domini 1243. creatus est Papa INNOCENTIVS IIII. qui sedit annos vndecim, menses 5. dies 14. Onuph.

1243
10 21 CB

5211

Alex-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Alexander Norgadiæ rex Pleskouiam, quæ nuper cruciferis fratribus sese dederat magna vi expugnat, 70. cruciferos dominos cum suis miserabiliter occidit.

1244 — 11 22 A — 5212

—Anno Domini 1245. aduersus Fridericum Secundum Imperio priuatum electus est rex Romanorum HENRICVS VII. qui in Occidente regnauit annum plus minus vnũ. Onuph.

1245 — 12 23 G — 5213

—Anno Domini 1246. contra Fridericum 2. Imperio priuatum & Conradum 4. eius filium, rex Romanorum declaratus est VVILHELMVS HOLLANDIÆ COMES, qui in Occidente regnauit annis 9. Onuph.

1246 — 13 24 F — 5214

—Pruteni omnes Christianos in suis regionibus trucidant, & cruciferos omni potestate exuunt, duce Suatropolkone Pomeraniæ principe.

1247 — 14 25 ED — 5215

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Damyatam Ægypti vrbem Christiani occuparunt. vide Chron. ord. Teu.

1248 — 15 26 C — 5216

—In Sueuia hoc tempore insurrexerunt quidam concionatores aduersus summum Pontificem & Cardinales, Friderici 2. Imp. & Conradi filij causam iustificantes, hi docebant nullam residere autoritatem apud Papam, neq; apud Cardinales & Episcopos, quod omnes labe Symoniæ macularentur. Vide Crancium in Saxonia lib. 8. cap. 16.

1249 — 16 27 B — 5217

Idibus Decemb. Annno Domini 1250. extinctus est Fridericus 2. Imp. cui successit filius CONRADVS IIII. qui imperauit deinceps in Occidẽte annos 3. menses 5. dies 10. Onuph.

1250 — 17 28 A — 5218

Anno Domini 1251. die conuersionis Pauli, VVILHELMVS rex Romanorum Hollandiæ comes, nuptias celebrauit Brunsuigæ in palatio Leonis, cum ELISABETHA filia Ottonis ducis Brunsuicensis & Luneburgensis. Chron. Saxon. & Cracius in Saxonia lib 8. cap. 17.

1251 — 18 1 GF — 5219

Mundi. Christi.

AERA

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

AERA ALPHONSI Regis Hispaniarum incepit, cum ab initio annorum Christi essent completi anni Iuliani 1251. & dies 152. Calendis Iunij, feria 7. Tab. Alphon. pag. 1.

1252 Die Feliciani anno Domini 1252. obijt Otto dux Brunsuicensis & Luneburgensis, cui in vtroq; ducatu successit filius ALBERTVS MAGNVS, secundus dux Brunsuicensis & Luneburgensis.

19 2 E

5220

Odoacer Bohemiæ rex, Belam Vngariæ regem memorabili pugna vicit. Bohemiæ regi suppetias tulerunt, Albertus Magnus dux Brunsuicensis & Luneburgensis, Otto Marchio Brandenburgensis & Albertus dux Saxoniæ. Chron. Saxon. & Crantz.

1253

1 3 D

5221

11. Cal. Iunij, anno Domini 1254. obijt Conradus 4. Imp. Occidentis, Onuph.

1254 7. Idus Decemb. anno Domini 1254., animam efflauit impiam Innocentius 4. Papa. vacauit sella dies 13. Suffectus est 12. Cal. Ianuarij ALEXANDER IIII. qui sedit annos 6. menses 5. dies 5. Onuph.

2 4 C

5222

THEODORVS LASCARIS Imp. Orientis annis 3. vt minimum. 33. enim annorum fuit cum pater moreretur, & anno ætatis suæ 36. incidit in morbum lethalem. Niceph. Onuphrius autem scribit, eum imperasse annis circiter 4.

Anno Domini 1255. Occisus est VVilhelmus Imp. Occidentis secutũ est interregnum annorum 2. & aliquot mensium Onuph.

1255

3 5 BA

Alber-

5223

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Albertus Magnus dux Brunsuicensis & Luneburgensis, obsidione pre mit militares ac nobiles in Asseburgo; interim Conradus archiepiscopus moguntinus, & Ditericus comes de Eberstein, terram Gottingensem hostili exercitu infestant. Sed per insidias capti pœnas dederunt. Comes enim violator sacramentorum, per pedes de trabe suspensus, tertio demum die ægrè efflauit animam: Archiepiscopus autem Brunsuigam mittitur, ibiq; anno integro seruatur. Vide Crancium & Chron. Saxon.

1256

4 6 G

5224

—Richardus Cornubiæ in Anglia princeps ingenti ex prompta duci Brunsuicensi pecunia, Archiepiscopum Moguntinum è carcere liberauit, cum per eum ad imperium aspiraret. Crantz.

1257

5 7 F

5225

Inditio prima.

—8. Idus Ianuarij anno Domini 1258 creatus est rex Romanorum in Occidente RICHARDVS Anglus, estq, coronatus Aquisgrani eodem anno 6. Nonas Maij, die ascensionis Domini à Conrado archiepiscopo Coloniensi, & regnauit in Schismate aduersus Alphonsum annos 6. Eodem quoq; hoc anno Domini 1258. Prid. Cal. April. electus est contra Richardum in regem Romanorum ALPHONSVS rex Hispaniarum, qui regnauit in Occidente annos 15. menses 6. dies 12. Onuph. Richardus ille Anglus, fuit Cornubiæ Comes, & frater Henrici 3. regis Anglorum Georg. Lil.

1258

6 8 E

5226

—IOHANNES LASCARIVS, filius Theodori, successit mortuo patri circa, vel paulò ante solstitium æstiuum, teste Niceph. & imperauit in Oriente anno Domini 1259. annum vnum & menses aliquot. Onuph. Adiunctus est illi Michael Paleologus tutoris nomine. Niceph.

MICHAEL PALEOLOGVS Imperator Orientis coronatus est in fine Decembris. Niceph. & imperauit Constantinopoli annis 22. Onuph.

1259

7 9 DC

—ALBERTVS Secundus eius nominis Dux Saxoniæ Elector, successit patri Alberto primo. Crantz. lib. 9. cap. 19.

5227

Albertus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Albertus Magnus dux Brunsuicensis & Luneburgensis, iustis de causis oppugnauit comitem de Peyna, assumpto in societatem eius belli Iohanne Hildesheimensi Episcopo. Sed cum comes de Payna clanculum promitteret Episcopo, se post obitum, Ecclesiæ Hildesheimensi omnem comitatum daturum (hæredem enim non habebat) Episcopus egit apud ducem, vt obsidio solueretur. Ita Albertus reduxit exercitum, ignorans quid inter comitem & Episcopum ageretur. Chron. Saxon. & Crantz.

1260 8 10 B

5228

—Anno Domini 1261. Cal. Iunij, mortuus est Alexander 4. Pontifex. Rom. Vacauit sedes menses 3. dies 4. & successit 4. Cal. Septemb. VRBANVS Quartus, qui sedit annos 3. mens. 1. dies 4. Onuph.

—Mense Septembri, anno Domini 1261. Michaël Paleologus Græcorum Imperator, eiectis Latinis Constantinopolin recuperauit, cum duobus integris annis rebus gerendis præfuisset. Niceph. Sed Onuphrius habet annum Domini 1260. Masseus autem curiosissimus temporum indagator, Constantinopolin receptam esset scribit, anno Domini 1261. quo & Alexander Pontifex è vita decessit. Præterea anni 33. quos Onuphrius Imperio Balduini secundi assignat, in hunc annum 1261. terminantur.

1261 9 11 A

5229

1262 10 12 G

5230

—Albertus Magnus dux Brunsuicensis & Luneburgensis exercitum conscribit aduersus Henricum Marchionem Misnensem.

—Die Simonis & Iudæ anno Domini 1263. Albertus dux Brunsuicensis & Luneburgensis cum multis Comitibus & nobilibus fortissimè pugnans capitur à Marchionibus Misniæ in prælio ad Hallam Saxoniæ ciuitatem. Chron. Saxon.

1263 11 13 FE

5231

Come-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

✶ Cometa hoc anno tribus mensibus apparuit.

—6. Nonas Octob. anno Domini 1264. è vita decessit Vrbanus 4. Pontifex Max. vacauit sedes menses 4. dies 2. Onuph.

1264

12 14 D

—Nonis Februarij anno Domini 1265. creatus CLEMENS IIII. Pontifex Rom. qui sedit annos 3. menses 9. dies 25. Onuph.

5232

—Albertus Magnus dux Brunsuicensis & Luneburgensis, è carcere Marchionum Misnensium, suo ære & aliquot arcibus redimitur. Chron. Saxon. & Albert. Crantz. in Saxonia.

1265

13 15 C

5233

—Cunradinus Cunradi 4. Imp. filius ex Elisabetha Bauarica, exercitum duxit è Germania in Italiam, ad recuperandum regnum Neopolitanum, cuius erat legitimus hæres. Socium habuit expeditionis Fridericum Austriæ ducem.

1266

14 16 B

5234

—25. die Maij anno 64. post inchoatam obsidionem Constantinopolis, facta est Constantinopoli ECLIPSIS SOLIS, in quarta parte Geminorum, circa horam tertiam ante meridiem. Fuit tota Eclipsis punctorum fere 12. Niceph. Greg. & Nicet. Colliguntur ad meridianum Regiomontanum in Borussia ad 9. horam antemeridianam ex tabulis Prutenicis hi motus æquales Lunæ.

1267

15 17 AG

Lon-

5235

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	0	4	53	6
Anomal. Lunæ	1	40	9	48
Latitudinis Lunæ	1	30	18	52

Ergo totus Sol fermè defecit iuxta caudam draconis.

22. die Augusti anno 1268. Conradinus Conradi 4. Imp. filius, à Carolo Siciliæ rege in prælio captus, & paulò pòst instinctu Pontificis Clementis 4. securi percussus est.

1268 — 16 18 F — 5236

3. Cal. Decembris, anno Domini 1268. impiam efflauit animam Pontifex Romanorum Clemens 4. & vacauit sedes annos 2. menses 9. & diem vnum. Onuph.

1269 — 17 19 E — 5237

Hoc anno Domini 1269. conuentus principum Saxoniæ fuit in Quedlinburg, ibi duo fratres ALBERTVS Magnus, & IOHANNES duces Brunsuicenses ac Luneburgenses, Ottonis filii, sua diuisere dominia, ita vt Albertus senior, ditionem omnem Brunsuicensem, quæ etiam Gottingensem terram complectitur, acciperet, & Iohannes solo districtu Luneburgensi contentus abiret, vterq; tamen titulum retineret communem, vt ambo dicerentur & essent duces Brunsuicenses & Luneburgenses. In clypeo quoq; eadem ambo retinerent insignia, videlicet duos fuluos leopardos proditione Brunsuicensi, quos Henricus Leo extulerat Anglia, & alium lasurii coloris leonem, adiectis in clypeo foliis rosarum, de terra Luneburgensi, quæ fuerant olim Hermanni de Stubbekeshorne, ducis Saxoniæ arma. Vetera autem Saxoniæ insignia, ab vsq; VVedekindo deducta, præferebant pullum equinum candidum, quem duces Brunsuicenses, vt veram monstrarent lineam antiqui generis, transtulerunt in conum galeæ. Vide Chronicon Saxoniæ & Albertum Crancium.

8. Cal. Septemb. anno Domini 1270. obiit S. Ludouicus rex Franc. Indictione 13. Successit eius filius PHILIPPVS IIII. qui regnauit annos 15. mensem vnum, & dies 12. Onuph. Meyer. Til. Posid. Mass.

1270 — 18 20 D — 5238

Philippus rex Franc. coronatus est Indict. 14. Mass.

Cal. Septemb. anno Domini 1271. creatus est GREGORIVS X. Pontifex Rom. qui sedit annos 4. menses 4. & dies 10. Onuph. Hirs. addit creatum Indictione 14.

1271 — 19 21 CB — 5239

Anno

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Anno Domini 1272. adhuc currente, die Laurentii completo, hoc est, nocte quæ fuit inter 10. & 11. diem Augusti, vespere facta est, ECLIPSIS LVNÆ. Ita enim in fine vetusti cuiusdam scripti codicis annotatum inuenit, doctissimus vir Gerardus Mercator. Et colliguntur quidem tali die, ad 9. horam vespertinam ex tabulis Prutenicis hi motus æquales ☽, sub meridiano Montis regii inclytæ vrbis Borussiæ.

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	3	1	39	20
Anomal. Lunæ	2	21	12	45
Latitudinis Lunæ	1	25	3	33

1272 — 1 — 22 — A

Defecit Ergo in Luna dimidia pars diametri ab austro, iuxta nodum deuehentem, quem caudam draconis vocant artifices, in dodecatemorio ♒.

5240 — Anno Domini 1272. obiit Londini, 16. Cal. Decemb. Henricus 3. rex Angliæ, relinquens duos filios Eduardum & Edmundum. Georg. Lil.

Indictio prima.

EDVARDVS iterum dictus primus, Dominus Albæ rosæ, Henrici Tertii filius, XXIX. rex Anglorum, regnauit annos 35. Georg. Lil.

Cal. Octobris, anno Domini 1273. Alphonsus rex Castellæ sponte abdicauit Romano imperio. Electus est 4. Idus Octobris eiusdem anni rex Romanorum RVDOLPHVS comes Habspurgensis, qui regnauit in Occidente annos 17. menses 9. dies 16. Onuph.

1273 — 2 — 23 — G

23. die Ianuarii, anno Domini 1273. (completo) super B literam assignatam 23. die Ianuarii, crastino siue proximo die Beati Vincentii, 9. horis & 50. minutis post occasum Solis, incepit ECLIPSIS LVNÆ, & durauit per tres horas & 8. minuta, & eclipsabantur de ea 8. digiti & 57. minuta, sicut in eodem (quem nominauimus paulò ante) codice scriptum inuenit Gerardus Mercator. Cæterum hanc Eclipsin hoc anno Christi 1274. factam esse calculo astronomico demonstrabimus, addita ipsa pictura.

5241

1274 — 3 — 24 — F

5242

CALCV-

Mundi. Christi.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI QVOD FACTVM EST ANNO DOMINI 1274. *Qui habuit aureum numerum 2. Cyclum Solarem 23. Literam Dominicalem G.*

Ab initio annorum Christi, vsq; ad hanc Eclipsin, sunt completi anni Iuliani 1273. dies 22. horæ 23. scrup. 46.

Facta igitur est hæc eclipsis anno Domini 1274. nocte quæ fuit inter 23. & 24. dies Ianuarij, post vndecimam horam vespertinam scrup. 46. quadrante horæ ante mediam noctem. Ad quod tempus æquale, sub meridiano Montis regij, hi colliguntur motus æquales ex tabulis Prutenicis.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	23	18	17	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	20	13	32	
Solis simplicis	4	46	30	7	
Solis compositi	5	9	48	24	
Anomaliæ annuæ Solis	3	36	36	45	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	56	51	21	
Anomaliæ ☽	4	1	26	9	
Latitudinis ☽	4	31	55	12	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	24	28	28	
Æquatio centri Solis addenda	0	5	13	12	Scrup. proport. 7′ 50″.
Anomalia Solis coæquata	3	41	49	57	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	18	36	

ERGO ☉ in ♒ part. 12. 17′ 11″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	53	42	42	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	43	17	Scrup. proport. 0′ 15″.
Anomalia ☽ coæquata	3	59	42	52	
Absoluta æquatio primi epicycli addẽda	0	4	27	16	

ERGO ☽ in ♌ part. 12. 17′ 12″.

Caput draconis in ♌ part. 5. 54′ 44″.

Abfuit ergo Luna à capite draconis part. 6. 22′ 28″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus sex. 4 part. 36 22′ 28″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis crescens 33′ 15″.
Semidiameter Lunæ apparens 17′ 0″.
Semidiameter vmbræ coæquata 46′ 9″.
Summa vtriusq; Semidiametri, Lunæ & vmbræ 63′ 9″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 29′ 54″.
Diameter Lunæ apparens 34′ 0″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 10. Scrup. 33. Sed Scriptor ille antiquus habet digitos ferme 9: fortassis ex calculo Alphonsino, qui de veritate nonnihil aberrat.

Scrupula mediæ incidentiæ 53′.
Motus horarius Lunæ à Sole 33′ 47″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, scrup. 34. Integer autem defectus horas 3. scrup. 8. Sicut & in vetusto illo codice habetur.

Gggg ij Latitudo

Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis crescens 28′ 20″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis crescens 38′ 11″.

Subijcio nunc picturam.



Temporibus huius Eclipsis, tota Germania ardebat latrociniis, seditionibus, tumultibus ac bellis, vnde nouus Imperator Rudolphus Habspurgensis, quamuis illi iniunctum esset ab electoribus, vt intra annum Romam proficisceretur, diadematis causa, tamen illud non fecit, publicas occupationes prætendens, cum in eam diligenter incumberet curam, vt tranquillitatem Germaniæ restitueret.

Mundi.	Christi.	Cyclus ☽	Cyclus ☉	
				Albertus Dux Saxoniæ Elector (nepos Bernhardi eius, quem Fridericus Barbarossa, destituto Henrico Leone, ex comite de Anehold olim fecerat ducem Saxoniæ) hoc anno matrimonio sibi sociauit Annam, Rudolphi Imperatoris filiam. Idem hic Albertus, præferebat stratoria ligna nigra, in fuluo clypeo, quæ patrum suorum in Balenstede olim fuerant insignia, superiecta tamen rutea corona, quam huius Alberti pater, dono accepit à Friderico Barbarossa.
5243	1275	4	25 ED	4. Idus Ianuarii, anno Domini 1276. moritur Gregorius X. Pontifex Roman. Vacat sedes dies 9. Succedit 13. Cal. Februarii INNOCENTIVS V. qui sedit menses 5. dies 2. Onuph.

10. Cal.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—10. Cal. Iulii, anno Domini 1276. mortuus est Innocentius 5. Papa. Vacauit sedes dies 19. Electus est 4. Idus Iulii HADRIAnus V. qui sedit mensem vnum, & dies 9. & obiit 15. Cal. Septembris. Vacat sedes dies 25. Idibus Septembris suffectus est IOHANNES XX. dictus XXI. qui sedit menses 8. dies 5. Onuph.

1276

5 26 C

5244

—16. Cal. Iunii, anno Domini 1277. è vita decessit Iohannes 20, Papa. Vacauit sedes menses 6, dies 7. Onuph.

—Iohannes dux Luneburgensis obiit, cui successit eius filius OTTO, qui præfuit terræ Luneburgensi annis 53. Chron. Saxon.

—7. Cal. Decembris, anno Domini 1277. creatus est NICOLAVS III. Pontifex Rom. qui sedit annos 2, menses 8. dies 12. Onuph.

1277

6 27 B

5245

—Cæsar Rudolphus Imp. Occidentis, Pontifici Romano concessit Romandiolam & Exarchatum Rauennatem.

—7. Cal. Septemb. Idem Cæsar Rudolphus acerrimo prælio vicit Ottocarum Bohemiæ regem, anno Domini 1278. Ottocarus Bohemiæ rex in hac pugna occubuit.

1278

7 28 A

—ALBERTVS tertius eius nominis Dux Saxoniæ Elector, successit patri Alberto secundo, qui obiit anno Christi 1279.

5246

—Pridie Idus Aprilis, hoc est, 12. die Aprilis, anno Domini 1279. ante occasum Solis, ECLIPSIS SOLIS facta est. Vt legit Gerardus Mercator in vetusto quodam codice. Colliguntur ad sextam Pomeridianam sub meridiano Regiomontano hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longitud. Lunæ à Sole	5	57	18	5
Anomal. Lunæ	4	47	5	23
Latitud. Lunæ	4	30	39	8

Ergo totus Sol defecit, retinens tamen circumferentiam albicantem, in ♈. & capite draconis.

1279

8 1 GF

Albertus Magnus dux Brunsuicensis obiit, cui successerunt tres eius filii, HENRICVS Mirabilis in terra Grubenhagensi: ALBERTVS Pinguis in terra Gottingensi: & VVILHELmus in terra Brunsuicensi,

5247

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—18. Cal. Septembris, anno Domini 1280. obijt Nicolaus 3. Papa. vacauit sedes menses 6. & dies 6. Onuph.

1280
6 2 E

5248

—8. Cal. Martij, anno Dmmini 1281 electus est MARTINVS II. vel vt alij volunt, IIII. Pontifex Max. Rom. qui sedit annos 4. mensem vnum & dies 7.

—Eodem hoc anno Hamburgum Saxoniæ ciuitas maximo incendio deuastata est. Chron. Saxon.

1281
10 3 D

5249

—Cæsar Rudolphus Occidentis Imp. Austriæ ducatum Alberto filio suo assignauit.

—Michael Paleologus Orientis Imp. diem suum extremum clausit, anno currente 80. ab obsidione Constantinopolis per Latinos facta. Successit in Orientis imperio eius filius ANDRONICVS PALEOLOGVS, qui 50. anno Imperij sui obijt. Niceph. Greg. & Nicet.

1282
11 4 C

5250

—Petrus Arragoniæ rex. Siciliam occupat, Coronam regni accepit, quanuis Papa Martinus 4. Sacris eum interdiceret, bonorum eius præda diripientibus impunè concessa.

1283
12 5 BA

5.Cal.

5251

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

5252 — 1284 — 13 6 G

—5. Cal. Aprilis, anno Domini 1285. extinctus est Martinus 2. Papa. Vacauit sedes dies 3. & successit Calendis Aprilis HONORIVS IIII. qui sedit in Pontificatu annos 2. dies 2.

1285 — 14 7 F

23. Septemb. die Solis, mortuus est Philippus rex Franc. cui successit eius filius PHILIPPVS PVLCHER qui regnauit annos 29. mensem vnum & dies 24. Mass. & Onuph.

5253

6. die Ianuarij, anno Domini 1286. Indict. 14. in festo Magorum, coronatus est Philippus Pulcher rex Francorũ. Mass.

1286 — 15 8 E

5254

—3. Nonas Aprilis, anno Domini 1287. Spiritum efflauit Honorius 4. Papa. Vacauit sedes menses 10. dies 18. Onuph.

1287 — 16 9 DC

8. Cal. Martij, anno Domini 1288. ad Pontificatũ euectus est NICOLAVS IIII. qui sedit annos 4. mensẽ vnũ dies 14. Onuph.

5255

Cyclus ☽ Cyclus ☉

dictio prima.

1288 — 17 10 B

5256

—Rudolphus Imp. multis comitatus principibus Erphordiam ingressus est, iudicium instituit in tumultuantes ciues, conuictos iussit gladio cædi. Chron. Saxon. & Albert Crantz.

1289 — 18 11 A

5257

—Brunsuiga hoc anno tribus incendijs deuastata est, à foro in ea parte vrbis, quam die Altenwick vocant, vsq; ad portam S. Petri vrbs facta est vacua. Chron. Saxon.

1290 — 19 12 G

5258

—17. Cal. Augusti, anno Domini 1291. rebus humanis exemptus est Cæsar Rudolphus comes Habspurgensis, Imp. Occidentis, & sequutum est interregnum mensium 3. & dierum 7. Onuph.

1291 — 1 13 FE

8. Idus Ianuarij, anno Domini 1292. creatus est in Regẽ Romanorum ADOLPHVS Comes de Nassavv, qui regnauit in Occidente annos 6. menses 5. dies 27. Onuph.

5259

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1292 — 2 14 D — 5260

—Pridie Non. Aprilis, anno Domini 1292 obijt Nicolaus 4. Pōtifex Rom. Vacat sedes annos 2. menses 3. & dies 2. Onuph.

—Otto dux Luneburgensis oppidum HONOVER improuisus irrupit & ciuibus eie-ctis ingens inde argentum emunxit. Eodem hoc anno obijt VVilhelmus Dux Brunsuicēsis, cui successit ALBERTVS Pinguis pulso fratre Henrico Mirabili, & tenuit ita vtramque terrā Brunsuicensem & Gottingensem simul annis 26. Chron. Saxon. & Albertus Crantz.

1293 — 3 15 C — 5261

1294 — 4 16 B — 5262

—Nonis Iulij, anno Domini 1294. ad Pontificatum euectus est CELESTINUS V. qui sedit menses 5. & dies 7. Onuph.

Idibus Decemb. anno Domini 1294. Celestinus V. Pontifex Rom. sponte abdicauit. Vacat sedes dies 10. Successit 8. Cal. Ianua. die natiuitatis Christi BONIFACIVS VIII. qui sedit in Pontificia dignitate annos 8. menses 9. & dies 19. Onuph. De hoc Pontifice Bonifacio 8. vulgò dictū est: Intrauit vt vulpes, vixit vt leo, mortuus est vt canis.

1295 — 5 17 AG — 5263

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1296 — 6 18 F — 5264

—Philippus Pulcher Francorum rex, filiam comitis Flandriæ, Parisijs cum 30. pedissequis aqua suffocauit, 30. nobiles ministros eius suspendit, hinc bellum ingens exortum. Mass.

—S. Ludouicus olim Francorum rex, à Pontifice maximo Bonifacio octauo, canonisatus, & inter diuos relatus est. Func.

1297 — 7 19 E — 5265

—6. Nonas Iulij, anno Domini 1298. occisus est in prælio Adolphus Nassauiensis Imp. Occidentis. 6. Cal. Augusti iterum electus est rex Romanorū ALBERTVS Austriæ dux, Rudolphi Imp. filius, qui regnauit & imperauit in Occidente annos 9. menses 9. & dies 5. Onuph.

1298 — 8 20 D — 5266

—Circa hæc tempora, Bonifacius VIII. Pontifex Max. Rom. efflagitantibus Vngariæ principibus, Carolum Robertum, Caroli eius nominis secundi Siciliæ regis nepotem, Hungariæ regem designauit.

1299 — 9 21 CB — 5267

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Bonifacius VIII. Papa. Iubileum instituit & celebrauit anno Domini 1300. promittens Romam petentibus omnium peccatorum remissionem: Legationem Imp. Alberti reiecit, primo solenni die in pontificalibus apparens & benedictionem populo impartiens: postera autem die in Imperiali habitu, gladium ante se nudatum iussit deferri acclamans: Ecce duo gladii hic. Crantz.

1300

10 22 A

5268

—OTHOMANNVS primus Turcorum Imperator, cœpit anno Domini 1301. Drechsl. Regnauit annis 28. 10. Ramus.

—Bonifacius Papa Basilicam Petri æreis tintinnabulis exornauit, Volaterrano teste.

—Anno Domini 1303. idem Bonifacius Papa scripsit Francorum regi Philippo Dominum se esse omnium tam temporalium quàm spiritualium per orbem terrarum, & regnum Franciæ à se debere suscipi: quod quia non fecerat debere priuari. Rex autem contemptis legatis literas Papæ igni publico tradidit. Mass.

1301

11 23 G

5269

—In festo omnium sanctorum, Bonifacius Papa Romæ synodum celebrauit, aduersus Philippum Franc. regem, sed non inuenit quid illi iustè imponeret, dissidente concilio. Mass.

1302

12 24 F

5270

—Bonifacius VIII. pessimus Papa, Philippum Franc. regem excommunicauit. Mass.

Indictio prima.

—5. Idus Octobris, anno Domini 1303. mortuus est vt canis Bonifacius eius nominis VIII. Papa. Vacauit sedes dies vndecim. Successit eodem anno, 11. Cal. Nouembris BENEDICTVS IX. dictus vndecimus, qui sedit menses 9. & dies 6. Onuph.

1303

13 25 ED

5271

6. Cal.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—6. Cal. Augusti, anno Domini 1304. è vita decessit Benedictus IX. Vacauit sedes menses 10. dies 8. Onuph.

1304
14 26 C

5272

—✱ Cometa horrendæ magnitudinis visus est in festo Paschatis, & secuta pestilentia maxima. Chron. Saxon.

—Nonis Iunij, anno Domini 1305. electus est CLEMENS V. Papa, qui sedit annos 8. menses 10. dies 26. Onuph.

1305
15 27 B

5273

—Fridericus princeps admorsæ genæ, Landgrauius Thuringiæ bellicosissimus, implorat auxilium Henrici mirabilis Sororij sui, ducis Brunsuicensis ac Luneburgensis in Grubenhagen, aduersus patrem Albertum Thuringiæ Langrauium. Chron. Misc.

1306
16 28 A

5274

—Hospitalarij S. Iohannis Rhodum à Saracenis receperunt. Blond. Æmyl.

—Eduardus primus, Dominus Albæ rosæ, rex Angliæ, in Scotorum finibus moritur. Nonis Iulij, anno Domini 1307. corpus eius à militibus Londinum deportatum est, & in VVestmonasterio sepultum. Successit eius filius EDVARDVS II. qui regnauit annos 19. fuitq; XXX. Anglorum rex.

1307
17 1 GF

XI. Calend. Martij Eduardus ille coronatus est, cum Isabella coniuge, Philippi Pulchri Gallorum regis filia. Georg. Lil.

5275

Calend.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

—Cal. Maii anno Domini 1308. Occisus est Albertus Imp. Occidentis, Interregnum secutum est mensium 6. & dierum 25. Onuph.

1308

18 2 E

5276

—7. Cal. Decembris, anno Domini 1308. rex Romanorum declaratus HENRICVS VII. Lutzelburgensis, qui regnauit & imperauit in Occidente annos 4. menses 9. & dies aliquot. Onuph.

—Imp. Occidentis Henricus Lutzelburgensis Italiam ingressus, omnem Longobardiam accepit, & Mediolani coronatus est corona ferrea. Crantz.

1309

19 3 D

5277

—Anno Domini 1310. Henricus comes de VVoldenbarge electus est 33. Episcopus Hildesheimensis, qui ædificauit arces Steurwald & Hundesruck. Chron. Saxon.

1310

1 4 C

5278

—RVDOLPHVS eius nominis primus dux Saxoniæ Elector, successit fratri Alberto tertio.

—Clemens V. Pontifex Romanorum Viennæ in Gallia Narbonensi concilium celebrauit, quo templariorum nomen extinctum est. Decreta quoque promulgata sunt, quibus Papa nomen Clementinis dedit.

1311

2 5 BA

5279

Cometa

Mundi. | Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—✱ Cometa horrendæ magnitudinis per 14. dies apparuit, anno Domini 1312. Chron. Sax.

—Henricus Lutzelburgensis, Imp. Occidentis, cum Friderico Siciliæ rege fœdus icit, & Florentiam obsedit. Cranc. in Saxon. lib. 9. cap. 6.

1312
3 6
G

5280

—Henricus Imp. Roberto Neopolitano bellum intulit.

—9. Cal. Septembris, anno Domini 1313. Henricus 7. Imp. Occidentis in Hetruriæ oppido Beneconuenti Veneno necatur, porrecto à monacho in Eucharistiæ pane consecrato, & secutum est interregnum in Occidentis imperio vnius anni, mensis vnius, & dierum 24. Onuph.

1313
4 7
F

5281

—12. Cal. Maii, anno Domini 1314. rebus humanis exemptus est Clemens V. Papa. Vacat sedes 2. menses 3. dies 17. Onuph.

—✱ Mense Octobri arsit cometa.

—15 Cal. Nouemb. anno Domini 1314. creatus est rex Romanorum, LVDOVICVS V. Bauarus, qui regnauit & imperauit in Occidente annos 32. menses 11. & dies 24. Contra hunc eodem die in schismate electus est FRIDERICVS Pulcher, qui regnauit annos 15. menses 2. & dies 27. Onuph.

—3. Calend. Decembris anno Domini 1314. obiit Philippus Pulcher rex Francorum. Meyer. Til. Succesit eius filius LVDOVICVS XI. Vtinus, qui regnauit annum vnum, menses 6, & dies 7. Onuph.

1314
5 8
E

5282

—Pluuiæ hoc anno fuerunt per totam æstatem, & secutæ sunt fames & pestis, quibus tertiam partem viuentium absumptam traditur.

1315
6 9
DC

5283

Nonis

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Nonis Iunij, anno Domini 1316. è vita decessit Ludouicus Vtinus rex Franc. Til. successit IOHANNES Vtini filius, qui regnauit dies 20. Deinde PHILIPPVS LONGVS, Philippi Pulchri filius, annis 4. mensib. 6. diebus 13. Onuph.

—7. Idus Augusti, anno Domini 1316. electus est IOHANNES 21. dictus 22. qui sedit annos 18. menses 3. dies 28. in Pontificatu. Onuph.

1316
7 10 B

5284

—29 die Augusti, anno Domini 1317. die decollationis Iohannis baptistæ, Gerardus Magnus Hoilatiæ comes, acerrima pugna vicit Adolphū comitem de Schowenburg. Albert. Crantz. in Saxon. lib. 9. cap. 9.

1317
8 11 A

5285

Inditio prima.

—Anno Domini 1318. obijt Albertus pinguis dux Brunsuicensis & Gottingensis. Huius filij diuiserunt paternam hæreditatem. LVDOVICVS LARGVS accepit terram Brunsuicensem, ALBERTVS Zangerhusensem, ERNESTVS Gottingensem. Chron. Saxon.

1318
9 12 G

5286

—VVoldemaro Marchione Brandenburgense defuncto, Lodouicus Imp. Marchiam Lodouico filio suo dono dedit.

1319
10 13 FE

5287

Mundi. Christi.

Varij

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Varij motus, bella, factiones, incendia & cædes Italiam vexarunt, de quibus Blond. & Plat. Leprosi à Iudæis conducti fontes infecerunt, qui miserrimè quoq; interierunt. Æmyl. & Mass.

1320
11 14 D
5288

—4. Nonas Ianuarij, moritur Philippus Longus rex Francorum, Til. Meyerus scribit 3. Ianuarij, anno Domini 1321. Succedit CAROLVS VII. PVLCHER, Philippi Pulchri filius, qui regnauit annos 7. dies 26. Onuph. Til.

1321
12 15 C
5289

—Fratricellorum (qui & pauperes de Lugduno sunt dicti, eo quod Lugduni cæperant docere) sectam damnauit Iohannes Pontifex Romanorum. Horum princeps erat Magister Michaël Cesenanus, minister ordinis Minorum. Docebant inter alia, Imperatorem Romanum non esse subiectum Romano Pontifici, nisi tantum in spiritualibus. Per hoc inprimis Ludouicus Bauarus Imperator Occidentis confortatus est, vt Papæ conatibus se opponeret. Mass.

1322
13 16 B
5290

—Die Michaelis duo Cæsares Occidentis, Ludouicus Bauarus & Fridericus Pulcher Austriacus acerrimo prælio conflixerunt, inter Mulbergam & Oetingam. Victoria Bauaro cessit, & Fridericus captus est & triennio in custodia retentus. Eodem anno 1323. 8. Idus Octob. Papa Iohannes 22, Imp. Ludouicum Bauarum excommunicauit.

1323
14 17 AG
5291

Robert

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.
☉ ☾

—Robertus Rex Neap. Genua potitus est, Soana Gibellinos pepulit. Galeatius Vercellas subegit. Blond.

1324
15 18 F

5292 —4. Nonas Februarij, anno Domini 1325. Indict. 8 inauguratus est Imp. Constantinopolitanus ANDRONICVS iunior, præsente & adhuc superstite auo, & imperauit cum eo annos 7. in vniuersum autem annos plus minus 13. Onuph. Til. ISABELLA Angliæ regina, Eduardum secundum, regem maritum suum, in carcerem includit.

1325
16 19 E

5293 —4. Cal. Febr. coronatur EDVARDVS III. filius Eduardi secundi, XXXI. rex Anglorum, & regnat annos 51. Lil.

—NICOLAVS DE LYRA Franciscanus monachus clarus habetur.

1326
17 20 D

—Eduardus Secundus Angliæ rex moritur, siue vt nonnulli tradunt, à custodibus necatur. Georg. Lil.

5294 —4. Idus Maij, anno Domini 1327. electus est Antipapa NICOLAVS V. qui sedit annos 3. menses 3. & dies 4. Eodem hoc anno pridie Idus Iunij, inauguratus est die Pentecostes Mediolani LVDOVICVS PIVS rex Lombardiæ. Onuph.

1327
18 21 CB

(Cal. Febr. anno Domini 1328. PHILIPPVS VALESIVS factus est rex Franc. moriente Carolo Pulchro, qui regnauit deinceps annos 22. & menses aliquot. Onuph.

11. Cal.

5295

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

11. Cal. Iunij, anno Domini 1328, die Pentecostes, Ludouicus Pius rex Franc. Romæ coronatus est, à Nicolao Antipapa. Onuph. 24. deinde Maij, Indict 11. ANDRONICVS IVNIOR Imperator Orientis auo imperium eripiens Constantinopolin noctu cepit. Niceph. Greg.

1328

ORCHANES Imperator secundus Turcorum, cœpit anno Domini 1328. Drechsl. & imperauit annos 22. Io. Ram.

19 22 A

5296

Ludouicus Clarimontis & Marchiæ comes, primus dux Burbonij.

Eodem hoc anno, Ludouicus Bauarus Imperator Occidentis reuersus ex Italia, & ab vrbe Roma, vbi 17. die Ianuarij anni præcedentis 1328. à Stephano Columnio Cardinale coronatus erat, & Nicolaum Papam creauerat, in Germaniam reuersus, Reinholdum Geldriæ & VVilhelmum Iuliaci comites, illum ducem, hunc Marchionem imperij creauit.

1329

1 23 G

Idibus Ianuarij, anno Domini 1330. rebus humanis exemptus est Fridericus Pulcher Imperator. Archidux Austriæ. Onuph.

5297

EDVARDVS VValliæ princeps de Alba rosa, Eduardi Tertij Angliæ regis filius nascitur. Georg. Lil.

Otto dux Luneburgensis moritur, cui filij VVILHELMVS & OTTO successerunt. Chron. Saxon.

8. Cal. Septemb. anno Domini 1330. Nicolaus 5. Papa captus, Pontificatu abdicauit. Onuph.

1330

2 24 F

5298

Henricus dux Brunsuicensis, Alberti pinguis filius, & Ericus comes Schovvenburgensis, dissidentibus suffragijs ad Episcopatum Hildesheimensem vocati, 14. annis de eo bellum gerunt, quod Erici morte finitum est. Chron. Saxon.

Cal. Decembris. 74 diebus ante mortem Andronici Imp. Constantinopoli facta est ECLIPSIS SOLIS. Niceph. Greg. Legendum est hanc Eclipsin factam esse, Pridie Cal. Decembris, hoc est, vltimo die Nouembris anno Domini 1331. Tunc enim ad decimam horam matutinam hi colliguntur motus æquales sub meridiano Montis regij Prussiæ vrbis Borussiæ.

1331

3 25 ED

	Sex.	part.		
Longit. Lunæ à Sole	0	0	25	43
Anomaliæ Lunæ	2	57	2	22
Latitudinis Lunæ	1	20	39	19

Ergo totus Sol obscuratus est in ☋ iuxta caudam draconis, anno Domini 1331. & secutum est bellum Hildesheimense, quod durauit annos 14. Item Andronici Palæologi senioris Imp. Constantinopolitani obitus.

5299

12. die Febr. anno 1329. post obsessam Constantinopolin à Latinis, rebus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

bus humanis exemptus est Andronicus Senior, Palæologus, vespere. Niceph. Greg. & Nicet.

1332 — Papa Iohannes hæresin spargit, animas non videre Deum ante nouissimum diem.

4 26 C

5300

Indictio prima.

1333

5 27 B — Tanta fuit nix, vt arbores eius grauedine discerperentur. Chron. Saxon.

5301 — MAGNVS dictus Zangerhusensis, dux Brunsuicensis & Luneburgensis, successit fratri Ludouico Largo in terra Brunsuicensi. Chron. Saxon.

— Pridie Nonas Decembris, anno Domini 1334. mortuus est Iohannes 24. Pontifex Rom. Vacauit sedes dies 16. Successit 13. Cal. Ianuarij BENEDICTVS X. qui sedit annos 7. mens. 4. & dies 6. Onuph.

1334

6 28 A

5302

— Papa Benedictus X. abrogationem Imperatoris Ludouici Bauari, & censuras à Iohanne antecessore suo latas confirmauit. Plat.

1335

7 1 GF

5303

Mastinus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Mastinus Scaligerus, Veronæ & Brixiæ princeps, bellum gerit cum Dominis ac principibus Italiæ. Blond. Plat.

1336 | 8 | 2 | E

5304

Duo hoc anno Domini 1337. arserunt Cometæ, prior mensibus 4. posterior mensibus duobus.

Pestis eodem hoc anno Noribergæ multa hominum millia absumpsit. Exarsit eodem tempore bellum inter duos potentissimos reges Philippum Valesium Franc. & Edoardum Angl. quod durauit annos 10.

1337 | 9 | 3 | D

5305

Anno Domini 1338. diem suum extremum clausit, Andronicus Paleologus Iunior, nepos Andronici, cum annos plus minus 13. imperasset in Oriente. Successit IOANNES V. CANTACVZENVS, qui Constantinopoli imperauit annis 16. Onuph.

Eduardus III. Angliæ rex, in Flandriam traiecit, cumq; Philippus Gallorum rex pugnam detrectaret, Eduardus liliorum insigni ac regis Franciæ titulo assumptis in Angliam redijt. Georg. Lil.

1338 | 10 | 4 | C

FRANCISCVS PETRARCHA POETA Laureatus Romæ clarus habetur.

5306

Die S. Kiliani, hoc est, 8 die Iulij, anno Domini 1339. circa meridiem, magna facta est ECLIPSIS SOLIS, quæ durauit horas ferme duas. Hirsaug. Legendum est in Vigilijs S. Kiliani, hoc est, 7. die Iulij, nunc enim hora 12. meridiana, hi colliguntur motus æquales Lunæ sub meridiano Montis regij, inclytæ vrbis Borussiæ.

	Sex.	part.		
Long. Lunæ à Sole	0	2	53	36
Anomaliæ Lunæ	1	26	31	19
Latitud. Lunæ	1	26	25	56

Ergo totus Sol obscuratus in ♒ iuxta caudam draconis.

1339 | 11 | 5 | BA

5307

Frigus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1340

12 6 G

—Frigus in hyeme tantum fuit, vt militantibus cruciferis in Liuonia, nares & digiti perierint ex frigore. Funct.

5308

—Noribergæ hoc anno quadringenta ædificia incendio perierunt. Funct.

1341

13 7 F

—Albertus dux Brunsuicensis, Magni frater, vocatur ad Episcopatum Halberstadensem, in schismate, aduersus Albertum comitem de Mansfeld.

5309

—7. Cal. Maij, anno Domini 1342. è vita decessit Benedictus X. Papa, vacauit sedes dies 12. Suffectus est eodem anno Nonis Maij Papa CLEMENS VI. qui sedit annos 10. menses 7. Onuph. Eodem hoc anno Domini 1342. Henricus Episcopus Hildesheimensis & Albertus Halberstadensis, duces Brunsuicenses & Luneburgenses, fratres germani, incenderunt monasterium Helftasitum in comitatu Mansfeldensi. Chrō. Mans.

1342

14 8 E

5310

—Vectigal salis, in Francia hoc anno primum institutum est. Funct.

1343

15 9 DC

5311

IOHAN-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—IOHANNA SICILIÆ AC NEAPOLIS regina, ſtrangulato marito Andrea Vngariæ rege, parricidium inceſtis nuptijs cumulans matrimonio ſibi copulat Ludouicum Tarentinum, cum quo antea conſueuerat, viuente adhuc marito.

1344

16 10 B

—Terræmotus ingens in die Conuerſionis Pauli Germaniam quaſſauit, pagi & arces multæ corruêre; Buſones pluuijs immixti ceciderunt.

5312

—Obijt Ericus Schowenburgenſis comes, qui diſsidentibus ſuffragijs cum Henrico duce Brunſuicenſe, vocatus erat ad Epiſcopatum Hildeſheimenſem, atq; ita Henricus ille Magni ducis Brunſuicenſis frater, Epiſcopatum ſolus obtinuit. Chron. Saxon.

1345

17 11 A

5313

—5. Idus Iulij, anno Domini 1346. CAROLVS IIII Iohannis Bohemiæ regis filius, rex Romanorum appellatus eſt in Occidente, in ſchiſmate, aduerſus Ludouicum Bauarum excommunicatum, regnauit & imperauit annos 32. menſ. 7. dies 14. Onuph.

1346

18 12 G

5314

—Hoc anno iterum exarſit bellum inter Albertum Epiſcopum Halberſtadenſem & comites de Manſfeld & Regenſtein.

—5. Idus Octobris, anno Domini 1347. mortuus eſt Ludouicus V. Bauarus Imp. Occidentis, & ſecutum eſt interregnum anni vnius, menſium 3. & dierum 22. Onuph.

1347

19 13 FE

8. Idus Ianuarij, anno Domini 1348. in Schiſmate contra Carolum 4. creatus eſt rex Romanorum in Occidente EDOARDVS eius nominis tertius Rex Angliæ, qui tamen nunquam imperauit, & ideo continuatum eſt interregnum ad tempus iam dictum vſq;. Onuph.

5315

Peſtis

Mundi. Chriſti.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

dictio prima.

—Pestis hoc anno multa hominum millia absumpsit. Chron. Saxon.

—Meineke molitor quidam, VVoldemarum Marchionem Brandenburgensem se mentitur. Crantz.

1348

1 14 D

5316

—4. Nonas Februarij, anno Domini 1349. contra Carolum quartum electus est rex Romanorum, GVNTHERVS Comes Svvarceburgensis, qui regnauit in occidente menses plus minus 6. & veneno extinctus est, eodem anno Cal. Augusti. Onuph. Ita Carolus 4. Solus Imperium Occidentis obtinuit.

1349 —Secta flagellantium apud Gallos exorta. Chron. Saxon.

2 15 C

5317

—Clemens VI. Papa Romæ Iubileum celebrauit, Plat.

—5. Cal. Septemb. anno Domini 1350, obiit Philippus Valesius rex Franc. sed Massæus scribit eum defunctum esse vigilia S. Bartholomæi, mense Augusto. Successit eius filius, IOHANNES VALESIVS, qui coronatus est 26. Septemb. & regnauit annos 14. Mass. & Meyer.

1350 —AMVRATHES eius nominis primus, tertius Imperator Turcorum annis 23. cœpit anno Domini 1350. Drechsl.

3 16 B

5318

—Bellum inter Magdeburgenses & eorum subditos extra vrbanos exortum quod tribus annis magno vtriusq; partis detrimento gestum est, deniq; per Brunsuicenses res composita. Chron. Saxon.

1351

4 17 AG

Nori-

5319

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ⊙

Norimbergæ seditione orta, senatus ex vrbe profugit, à Carolo 4. Imp. restituitur, ex quo maxima reipublicæ extitit mutatio. Chron. Nor.

1352 — 5 18 F

8. Idus Decemb. anno Domini 1352. efflauit spiritum Clemens VI. Papa. Vacauit sedes dies 11. successit 15. Cal. Ianuarij INNOCENTIVS VI. qui sedit annos 9. menses 8. dies 26. Onuph.

5320

Locustæ magnum frugibus damnum intulerunt. Horribile quoq; Chasma hoc anno visum est. Palmer.

1353 — 6 19 E

Mense Ianuario, factus est imperator Orientis IOANNES VI. Andronici quarti filius, anno Domini 1354. & imperauit Constantinopoli annis 30. Mortuus est anno Domini 1384. Onuph.

5321

OTTO dux Luneburgensis è vita decedens fratri VVilhelmo principatum reliquit, anno Domini 1354. Crantz. in Saxon. lib. 9. cap. 28.

1354 — 7 20 D

5322

Nonis Aprilis, die Paschatis, anno Domini 1355. Carolus quartus Imp. Occidentis Romæ coronatus est. Onuph.

LVDOVICVS Magni senioris, ducis Brunsuicensis filius, nuptias celebrauit cum Mathilde, VVilhelmi ducis Luneburgensis filia, atq; ita socero suo successit in terra Luneburgensi. Chron. Saxon.

1355 — 8 21 CB

12. die Martij, obijt Rudolphus senior Dux Saxoniæ Elector, cui successit filius RVDOLPHVS eius nominis secundus.

BAR-

5323

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—BARTHOLVS insignis Iurisperitus, legumque interpres, obiit anno ætatis 56. Palm.

—AVREA BVLLA à Carolo quarto Occidentis imperatore Norimbergæ cõstituta & confirmata. Chron. Nor.

1356
9 22 A

VVilhelmus Marchio IVLIACENSIS, eodem hoc anno Christi 1356. in Ducum ordinem euectus est.

5324

Ludouicus Vngariæ rex Venetis bellum mouet quadraginta millia equitum in Italiam ducit, Taruisiumque obsidet.

1357
10 23 G

5325

Ludouicus dux Luneburgensis moritur, cui successit frater eius Magnus Iunior. Chron. Saxon.

1358
11 24 F

Venetis pacem petentibus, Ludouicus Vngariæ rex humaniter concessit. Poloni à Valachis cæsi sunt. Vide Chron. Polon.

5326

Eduardus VValliæ princeps, à patre Eduardo tertio, Angliæ rege, Aquitaniæ dux creatus, cũ vxore Edmundi Cantiæ comitis filia in Aquitaniam se confert. Ex his natus est RICHARDVS SECVNDVS qui postea in Angliæ regno auo successit. Lil.

1359
12 25 ED

5327

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—ACADEMIA PRAGENSIS hoc anno à Carolo quarto Occidentis Imperatore fundata est. Chron. Polon.

1360
13 26 C

5328

—Henricus, Henrici mirabilis filius, Dux Brunsuicensis, gubernator terræ Grubenhagensis, fratrem habuit Ernestum.

—Fames valida Poloniam vexauit.

—4. Cal. Octob. anno Domini 1361. nascitur Carolo 4. Imp. filius VVenzeslaus Norimbergæ. Vt annales Boemorum habent. Sed Norici annales, tempus natalitium ad diẽ 17. Martij referunt. Mater Anna filia Bulchonis Ducis Suidnicensis in Silesia, doloribus partus extincta est.

1361
14 27 B

5329

—Pridie Idus Septemb. anno Domini 1362. mortuus est Innocentius Sextus Papa. vacat sedes mensem vnum & dies 15. Succedit 5 Cal. Nouemb. VRBANVS V. qui sedit annos 8. mensem vnum & dies 17. Onuph.

1362
15 28 A

5330

—Carolus quartus Imp. Occidentis nuptias Cracouiæ magna solennitate celebrauit, præsentibus Vngariæ, Daciæ Cyprique regibus. Sponsa ELISABETHA Bugislai Stetinensium Ducis filia fuit, consobrina Ludouici Regis Vngariæ, & neptis Casimiri Regis Poloniæ. Vide Chronicon Pol.

Inditio prima.

1363
16 1 GF

—6. Cal. Apr. anno Dn. 1364. è vita decessit Iohan-

5331

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Iohannes Valesius rex Franc. cui succesit filius CAROLVS V. SAPIENS Valesius, qui coronatus est die Trinitatis, & regnauit annos 17. Onuph. Mass. & Meyer. Ioannes Tilius vult eum regnasse annos 16 retinebis ergo medium. Et Massæus regem Iohannem Valesium mortuum 8. die Aprilis. anno 1364.

1364
17 2
E

5332 MAGNVS IVNIOR dux Brunsuicensis & Luneburgensis, cuius initia in gubernatione terræ Luneburgensis fuerant tranquilla, incipit tumultuari, mouens non necessaria bella, cui cum pater Magnus senior, propter inobedientiam suspendium minitaretur, argenteam semper catenam in collo, ad se iugulandum, per ludibrium præferebat, vnde ductum est illi cognomen, vt MAGNVS CATENATVS diceretur. vide Crantz. in Saxonia lib. 9. cap. 36.

1365
18 3
D

5333

OTTO dux Brunsuicensis de Grubenhagen, Henrici mirabilis ex filio Henrico nepos, clarescit, hic postea Italiam intrauit & Iohannam Siciliæ ac Neapolis Reginam vxorem accepit, cum qua Siculum regnum obtinuit.

1366
19 4
C

5334

Tertio die Septemb. die veneris, Magnus Catenatus dux Brunsuicensis, captus est in prælio ad Dincler à Gerhardo de Monte, Episcopo Hildesheimense, qui cum magnam vim pecuniæ ab eo emunxisset, ædificauit arces COLDINGEN & STEINBRVKKEN. turris quoq; in basilica Sanctæ Mariæ, Hildesiæ auro incrustata est. Chron. Saxon.

1367
1 5
BA

5335

Magnus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Magnus senior, & VVilhelmus, duces Brunsuicenses ac Luneburgenses, propter inobedientiam Magni Iunioris, mœrore confecti occubuerunt. Successit in vtraq; terra Brunsuicensi ac Luneburgensi, MAGNVS IVNIOR dictus CATENATVS. Chron. Saxon.

1368 | 2 6 G

—3. die Decemb. anno Domini 1368. Dominica primi aduentus, 3. hora post mediam noctem, ☽ in ♒ existente, natus est Carolus eius nominis sextus rex Franc. Meyr.

5336

—Albertus dux Brunsuicensis 37. Archiepiscopus Bremensis, hoc anno magna pompa introductus est in vrbem Bremensium, quibus præfuit annis 22.

1369 | 3 7 F

—Magnus Catenatus dux Brunsuicensis & Luneburgensis, ciuibus Luneburgensibus nimium molestus est. Vide Chron. Saxon.

5337

—VVENZESLAVS Dux Saxoniæ Elector, successit patri Rudolph.

—ALBERTVS dux Saxoniæ, à ciuibus Luneburgensibus appellatus est dux Luneburgi, aduersus Magnum Catenatum ducem Brunsuicensem ac Luneburgensem, iussu Caroli quarti Imp.

—Die S. Martini Otto cognomento malus, dux Gottingensis, nobilibus de Schvvicheld dono dedit arcem Hartzburg, quam paulò antè expugnauerat. Chronic. Saxon.

1370 | 4 8 E

—14. Cal. Ianuarij, anno Domini 1370. rebus humanis exemptus est vrbanus V. Papa. Vacauit sedes dies 10. & suffectus est 3. Cal. Ianuarij, ineunte anno Domini 1371. GREGORIVS XI. qui sedit annos 7. menses 2. dies 27. Onuph.

5338

Anno Domini 1371. die Purificationis Mariæ virginis ciues Luneburgenses destruxerunt arcem Magni Catenati sitam in monte calcis. Chrō. Saxon.

—Die Pentecostes HONOVERENSES, auxilijs Alberti ducis Saxoniæ & Luneburgi, destruxerunt arcem Lovvenrode. Ibidem. Eodē hoc anno nocte vndecim millium virginum, Magnus Catenatus cepit Luneburgum, sed virtute ciuium Luneburgensium, tempore matutino, iterum eiectus est. Duo tamen ex Burgimagistris, qui in prima acie stabant occisi sunt. Chron. Sax. & Crantz. in Saxonia.

1371 | 5 9 DC

Anno

5339

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1372
6 10 B
5340

Anno Domini 1372. in Iudicio Cæsareo, Magnus Catenatus dux Brũsuicensis & Luneburgensis contra se reportauit sententiam Imperatoris, nullo iure cum ducatum Luneburgensem occupasse, estq; perpetuum illi indictum silentium. Chron Sax.

1373
7 11 A
5341

Anno Domini 1373. BAIAZETHES factus est imperator quartus Turcorum. Drechsl. & imperauit annis 25. Laonic. Chalcond. Eodem hoc anno Domini 1373. pridie Iacobi apostoli occisus est in prælio ad pagum Leueste, Magnus Catenatus dux Brunsuicensis confossus est in corpore hostis sui Ottonis comitis de Schovvenburg. Comes è vitæ periculo liberatus egregiam reportauit victoriam. Succeßit in terra Brunsuicensi tanquam tutor filiorum Magni Catenati, ERNESTVS frater Magni senioris, gubernator terræ Gottingensis, cum filio OTTONE cognomento Iracundo siue malo.

1374
8 12 G
5342

FRANCISCVS PETRARCHA egregius poëta & Orator obijt.

IOHANNES VVICLEF in Anglia Romano Pontifici contradicit.

1375
9 13 FE
5343

OTTO dux Brunsuicensis de Grubenhagen, Henrici Mirabilis ex filio Henrico nepos, venditis bonis suis Italiam intrauit cum fratre Balthasare.

Pridie

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Pridie Idus Iunii, anno Domini 1376. Rex Romanorum appellatus est, VVenceslaus Caroli quarti Imp. filius, qui regnauit annos 24. menses 2. dies 9. Onuph.

—17. die Iulii, anno Domini 1376. ante meridiem, facta est ECLIPSIS SOLIS, in 3. gradu ♌ Leouit. Colliguntur ex tabulis Prutenicis sub meridiano Montis regii, hora sexta matutina hi motus æquales.

1376 | 10 14 | D

	Sex. part.			
Longit. Lunæ à Sole	5	59	42′	30″
Anomaliæ Lunæ	0	27	9	18
Latitudinis Lunæ	1	30	4	42

5344

Defecit ergo Sol in Europa à parte Boreali ad digitos 7. in cauda draconis.

Tempore huius Eclipsis ingens mutatio in Siculum regno contigit, OTTO enim dux Brunsuicensis de Grubenhagen, vxorem accepit Iohannam Reginam Siciliæ ac Neapolis, cum qua regnum Siculum obtinuit. Inde noui belli materia extitit.

1377 | 11 15 | C

5345 —RICHARDVS II. auo suo in Angliæ regno succedit & regnat annos 22, estque XXXII. rex Anglorum. Lil.

Indictio prima.

—6. Cal. April. anno Domini 1378. mortuus est Gregorius XI. Pontifex Rom. Vacat sedes vsque ad electionem Vrbani dies 11. ad creationem vero Clementis, menses 5. dies 24. Successit enim VRBANVS VI. sexto Idus Aprilis, & sedit annos 11, menses 6. dies 8. Onuph.

1378 —12. Cal. Octob. anno Domini 1378. electus est CLEMENS VII. Papa, aduersus Vrbanum sextum, & sedit annos 15. menses 11. & dies 28. Onuph.

12 16 | B

5346

—6. Cal. Martii clausit diem suum extremum Imperator Occidentis Carolus quartus, & regnauit deinceps eius filius VVENCESLAVS in Germania annos 21. menses 5. dies 28. Onuph.

—Turris Ecclesiæ S. Catharinæ in Brunsvvig, hoc anno pyramide ornata est. Chron. Sax.

1379 | 13 17 | AG

5347

Machi-

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus. ☽ ☉

Machinarum bellicarum vsus, quas bombardas vocant, à Monacho quodam excogitatus & publicatus est.

1380 | 14 18 F — 16. Cal. Octobris anno Domini 1380. obiit Carolus Sapiens rex Franc. successit eius filius CAROLVS VI. Valesius, qui regnauit annos 42. Onuph. Philippus Burgundiæ dux, regis adhuc pueri tutelam suscepit anno 1380. Meyer.

5348

Carolus Dyrrachinus Ottonem Brunsuicensem Siciliæ ac Neapolis regem capit atque in carcerem coniicit, Iohannam reginam sponte sese dedentem, iniecto super os puluinari suffocat. FRIDERICVS dux Brunsuicensis eodem anno 1381. arcem VVolffenbuttel per insidias cepit, pulso Ottone malo in terram Gottingensem, fuit hic Fridericus filius Magni Catenati. Chron. Saxon. & Crantz.

1381 | 15 19 E

5349

Hoc anno ventus nullus fuit, per totam Germaniam, & annonæ abundantia magna.

1382 | 16 20 D

5350

VVilhelmus dux Brabantiæ & Lutzenburgii obiit, cui vxor Iohanna successit annis 22.

1383 | 17 21 CB — Anno Domini 1384. Obiit IOHANNES eius nominis sextus Imp. CONSTANTINOPOLITANVS, cui successit eius filius ANDRO-

5351

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

ANDRONICVS IIII. PALÆOLOGVS, qui imperauit Constantinopoli annos 3. Onuph.

1384

18 22 A

5352

—17. die Augusti, anno Domini 1384. tetra fuit ECLIPSIS SOLIS in 3. gradu virginis. Leouit. in magnis coniunctionibus. Colliguntur ex tabulis Prutenicis sub meridiano Regiomontano ad sextam horam post meridiem hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longitud. Lunæ à Sole	0	5	4	52
Anomal. Lunæ	1	54	34	59
Latitud. Lunæ	4	42	57	44

Defecerunt ergo in Sole 8. digiti, iuxta caput draconis.

—Albertus dux Saxoniæ & Luneburgi, in arce Rickelinge oppugnauit militares de Mandeslo, multa terris incommoda inuehentes, ibi dux cum vrgeret expugnationem, bombarda ictus crus amisit, & paulò pòst expirauit. Succeßit in ducatu Luneburgensi VVENCESLAVS Alberti prædicti fratruelis, dux Saxoniæ elector, qui præfuit terræ Luneburgensi annis 4. Chron. Saxon. & Alb. Crantz. Eodem anno Christi 1385. militares de Schvvichelde & Steinberge Bernhardum ducem Brunsuicensem, Magni Catenati filium, acie victum ceperunt.

1385

19 23 G

5353

—Die Mariæ Magdalenæ, Ditericus comes de VVarnigrode violator pacis, à principibus Saxoniæ in publico iudicio condemnatus, occiditur. Chron. Sax.

1386

—Maxima vini vilitas hoc anno circa Rhenum fuit. Chron. Colon.

1 24 F

—EMANVEL Iunior Palæologus imperauit in Oriente annos plus minus 30. Onuph.

5354

—Bernhardus dux Brunsuicensis, Magni Catenati filius à militaribus de Schvvichelde ante biennium captus in arce Papenburg in custodia habetur, donec septem aureorum millibus suam ab illis redimeret libertatem. Chron. Saxon.

1387

2 25 ED

5355

Festum

Mundi. Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Festum visitationis Mariæ institutum est ab Vrbano Pontifice Romano.

—Die Pentecostes ciues Luneburgenses ex mandató ducis VVentzlai obsidione cinxerunt arcem Cellam.

—Mense Octobri VVentzlaus dux Saxoniæ & Luneburgi toxico perijt, anno Domini 1388. Chron. Saxon. Successit in gubernatione terræ Luneburgensis BERNHARDVS, Magni Catenati ducis Brunsuicensis filius, frater Friderici. In Electoratu Saxoniæ autem patri VVenceslao successit RVDOLPHVS tertius.

1388
3 26
C

5356

—Bernhardus & Henricus duces Brunsuicenses ac Luneburgenses, fratres Friderici, arces Snakenburg & Gartovv expugnauerunt, vastantes omnia, vsq; in oppidum Soltvvedel. Chron. Saxon.

1389
4 27
B

5357

—Hoc anno Bernhardus & Henricus duces Luneburgenses arcem Klotzeke receptatricem latronum expugnarunt. Chron. Saxon.

—3. Idus Octobris anno Domini 1390. Vrbanus sextus Pontifex Rom. obijt. Vacauit sedes dies 19. Electus est eodem anno 4. Nonas Nouembris BONIFACIVS IX. contra Clementem Septimum, qui sedit annos 14, & menses 11, Onuph.

1390
5 28
A

5358

—Initium belli, quod Galeatius dux Mediolani duodecim annis cum Florentinis gessit. Stephanus dux Bauariæ, à Florentinis contra Galeatium in Italiam vocatus nihil egregij effecit.

1391
6 1
GF

5359

ACADE-

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus ☽ ☉

—ACADEMIA ERFORDIENSIS fundata est.
—Albertus dux Brunsuicensis, Magni senioris filius, Archiepiscopus Bremensis moritur, cui successit eius fratruelis Otto Episcopus Verdensis, Magni Catenati ducis Brunsuicensis filius. Chron. Sax.

1392
7 2 E
5360

Indictio pri ma

—Fratres ordinis Teutonici Bohemia expulsi sunt à VVenceslao Imp. & omnia eis prædia adempta. Anna Richardi Angliæ regis vxor eodem hoc anno mortua est.

—IOHANNES VVICLEVVS in Anglia Euangelium de Christo docuit, hic contra Pontificatum Romanum multa scripsit, quæ postea in Bohemiam delata fuerunt. Sleidan. lib. 3.

1393
8 3 D
5361

—Otto iracundus siue malus, dux Brunsuicensis & Luneburgensis, gubernator terræ Gottingensis, moritur anno Domini 1394. cui successit filius OTTO IVNIOR, annis 69. Chron. Saxon.

—16. Cal. Octobris anno Domini 1394. animam efflauit Papa Clemens Septimus. Vacat sedes dies 11. Euectus est ad Pontificiam dignitatem 4. Calend. Octob. BENEDICTVS XI. dictus decimus tertius, qui sedit annos plus minus 30. Onuph.

1394
9 4 C
5362

—Pridie Michaelis, anno Domini 1395. facta est pugna ad Nicopolin. Christiani primum à Balazete Turcorum Imp. lunata acie circumuenti, partim cæsi, partim capti sunt, quæ strages ita terruit Sigismundum Vngariæ regem & reliquum exercitum Christianorum, vt difficili fuga dilapsi, ægrè euaserint. Chalcond.

1395
10 5 BA
5363

Colonia

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Colonia seditionibus hoc anno variè agitata est. Chron. Col.

1396

11 6 G

5364

—Hoc anno obijt Albertus, Henrici Mirabilis ex filio Ernesto nepos, dux Brunsuicensis de Grubenhagen, cui ERICVS vnicus eius filius successit.

—Anno Domini 1379. TAMBERLANES Scytha BAIAZETHEM Turcorum Imperatorem acie victum cepit, & catenis aureis vinctum in cauea ad mortē vsq; circumuexit. Egnat. de Orig. Turc. & Drechsl.

1397

12 7 F

5365

—CYRISCELEBES qui & CALEPINVS vocatur, V. Turcorum Imp. anno Domini 1398. Drechsl. Imperauit annis 6. 10. Ram.

1398

13 8 E

5366

—Galeatius Dux Mediolani Pisas emit, Perusium deditione accepit, Bononia Lucaq; potitus est. Blond.

—4. Idus Octob. HENRICVS dictus Quartus, Iohannis Lancastrij ducis filius, Eduardi 3. regis nepos, capto rege Richardo, Angliæ rex coronatur, & regnat annos 14. Hic fuit XXXIII. rex Anglorum, & Richardi secundi patruelis. Georg. Lilius.

1399

14 9 DC

5367

Mundi. Christi.

Anno

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno Domini 1400. die vrbani 23. die Maii, contra VVenzeslaum Imp. in Occidente declaratus est Francofurti Rex Romanorum FRIDERICVS dux Brunsuicensis, Magni Catenati filius, qui paulò post, pridie Pentecostes die S. Bonifacii, 5. Iunii, iuxta Frislariam confossus est, insidiis Archiepiscopi Moguntini. Successit in ducatu Brunsuicensi BERNHARDVS prædicti Friderici frater, relinquens terram Luneburgensem fratri suo HENRICO. Chron. Sax. & Alb. Crancius.

1400 — 15 10 B

—4. Idus Septemb anno Domini 1400. cum paulò ante VVenzeslao abrogatum esset imperium, electus est rex Rom. RVPERTVS Paruus Palatinus Rheni, qui regnauit in Occidente annis 9. mensibus 8. diebus 22. Onuph.

5368

✱ Horribilis cometa visus est in fine Februarii, anno Domini 1401. secuta sunt bella & pestis.

—Nobilis ille de Hartingeshausen, qui regem Fridericum ad Frislariam gladio transfixerat, supplicio capitali affectus est, membra eius quatuor rotis imposita sunt. Chron. Saxon.

1401 — 16 11 A

5369

—Iohannes Galeatius dux Mediolanii obiit, cui apud Mediolanenses successit filius Iohannes Maria, Papiæ autem Philippus.

✱ Anno 1402. per dies aliquot arsit cometa ingens, lurida & funebri oblongaque cauda, versus eam partem cœli, quæ in Corum ventum vergit, & secutæ sunt nouæ clades in orbe terrarum, quæ passim ex ingentibus motibus extiterunt. Casp. Peuc.

1402 — 17 12 G

5370

—TAMBERLANES Tartarorum Imp. moritur anno Domini 1403. Mass. Palm.

1403 — 18 13 FE

5371

5. die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—5. die Augusti Gerhardus dux Slesvvicensis à Thietmarsis cæsus est. Chron. Saxon, Crancii.

—Cal. Octob. anno Domini 1404. animam efflauit Bonifacius IX. Papa. Vacauit sedes dies 16. Successit 16. Cal. Nouembris INNOCENTIVS VII. qui contra Benedictum sedit annos 2. dies 22. Onuph.

—Cyrifcelebes Turc. Imp. obiit anno 1404. Drechsl. Successit MAHOMETES eius nominis primus, Turcorum Imp. Sextus. qui imperauit annis 14. Paul. Iou. in rebus Turc. & Io. Ram.

1404
19 14
D

5372

—Anno Domini 1405. sublato fratre, Mahometes ille solus rerum potitus est. Vide Drechsl.

1405
1 15
C

5373

—16. die Iunii, qui diem viti proximè secutus est, anno Domini 1406. Sol defecit vltra 9. digitos in principio 69. iuxta caput draconis. Colliguntur ad nouam horam ante meridianam hi motus æquales sub meridiano Regiomontano. Chron. Sax.

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	5	57	20	28
Anomaliæ Lunæ	3	36	47	47
Latitud. Lunæ	4	35	26	21

Et paulò pòst, eodem anno Christi 1406. 8. Idus Nouemb. moritur Innocentius VII. Papa. Vacauit sedes dies 23. & successit Prid. Cal. Decemb. GREGORIVS XII. qui sedit in Schismate annos 8. menses 7. dies 6. Onuph.

1406
2 16
B

5374

—Henricus dux Luneburgensis die Iacobi ingressus comitatum de Lippia, omnia ferro & igni vastauit, captus enim fuerat paulò ante die S. Elisabethæ viduæ, anno Domini 1404. in prælio ad montem Oder, à Bernhardo nobili Domino de Lippia, Simonis filio, hanc contumeliam generosissimus princeps vindicauit. Chron. Sax.

1407
3 17
AG

FRIDE-

In-

5375

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

dictio prima.

1408 — FRIDERICVS Landgrauius Thuringiæ & Marchio Misniæ, quem Sigismundus Imp. postea primum ex hac familia Electorem Saxoniæ creauit, collegit aliquot doctos viros, & fundauit ACADEMIAM LIPSENSEM, quæ anno sequenti 12. die Nouembris solenni ritu introducta est, primo eius rectore Iohanne Ottone Munsterbergio.

4 18 F

5376 — 15. die Aprilis, anno Domini 1409. facta est ECLIPSIS SOLIS colliguntur ad 3. horam post meridiem hi motus æquales sub meridiano Montis regij.

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	0	5	37	19
Anomaliæ Lunæ	0	49	15	20
Latitud. Lunæ	4	37	53	37

Ergo in Europa totus Sol fermè defecit in ♉ iuxta caput draconis. Vide Leouit.

1409 — Nonis Iunij in Concilio Pisano Pontificatu abrogatus est Benedictus XI anno Pontificatus sui 14. mens. 8. die 9. Similiter & Gregorio XII. Pōtificatus sui anno 2. mens. 6. die 6. in illorum locum ad Pontificatum euectus est eodem anno 1409. 6. Cal. Iulij ALEXANDER V. qui sedit menses 10. dies 8. Onuph.

5 19 E

5377

— 5. Nonas Maij, anno Domini 1410. è vita decessit Alexander V. Papa. Sedes vacauit dies 11. in eius locum creatus est 16. Cal. Iunij IOHANNES XXII. dictus XXIII. qui sedit annos 5. dies 15. Romæ. Onuph.

1410 — Cal. Iunij anno Domini 1410 mortuus est Rupertus Paruus Imp. Rom. secutum est interregnum mensium 3. & dierum 19. Postea 12. Cal. Octob. eodem anno Domini 1410. Rex Romanorum declaratus est IODOCVS, filius Iohannis Henrici, fratris Caroli quarti, qui regnauit in Occidente menses 6. Onuph. Fuit Marchio Brandenb.

6 20 D

5378 — 13. Cal. Aprilis, anno Domini 1441. diem suum extremum clausit Iodocus Barbatus Rex Rom. & eodem mense Martio Francofordiæ rex Romanorum declaratus est, SIGISMVNDVS rex Vngariæ, Caroli quarti Imp. filius, qui regnauit & imperauit in Occidente annos 26. mēses 8. & aliquot dies. Onuph.

1411 — Magna illa bombarda, quam ciues Brunsuicenses pigram Mettam vocant, Brunsuigæ fabricata est. Chron. Saxon.

7 21 CB

5379

Duces

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Duces Brunſuicenſes ac Luneburgenſes, item Epiſcopi Magdeburgenſes & Halberſtadenſes, mœnia arcis Hartesborg ſolo æquant, eiectis militaribus de Schvvichelde. Chron. Saxon.

1412 | 8 22 A

5380 —13. Cal. Aprilis, obijt Henricus quartus Angliæ rex.

—IOHANNES HVS vir Sanctus in Bohemia clarus habetur.

—5. Idus Augusti HENRICVS V. Henrici 4. filius, XXXIIII. Angliæ rex coronatur, & regnat annos 9. Lil.

1413 —6, Idus Decembris inchoatum eſt Concilium Conſtantienſe, anno Domini 1413. Onuph.

9 23 G

5381 —IOHANNES SCHELE HANNOVERENSIS Licentiatus Iuris Canonici, antea Secretarius Sigiſmundi Imperatoris, nunc autem Canonicus Eccleſiæ Lubeccenſis, ab Epiſcopo ſuo ablegatur in Cōcilium Conſtantienſe. Crantz in Metropoli.

—3. die Nouembris, anno Domini 1414. M. IOHANNES HVS venit Conſtantiam ad concilium.

1414 | 10 24 F

5382 —Anno Domini 1415. Sigiſmundus Rex Romanorum in Occidente, coronatus eſt Aquiſgrani ab Archiepiſcopo Colon. Onuph.

—4. Cal. Iunii, anno Domini 1415. Iohannes 22. priuatus eſt Pontificatu in Concilio Conſtantienſi, quam priuationem ipſe quoq; confirmauit, prid. Cal. Iunij. Similiter Gregorius XII. quoq; abdicauit 4. Nonas Iulij. Onuph.

—7. die Iunij, anno Domini 1415. manè horribilis ECLIPSIS SOLIS facta eſt in 24. gradu Geminorum, cum eodem tempore celebraretur Concilium Conſtantienſe. Leouit. Huius Eclipſis calculum & picturam ſubijcio.

1415 | 11 25 ED

CALCV-

5383

Mundi. Christi.

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, *QVÆ FACTA EST PAVLO ANTE MORTEM JOHANNIS HVS, ANNO DOMINI 1415. die 7. Junij. Habuit hic annus aureum numerum 10. Cyclum Solarem 24. & Literam Dominicalem F.*

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hanc Eclipsin, sunt completi anni Iuliani 1414. menses ciuiles 5. dies 6. horæ 8. scrup. 14.

Facta igitur est hæc defectio Solis anno Christi 1415. die Veneris 7. Iunij, post horam octauam matutinam, scrup. 14. Si ad meridianum Montis regij inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex. part.		′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	25	16	38	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	25	3	21	
Solis simplicis	0	57	44	38	
Solis compositi	1	23	1	16	
Anomaliæ annuæ Solis	5	46	51	1	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	58	13	20	
Anomaliæ ☽	5	23	23	40	
Latitudinis ☽	1	20	49	27	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	26	26	53	
Æquatio centri Solis addenda	0	4	42	38	Scrup. proport. 6′ 7″.
Anomalia Solis coæquata	5	51	33	59	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	0	16	12	

ERGO ☉ in ♊ 24 part. 27′ 45″.

	Sex. part.		′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	56	26	40	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	0	59	33	Scrup. proport. 0′ 5″.
Anomalia ☽ coæquata	3	22	24	7	
Absoluta æquatio primi epicycli addēda	0	2	2	35	

ERGO ☽ in ♊ 24 part. 27′ 26″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 22 part. 52′ 2″.

Caput draconis in ♈ 1 part. 35′ 24″.

Cauda draconis in ♋ 1 part. 35′ 24″.

Abfuit ergo cauda draconis à Luna 7 part. 7′ 58″.

Veri loci Solis ascensio recta 83 temp. 57′ 58″.

Ergo æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium, ad tempus æquale addenda scrup. 4.

Et propter diuersitatem meridianorum Constantiæ auferenda hora vna scrup. 3.

Ergo Constantiæ hæc Eclipsis visa est quadrante horæ post septimam horam matutinam.

Ad quod tempus motus latitudinis Lunæ coæquatus 1 sex. 22 part. 15′ 7″.

Ergo latitudo Lunæ vera ad tempus coæquatum, Borealis decrescens 40′ 24″.

Parallaxis Lunæ à Sole secundùm longitudinem 34′ 27″.

Parallaxis Lunæ à Sole secundùm latitudinem 38′ 52″.

Ergo latitudo Lunæ apparens Borealis decrescens 1′ 32″.

Semidiameter Solis 15′ 45″.

Semidiameter Lunæ 17′ 41″.

Summa duarum semidiametrorum 33′ 26″.

 Ablata

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorũ 31′ 54″.
Diameter Solis apparens 31′ 30″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 9.
Totus igitur Sol est obscuratus.

Scrupula incidentiæ 33′ 29″.
Motus horarius Lunæ à Sole 34′ 43″.
Durauit ergo dimidius defectus horam vnam, Integer autem defectus horas duas.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 4′ 25″.
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis Australis crescens 1′ 21″.

Sequitur nunc pictura.

BOREAS.
Orbis Lunæ cuius interuentu Sol obscuratur.

ORIENS. Orbis Lunæ à Sole iterum discedens.



OCCIDENS. Orbis Lunæ accedens ad Solem.

AVSTER.

Proximo mense post hanc Eclipsin, die 8. Iulij, qui hoc anno 1415. incidit in diem Lunæ, M. IOHANNES HVSS BOHEMVS, in concilio Constantiensi pronunciatus hæreticus, & singulari ritu per Archiepiscopos, Mediolanensem & Bizantinum, exutus dignitate sacerdotali, & traditus Magistratui ciuili, damnatur ad supplicium ignis. Eductus ad locum supplicij, gestans in capite mitram chartaceam Episcopali similem, in qua duo fuerunt depicti Cacodæmones, cum inscriptione HÆRESIARCHA, inter eundum, has voces subinde ingeminauit: Iesu Christe, filij Dei viui, qui passus es pro nobis, miserere mei. Tandem rogo impositus, euincente flamma, eandem precationem aliquoties alta voce repetens, fortiter supplicium pertulit, atq; ita in inuocatione filij Dei expirauit. Ante mortem vatidico Spiritu prædixit inclinationem regni Pontificij, videlicet ex cineribus suis nasciturum olorem, quem non ita exusturi essent, sicut Hussum, hoc est, anserem iam torrerent. Nam Huss lingua Boëmica ansere significat. Adiecit insuper & hæc verba: POST CENTVM ANNOS DEO ET MIHI RESPONDEBITIS. Quæ verba Boëmi in circumferentia monetæ cuiusdam signatæ, imagine Hussi, expresserunt. Vaticinij veritatem euentus comprobauit. Intercesserunt enim inter finem Synodi Constantiensis, & initia disputationum D. Martini Lutheri, anni centum.

Tertio deinceps mense post eandem hanc Eclipsin Solis totalem, 9. die Septembris, die Lunæ, crematus est HIERONYMVS PRAGENSIS vir eruditione excellens, Iohannis Hussi discipulus, qui cum traheretur ad suppliciũ, alta voce cecinit Letaniam, & in flammis verba Symboli Niceni. Quemadmodũ igitur Sol in cœlis, ita quoq; lux Euangelij in Synodo Constantiensi obscurata est. Sed secutæ sunt paulò pòst variæ seditiones & bella per vniuersam Europam. Vide acta concilij Constantiensis, quæ magno volumine sunt edita, & Paralip. Abbatis Vrspergensis.

Sigismun-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Sigismundus Imp. conciliandæ pacis causa, tam regem Francorum Carolum Sextum, quàm Anglorum Henricum Quintum, frustra adiit.

Tribus diebus ante festum Nicolai, hoc est, 3. die Decembris, anno Domini 1416. obiit Henricus dux Luneburgensis, Magni Catenati filius, & successerunt in terra Luneburgensi duo eius filii VVILHELMVS Senior & HENRICVS. Chron. Saxon.

1416 12 26 C

FL. IOANNES, Andronici quarti filius Imperator Constantinopolitanus annis 3. mensibus 6. Onuph.

5384

Anno Domini 1417. primùm apparuere his nostris maritimis locis ad mare Germanicum homines nigredine informes, excocti sole, immundi vestitu, furtis in primis acres, præsertim fœminæ, nam viris ex præsagiis & furtis fœminarũ victus est, TARTAROS vulgus appellat. Crantz. in Saxonia.

5. Idus Nouembris, anno 1417. in Concilio Constantiensi creatus est Pontifex Maximus Romanorum MARTINVS III dictus Quintus, qui Imp. Cæsare Sigismundo Aug. sedit annos 13. menses 3. dies 12. Onuph.

1417 13 27 B

Sexto die Aprilis manè anno 1418. facta est ECLIPSIS SOLIS in 26. gradu Arietis. Leouit. Defecerunt in Sole iuxta caudam draconis 3. digiti. Colliguntur enim hora 11. hoc est, 1. hora ante meridiem, hi motus æquales sub meridiano Montis regii in Borussia.

5385

	Sex.	part.	′	″
Longitudinis Lunæ à Sole.	0	4	51	39.
Anomal. Lunæ	0	34	5	36.
Latitudinis Lunæ	1	21	29	48

Defecit ergo Sol à parte Boreali.

In Germania visa est hęc Eclipsis hora 9. matutina

12. Cal. Maii, anno Domini 1418. FINITVM EST CONCILIVM CONSTANTIENSE.

1418 14 28 A

Anno Domini 1419. Martino Quinto Pontifice Maximo, obiit Mahometes Turcorum Imp. cui successit AMVRATHES eius nominis secundus, septimus Turcorum Imperator, qui regnauit annos 31. Drechsl. & Paul. Iou.

26. die Martii, anno Domini 1419. ante meridiem, fuit ECLIPSIS SOLIS satis magna in 15. gradu Arietis, Leouit. Defecit Sol ad dimidiam fermè partem diametri, iuxta caudam draconis. Colliguntur enim hora 10. matutina ad meridianum Montis regii, hi motus æquales.

5386

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	5	59	52	40
Anomaliæ Lunæ	5	38	33	9
Latitudinis Lunæ	1	24	8	7.

Defecit Sol à parte Australi.

1419 15 1 GF

IOANNES SCHELE HANNOVERENSIS, Licentiatus Iuris Canonici, reuersus ex Concilio Constantiensi, declaratur Episcopus Ecclesiæ Lubeccensis, & vixit in illa dignitate annos 19. Crantz. Eodemq; hoc anno Christi 1419. die 9. Iunii obiit RVDOLPHVS Dux Saxoniæ Elector, cui successit eius frater ALBERTVS, Vltimus Elector ex illa familia.

Hoc

5387

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Hoc anno exarsit bellum triennale inter duces Brunsuicenses, & Iohannem Episcopum Hildesheimensem.

—IOANNES Emanuelis Iunioris filius, Imperator Constantinopolitanus annis 24. Onuph.

1420
16 1
E
5388

—VVILHELMVS Senior dux Brunsuicensis, gubernator terræ Luneburgensis, & Marchiones Misniæ, in Bohemia trucidarunt multa millia Hussitarum. Chron. Saxon.

1421
14 3
D
5389

—6. die Aprilis, die Iouis ante festum Paschatis, VVILHELMVS senior dux Brunsuicensis gubernator terræ Luneburgensis, acerrimo prælio vicit Canonicos Hildesheimenses ad arcem Grone.

—12. Cal. Nouembris, anno Domini 1422. rebus humanis exemptus est CAROLVS VI. rex Franc. cum regnasset annos 42. Meyer. Successit eius filius CAROLVS VII. qui regnauit annis 38. Onuph. Io. Til.

1422
18 4
C
5390

Indictio prima.

—FRIDERICVS Marchio Misniæ & Landgrauius Thuringiæ, primus ex ea familia à Sigismundo Imperatore accepit ELECTORIS dignitatem sexto die Febr. anno Domini 1423. Eodemq; hoc anno patri suo in Angliæ regno successit HENRICVS VI. Infans, & regnauit annos 38. estq; XXXV. Anglorum rex.

1423
19 5
BA
5391

26. die

Mundi. Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1424
1 6
G

26. die Iunii, anno Domini 1424. vespertino tempore facta est horrenda ECLIPSIS SOLIS in 14. gradu Cancr. Leouit. Defecit Sol vltra vndecim digitos iuxta caput draconis. Colliguntur enim ad meridianum Regiomontanum hi motus æquales hora 5. post meridiem.

	Sex.	part.		
Longit. Lunæ à Sole	5	57	28	41
Anomaliæ Lunæ	3	34	4	0
Latitudinis Lunæ	4	35	6	56

Mense Septembri anno Domini 1424. impiam efflauit animam Antipapa Benedictus vndecimus. Eodem mense electus est Antipapa CLEMENS VIII. qui sedit annis 5. Onuph.

1392

Ciues Brunsuicenses hoc anno Domini 1425. Ampteuiam arcem expugnant & destruunt. Chron. Saxon.

1425
2 7
F

Anno Domini 1425. Friderico Episcopo Traiectensi mortuo, Papa Martinus Tertius Episcopatum illum permisit Spirensi Episcopo, qui cum translationem illam recusaret, electione innouata, duo in schismate creati sunt Episcopi Svvederus Baro de Kulenburg, & Rudolphus comes de Diepholt. Chron. Saxon.

1393

Catharina VVilhelmi ducis Brunsuicensis & Luneburgensis filia, Friderici Electoris Saxoniæ coniunx, exercitum, qui educebatur aduersus Hussitas, longa oratione apud Fribergam adhortata est, vt singuli alacri & constanti animo in hostes pugnarent, fuit enim mulier sapientissima. Vide Chron. Misn.

1426
3 8
E

Cum de arce Berneburg deprædationes fierent, & incursiones in mercatores, Magdeburgenses & Hallenses ciues arcem oppugnarunt, & coegissent ad deditionem, si non VVILHELMVS senior dux Brunsuicensis, gubernator terræ Luneburgensis, à socero suo Marchione de Brandenburgo regressus, se medium interposuisset, & certis conditionibus cum comite de Anehold & Berneburg egisset vt adempta bona intra quinquennium soluerentur. Chron. Saxon. & Crantz.

1394

Hyems sine frigore fuit, ita vt circa diem Nicolai arbores & fruges florerent, & sequenti æstate pestis vehementissima secuta est, Chron. Sax.

1427
4 9
D C

4 die Ianuarii obiit Fridericus primus eius nominis Dux Saxoniæ Elector, cui successit eius filius FRIDERICVS secundus.

1395

JOHAN

Mund. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

IOHANNA puella Viginti annorum arma capit, Carolum Francorum regem contra Anglos & Burgundiones magnificè defendit, capta tandem ab Anglis Rotomagi crematur, Æmyl.

1428
5 10
B

5396

Anno Domini 1429. Antipapa Clemens coactus abdicauit. Onuph.

Die omnium Sanctorum VVILHELMVS senior dux Brunsuicensis, gubernator terræ Luneburgensis, Danos accerrimo prælio vicit ad Flensburgam. Interim Otto eius fratruelis Bernhardi filius populatur eius ditionem. Sed reuerso VVilhelmo, ad placandum eius animum, fit permutatio ducatuum. VVILHELMVS Brunsuicensem accepit, OTTO vicissim, eiusq; pater BERNHARDVS, Luneburgensem Chron. Saxon.

1429
6 11
A

5397

HENRICVS VI. Angliæ rex, decimum ætatis annum agens, in Galliam traductus, Lutetiæ, Angliæ, & Franciæ regis titulo coronatur, ab Henrico Cardinale, Vintoniensi. Georg. Lil.

1430
7 12
G

10. Cal. Martii, anno Domini 1431. obiit Papa Martinus III. vacauit sedes dies 10. Succedit 5. Non. Martii EVGENIVS IIII. qui sedit annos 15. menses 11. dies 21. Onuph.

5398

VVILHELMVS senior dux Brunsuicensis, acerrimo prælio vicit Philippum Burgundiæ ducem, qui Carolum regem Franciæ bello perurgebat. Interim HENRICVS eius frater, occupauit arcem VVolffenbuttel. Tandem reuerso VVilhelmo, ita res transacta est, vt VVILHELMVS dominatum de Hamborg cum Hannouera, & subiectam ditionem occuparet, & HENRICVS cognomento mansuetus, VVolfenbuttel & terram Brunsuicensē retineret. Chron. Saxon. & Alb. Crancius in Saxonia lib. 11. cap. 19. & 20.

1431
8 13
FE

14. Cal. Aug. anno 1431. incepit Synodus Basiliensis, primo anno Eugenii Papæ.

7. Cal. Decemb. anno 1431. (Indict. 10. quæ hoc anno incepit 8. Cal. Octob.) die Solis Sigismundus Imp. Mediolani coronatus est rex Longobardiæ, Onuph.

5399

17. die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1432

9 14 D

5400

17. die Iunii, anno Domini 1433. ECLIPSIS SOLIS facta est valde horrenda in 5. gradu Cancri. Leouit. Colliguntur sub meridiano Regiomontano, ad horam 5. post meridiem hi motus æquales,

	Sex.	part.	'	"
Longitudinis Lunæ à Sole.	5	58	44	57.
Anomal. Lunæ	3	21	4	56.
Latitudinis Lunæ	1	20	55	25

Sed propter diuersitatem meridianorum in ducatu Brunsuicensi subtrahenda est hora vna. Ergo Cellæ hora quarta post meridiem interuentu Lunæ totus Sol est obscuratus in cauda draconis. Colliguntur enim digiti Ecliptici 12. & scrup. 46.

1433

10 15 C

5401

BERNHARDVS dux Luneburgensis moritur, cui OTTO filius successit anno Domini 1334.

Die Iouis ante diem viti, hoc est. 10. die Iunii paulò post obitum Bernhardi, VVilhelmus senior & Otto, duces Brunsuicenses & Luneburgenses expugnant Hachmolen arcem comitis de Speigelberg. Interim Archiepiscopus Coloniensis, Iohannes comes de Hoiia, comites de Speigelberg & Lippia, vastarunt ducatum Brunsuicensem. Sed VVilhelmus senior hostili exercitu ingressus comitatum de Hoiia, expugnat arcem Barenborg. Tandem facta pace, VVilhelmus senior dux Brunsuicensis anno Domini 1435. à comite de Speigelberg accepit arcem Hallermund. Chron. Sax. & Alb. Crancius.

1434

11 16 B

5402

Fridericus dux Saxoniæ elector, eiusq; frater VVilhelmus, frustra oppugnarunt Hallam Saxoniæ, cum inesset præsidium ciuium Brunsuicensium. Chron. Saxon.

1435

12 17 AG

5403

Henricus

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Henricus Mansuetus dux Brunsuicensis, frater VVilhelmi senioris, anno ætatis suæ 25. Brunsuigæ nuptias celebrauit cum Helena Cleuensi. Chron. Saxon.

1436
13 18 F

5404

—5. Idus Decembris mortuus est Sigismundus Imp. Occidentis Sequitur interregnum dierum 22. Cal. Ianuarii anno Domini 1438. appellatus est Rex Romanorum ALBERTVS II. Rex Vngariæ & Bohemiæ, Archidux Austriæ, qui in Occidente regnauit annum vnum, menses 9, & dies 27. Onuph.

1437
14 19 E

5405

Indictio prima.

—IOHANNES SCHELE HANNOVERANVS, Episcopus Lubeccensis, obiit in Vngaria, & sepultus est Viennæ in Austria, Crantz.

1438
15 20 D

5406

—7. Cal. Iulii, anno Domini 1439. Eugenius quartus priuatus est Pontificatu, per Concilium Basiliense, cum in illa dignitate sedisset annos 8. menses 3. dies 23. Onuph.

—6. Cal. Nouemb. anno Domini 1439. decessit è vita Albertus 2. Imp. Secutum est interregnum mensium 2. dierum 4. Onuph.

—Nonis Nouemb. creatus est FELIX quartus Papa, qui contra Eugenium 4. & Nicolaum 5. sedit Lausannæ annos 9. menses 6. dies 7. Dictus est Felix quintus. Onuph.

1439
16 21 CB

—Cal. Ianuarii anno Domini 1440. Rex Romanorũ appellatus est FRIDERICVS III. Archidux Austriæ, qui regnauit & imperauit in Occidente annos 53. menses 7. dies 19. Onuph.

Ars

5407

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1440 — 17 22 A — 5408

—Ars imprimendi libros Moguntiæ hoc anno primũ inuenta est à IOHANNE FAVSTIO. Mass. Quidam Argentinensem ciuem fuisse scribunt, & Gutenbergiũ vocant. Alii aliter tradunt, sed primum præliũ Moguntiæ fuisse certissimum est.

1441 — 18 23 G — 5409

Henricus Mansuetus dux Brunsuicensis, & Otto Luneburgensis, obsidione frustra premunt milites de Aluensleben, in arce munitissima Arxleben. Chron. Saxon.

Tartari Poloniam vastant, Chrõ Polon.

1442 — 19 24 F — 5410

17. Cal. Iulii, anno Domini 1442. tertio anno Fælicis quarti Pontificis Max. Rom. finitum est Concilium Basiliense.

1443 — 1 25 ED — 5411

Ladislaus Vngariæ Rex, Iohannis Hunniadis auxilio Turcos vicit, eorumq; Imperatorẽ Amurathem secundum ad petendã pacem coëgit, quæ ab vtraque parte iureiurando sancita est in annos decẽ. Paul. Iou.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—FL. CONSTANTINVS PALÆOLOGVS Vltimus Imperator Constantinopolitanus imperauit annos plus minùs 8. Onuph.

1444 — 2 26 C — 5412

—Pridie Martini, anno Dn. 1444. LADISLAVS Vngariæ rex ad Varnam cũ AMVRATHE Turcorum Imperatore hostili exercitu congressus, in prælio occiditur, vnà cum IVLIANO Cardinale legato Pontificis Eugenii, qui fuerat regi autor rumpendi fœderis, quod cum Amurathe paulò ante optimis conditionibus factum fuerat. Paul. Iou.

1445 — 3 27 B — 5413

—Otto Bernhardi filius dux Luneburgensis obiit, cui FRIDERICVS frater eius successit, anno Domini 1445. Chron. Saxon.

1446 — 4 28 A — 5414

—Anno Domini 1446. VVilhelm9 senior dux Brunsuicensis, Comitatum de VVunstorff emit. Comes ille vendita terra sua, cum aliquot aureos Episcopo Hildesheimensi numerasset, aliquandiu habitauit in arce VVintzenburg. Tandem tota illa familia comitũ de VVunstorff, extincta est. Vide Chron. Saxon.

1447 — 5 1 GF — 5415

—7. Cal. Martii, anno Domini 1447. impiã efflauit animam Eugenius Pontifex Rom. Vacat sedes dies 10. Pridie Nonas Martii suffectus est NICOLAVS quintus, qui sedit annos 8. dies 19. Onuph.

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

1448
6 2
E

—29. die Augusti, anno Domini 1448. hora 6. diei, secundo anno Pontificit Nicolai, ECLIPSIS SOLIS facta est. Palm. Mass. Plat. & Cypr. Leouit. Colliguntur sub meridiano Regiomontano ad meridiem 29. diei Augusti hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	5	59	14	25
Anomaliæ Lunæ	0	15	8	50
Latitud. Lunæ	1	27	50	59

5416

Defecit ergo Sol circa 17. gradum ♍ ad digitos 7. iuxta caudam draconis.

—5. Idus Maii, anno Domini 1449. Tertio anno Pontificatus Nicolai 5. abdicauit Felix 4. Papa. Onuph.

—Mense Nouembri Apoplexia extinguitur Amurathes eius nominis secundus Imp. Turcorum, cui successit eius filius MAHOMETHES SECVNDVS eius nominis, Octauus Imp. Turcorum, acerrimus hostis Christiani nominis, qui imperauit annos 32. non integros. Paul. Iou.

1449
7 3
D

5417

—Tertia pars hominum peste absumitur, Chron. Saxon. Eodem hoc anno Papa Nicolaus quintus Romæ Iubileum celebrauit.

1450
8 4
C

5418

—16. Cal. Aprilis, anno Domini 1451. Fridericus eius nominis tertius Imp. Romanorum in Occidente, Romæ coronatus est in Imperatorem & regem Lombardiæ, die 17. Martii. Onuph.

—Paulò ante diem Michaëlis VVilhelmus Iunior dux Brunsuicensis, filius VVilhelmi senioris, captus à comite de VVunstorff, abducitur in arcem VVintzenburg, in qua comes memoratus vendita terra sua hoc tempore aulam habuit. Chron. Sax.

1451
9 5
BA

Pascha.

5419

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Pascha hoc anno incidit in 9. diem Aprilis. Meyer.

—4. Cal. Iunij, hoc est, 29. die Maij, feria secunda Pentecostes, anno Domini 1452. MAHOMETES eius nominis secundus, Imp. Turcorum, expugnauit CONSTANTINOPOLIN, teste Christiano Masseo ex literis Isidori, Cardinalis Rutheni, & Æneæ Syluij. Idem quoq; testatur Christopohrus Richerius Alcarano adiunctus. Cum his consentiunt Paul. Iouius de rebus Turcicis, & Sabellicus Enneadis 10. lib. 6. Alij plerunq; anno Domini 1453. Cōstantinopolin captam esse tradunt, quo anno dies ab autoribus annotatus (qui Constantinopolin captam esse vno ore affirmant, 4. Calen. Iunij) non incidit in feriam secundā Pentecostes, sed in feriam tertiam post Trinitatis. Luce ergo clarius apparet, Constantinopolis expugnationem referendam esse ad annū Domini 1452. Nam & Meyerus ac Drechslerus testantur, 4. Cal. Iunij vrbem captam esse, hoc est, 29. die Maij, post obsidionem dierum quatuor & quinquaginta. Obsidio enim inchoata est Nonis Aprilis.

1452 — 10 — 6 — G — 5420 — *Indictio prima.*

—11. die Decemb. SOL DEFECIT, in 30. gradu ♐, anno Domini 1452. Leouit. Colliguntur sub meridiano Regiomontano, ad octauam horam matutinā hi motus æquales.

	Sex. part.		′	″
Longit. ☽ à ☉	5	55	43	44
Anomaliæ ☽	4	59	40	8
Latitudinis ☽	4	29	14	56

Obscurata igitur est quarta pars diametri Solis in capite draconis, à parte Australi.

1453 — 11 — 7 — F — 5421

CONSTANTINVS PALÆOLOGVS, vltimus Imp. Constantinopolitanus in ipsa porta vel trucidatus, vel collisione multitudinis conculcatus est. Nam in porta reperta sunt octingenta cadauera. Caput Imp. Constantini Palæologi, Mahometes palo affixum in vrbe circumgestari iussit. Coniugem autem eiusdem & filiam, & alias nobiles virgines introductas ad conuiuium, & à Satrapis stupratas postea frustulatim dissecari mandauit. In templis picturæ Christi contumelijs affectæ sunt, & alia infinita crudelitatis exempla edita. Hoc loco & illud obseruatione dignum est: A condita Constantinopoli, quæ anno Christi 332. vndecimo Cal. Maij, hoc est, 21. die Aprilis, à Fl. Constantino Magno dedicata est, ad hanc vltimam vrbis expugnationem, sunt anni Iuliani 1120. & dies 38. Et tot annorum spatio, Constantinopolis fuit arx imperij Orientis, hospitiumq; ecclesiæ, & præcipuarum doctrinarum sedes. Ambitum vrbis fuisse tradunt centum & vndecim stadiorū, hoc est, trium milliarium Germanicorum & dimidij. Eodem anno quo Constantiopolis expugnata est, mortuo Magno Episcopo Hildesheimensi, duce Saxoniæ de Lavvenburg, in eius locum ad Episcopatum Hildesheimensem euectus est BERNHARDVS, dux Luneburgensis, Bernhardi filius, & Magni Catenati nepos, Anno Domini 1452. Chron. Saxon. & Alb. Crancius in Metropoli.

1454 — 12 — 8 — E — 5422

Fridericus dux Brunsuicensis VVilhelmi senioris filius, acie victus ab Archiepiscopo Coloniensi capitur. Ciues Luneburgenses orta seditione prioribus depositis, nouos sibi elegerunt senatores. Chron. Sax.

9. Cal. Aprilis, anno Domini 1455. mortuus est Nicolaus V. Papa. Vacat sedes dies 14. 6. Idus Aprilis eligitur CALIXTVS V. qui sedit annos 3. menses 2. & dies 29. Onuph.

1455 — 13 — 9 — DC — 5423

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

— Cometa per æstatem de nocte apparuit, cum Belgradum obsidione premeretur.

—Idibus Iunij anno Domini 1456. Mahometes Secundus eius nominis, Turcorum Imp. obsidione cinxit Belgradum, estq; obsidio producta in diem quadragesimum sextum. 8. tandem Idus Augusti, cum Iohannem Hunniadem neutiquem viribus parem, sed incredibili alacritate & ardore vrbem propugnantem, continuis & maximè cruentis duorum dierum prælijs exercuisset, Mahometes accepto in pectore sub leua papilla vulnere exanimis concidit, & pro exanimi ex acie à suis elatus, castrisq; ab hostibus exutus, amissis circiter quadraginta millibus hominum & machinis bellicis, fuga vitam conseruauit. Ad huius insperatæ stragis, & fugæ tam turpis atq; ignominiosæ recordationem, vbi redijsset ad se, tanta cum indignatione infremuisse dicitur, vt de morte sibi consciscenda cogitarit. Paul. Iouius de rebus Turc.

1456

14 10 B

5424

— Mense Iunio iterum Cometa visus est, in vicesimo piscium gradu. Peuc.

— 3. die Septembris, anno Domini 1457. facta est ECLIPSIS LVNÆ, cuius medium Iohannes Monteregius obseruauit proxime Viennam Austriæ horis 11. scrup. 6. post meridiem. Montereg. in Torqueto.

1457

15 11 A

CALCV-

5425

Mundi. Christi.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI, QVOD FACTVM EST 3. DIE SEPTEMbris, anno Domini 1457. qui habuit aureum numerum 14. Cyclū Solarem 10. & Literam Dominicalem B.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hunc defectum Lunæ totalem, sunt completi anni Iuliani 1456. menses 8. dies 2. horæ 23. scrup. 58. Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 1457. nocte quæ fuit inter 3. & 4. dies Septembris, duobus scrupulis ante mediam noctem, si ad meridianum Montis regij, inclytæ vrbis Borussiæ calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	Sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	25	52	0	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	39	29	15	
Simplicis solis	2	25	20	20	
Compositi solis	2	51	12	20	
Anomaliæ annuæ Solis	1	14	8	42	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	57	15	36	
Anomaliæ ☽	5	11	35	12	
Latitudinis ☽	1	25	7	54	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	26	38	50	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	56	7	Scrup. proport. 1′ 11″.
Anomalia Solis coæquata	1	17	4	49	
Absoluta æquatio orbis subtrahenda	0	1	48	11	

ERGO ☉ in ♍ part. 20 11′ 0″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	54	31	12	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	30	5	Scrup. proport. 0′ 11″.
Anomalia ☽ coæquata	5	10	5	7	
Absoluta æquatio primi epicycli addēda	0	0	56	44	

ERGO in ♓ part. 20 11′ 30″.

Caput draconis in ♍ part. 24 6′ 52″. Cauda ergo draconis in ♓ part. 24 6′ 52″.

Absuit igitur cauda draconis à Luna part. 3 55′ 22″.

Motus latitudinis Lunæ coæquatus Sex 1 part 26 4′ 38″.
Ergo latitudo Lunæ Borealis decrescens 20′ 30″.
Semidiameter Lunæ 17′ 48″.
Semidiameter vmbræ coæquata 49′ 22″.
Summa vtriusq; semidiametri 67′ 10″.
Ablata latitudine Lunæ, scrupula reliqua de summa duarum semidiametrorum 46′ 40″.
Diameter Lunæ apparens 35′. 36″.


ERGO DIGITI ECLIPTICI 15. Scrup. 42.

Differentia scrupulorum vtriusq; semidiametri Lunæ & vmbræ 31′. 34″.
Scrupula moræ dimidiatæ 24.
Scrupula autem incidentiæ & moræ dimidiatæ simul 64.
Motus horarius ☽ à Sole 35′ 3″
Durauit ergo dimidia mora 41. scrup. vnius horæ, integra autem mora horam vnam & scrupula 22.
Dimidius defectus durauit horam vnam scrup. 50. Integer autem defectus horas 3. scrup. 40.
Latitudo Lunæ in initio Eclipsis Borealis decrescens 26′ 28″
Latitudo Lunæ in fine Eclipsis itidem Borealis decrescens 14′ 33″

Ascensio recta veri loci Solis temp. 170 58′ 52″
Æquatio temporis propter inæqualitatem dierum naturalium addenda 7. Scrup.

 Prop-

Propter diuersitatem meridianorũ Viennæ in Austria iterũ auferenda 29. scrup. vnius horæ. Ergo Calculus Prutenicus hanc Eclipsin Viennæ in Austria conspectam esse refert, scrupulis 36. post vndecimam horam vespertinam. Subijcio nunc picturam.



Hanc Eclipsin secutum est bellum ciuile in terra Luneburgensi, inter VVilhelmum Seniorem ducem Brunsuicensem & Bernhardum, gubernatorem terræ Luneburgensis, qui eodem tempore erat administrator Ecclesiæ Hildesheimensis. Superstes adhuc erat Fridericus dux Luneburgensis, huius Bernhardi pater, sed filius gubernator erat pro patre. Bellum hoc inde originem traxit, quod oppidani Luneburgenses ære alieno grauati, detraxerunt prælatis in solutione salinarium. Ergo ex mandato Pontificis Romani, Prælati requisierunt auxilium VVilhelmi Senioris ducis Brunsuicensis, cui se opposuerunt Bernhardus administrator Ecclesiæ Hildesheimensis, & Iohannes Verdensis Episcopus. Chron. Saxon. & Alb. Crantz.

Mundi.	Christi. Cyclus ☽ Cyclus ☉	
		Prior VVilhelmus Senior dux Brunsuicensis, hostilem exercitum duxit in diocesim Verdensem. Bernhardus è contra dux Luneburgensis, & Iohannes Verdensis Episcopus retulere arma in terram Brunsuicensem inter Leynam & montana Destriæ, ferro flammisq; exciderunt nouam ciuitatem iuxta HONOVER, & aliquot pagos. Intercepta deniq; res ad concordiam peruenit. Chron. Sax. Alb. Crantz.
5426	1458 16 12 G	4. Non. Augusti, anno Domini 1458. mortuus est Calixtus V. Pontifex Max. Romanorum, vacat sedes dies 17. Successit Calendis Septembris PIVS secundus, qui sedit annos 5. menses vndecim, dies 26. Onuph.

22. die

Cyclus ☽ Cyclus ☉

22. die Martii natus est MAXIMILIANVS Imperatoris Friderici tertii, & Leonoræ Portugalensis Reginæ filius, in Austriæ vrbe Neapoli, anno Christi 1459. horis 4. & minutis 13. post meridiem. Paul. Eberus in Calendario historico. Sed Onuphrius habet 12. Cal. Aprilis, hoc est 21. Martii.

BERNHARDVS administrator Ecclesiæ Hildesheimensis, Episcopatum eiusdem Ecclesiæ concessit ERNESTO comiti de Schovvenburg, & duxit vxorem Mechtildin Ernesti memorati sororē, successitq; Friderico patri, in ducatu Luneburgensi. Chron. Saxon.

1459

17 11 FE

Pestilentia hoc anno Saxoniam & vicinas regiones miserè afflixit, Chrō. Sax. Dominica Palmarum Henricus VI. Angliæ rex, in Eboracensi agro magna strage Cæsus, & regno pulsus, ab Eduardo Marchiæ comite, in Scotiam fugit. Georg. Lil.

5427

ECLIPSIS LVNÆ facta est, nocte quæ sequebatur tertium diem Iulii anno Christi 1460. cuius medium Viennæ in Austria obseruatum est horis 8. scrup. 13. post meridiem. Iohan. Montereg. in Torqueto. Colliguntur ad meridianum Montis regii in Borussia hora 8. vespertina, hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	3	0	28	42
Anomaliæ Lunæ	0	18	37	14
Latitudinis Lunæ	1	20	5	34

Defecit ergo Luna ab austro ad digitos fermè 3. iuxta caudā draconis, in dodecatemorio ♈.

1460

18 14 D

11. Cal. Augusti, anno Domini 1460. cum essent feriæ Mariæ Magdalenæ, obiit Carolus VII. rex Franc. Cui successit filius LVDOVICVS XI. qui regnauit annis 23. & coronatus est festo assumpt. Mariæ, 15. die Augusti. Meyer. & Onuph.

5428

27. die Decembris anno Domini. 1460. facta est ECLIPSIS LVNÆ totalis cuius medium factum est Viennæ in Austria 16. minutis post mediam noctem Montereg. in Torqueto. Colliguntur ad meridianum Mōtis regii in Borussia hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	3	0	26	21
Anomaliæ Lunæ	2	53	18	0
Latitud. Lunæ.	4	25	53	34

Defecit ergo tota Luna in ♋ iuxta caput draconis, nocte media inter 27. & 27. dies Decembris

1461

19 15 C

22. die Iunij anno Domini 1461. facta est ECLIPSIS LVNÆ, hora vna scrup. 21. post mediam noctem, Viennæ in Austria Montereg. in Torqueto. Colliguntur sub meridiano Regiomontano in Borussia, hora vna post mediam noctem, quæ fuit inter 22, & 23. diem Iunij hi motus æquales.

5429

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	2	58	32	35
Anomaliæ Lunæ	5	26	20	48
Latitudinis Lunæ	1	28	4	18

Defecit ergo Tota Luna in cauda draconis, & in dodecatemorio ♑. Et paulò pòst EDVARDVS VI. Marchiæ Comes, RICHARDI Eboracensis ducis filius, coronatur XXXV. rex Anglorum 3. Cal. Iulij, anno Domini 1461. & regnauit annos 23. Hic ab Albæ Rosæ genere, & à Leonello Eduardi tertij, regis Angliæ filio, recta linea descendit. Georg. Lil.

1462

1 16 B

11. die Iunij completo, & horis 2. scrup. 40. fuit medium ECLIPSIS LVNARIS per coniecturam tamen sumptum, Cum ex tabulis debuisset contingere horis 3. scrup. 15. Putabantur Eclipsari ferè digiti 7. cū ex tabulis 6. digiti 34 scrup. debuissent. Obseruatum Viterbij à Iohanne Montereg. Colliguntur sub meridiano Montis regij in Borussia, horis 3. post mediam noctem, quæ fuit inter 11. & 12. dies Iunij, hi motus æquales.

5430

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	2	55	5	11
Anomaliæ Lunæ	4	32	26	21
Latitud. Lunæ	1	32	19	50

Mundi. Christi.

Defecit ergo Luna vltra septemb. digitos, iuxta caudam draconis, in fine ♐.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Otto monoculus dux Gottingensis moritur. Succedunt FRIDERICVS & VVILHELMVS Iunior, filii VVilhelmi senioris, ducis Brunsuicensis, Chron. Saxon.

1463
2 17 AG
5431

7. die Septembris obiit FRIDERICus secundus Dux Saxoniæ Elector, cui successit filius ERNESTVS.

—Bernhardus Dux Luneburgensis obiit, cui successit OTTO eius frater. Chron. Saxon.

—19. Cal. Septemb. anno Domini 1464. efflauit animam Pius Secund9 Papa. Vacauit sedes dies 16. Successit pridie Cal. Septemb. PAVLVS Secundus, qui sedit annos 6. menses 10. dies 29. Onuph.

1464
3 18 F
5432

—Circa S. Magni diem, hoc est 6. die Septembris, anno Domini 1465 sanguis de cœlo per pluuiam delapsus est in arcem Calenberg. Chron. Saxon.

1465
4 19 E
5433

—Horribile bellum exarsit inter Fridericum VVilhelmi Senioris, ducis Brunsuicensis filium, & ciuitates Saxoniæ, quas Hense vocant.

1466
5 20 D
5434

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Anno Domini 1467. die S. Michaëlis, Otto dux Luneburgensis nuptias celebrauit Zellæ, cum Anna comitis de Nassaue filia. Chron. Sax.

1467
6 21 CB
5435

Indictio prima.

—Bellum Marchionis Brandenburgensis in Pomerania. Chron. Saxon.

—Hoc anno Domini 1468. in puerperio extincta est Mechdildis filia comitis de Schovvenburg, secunda vxor Vilhelmi senioris ducis Brunsuicensis, sepulta Brunsuigæ die Mariæ Magdalenæ, paruulus filius Otto, matrem mox subsecutus est. Chron. Saxon. Fridericus Imperator Romam proficiscitur religionis causa, & honorificè à papa excipitur.

1468
7 22 A
5436

1469
8 23 G
5437

—16. die Februarii, anno Domini 1470. nascitur ERICVS SENIOR dux Brunsuicensis & Luneburgensis, in arce Neapoli, patre VVilhelmo Iuniore, matre Elisabetha Henrici comitis de Stolberg & VVarnigrode sorore Iustin. Göbler.

8. die Ianuarii, qui fuit dies Martis è vita decessit OTTO dux Luneburgensis, cui iterum successit eius pater FRIDERICVS annis 7. 21. die

1470
9 24 F
5438

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

—21. die Maij, anno Domini 1471. minutis 20. post 10. ante meridianam, nascitur AEBERTVS DVRERVS præstantissimus pictor.

—2. die Iunij anno Domini 1471. ECLIPSIS LVNÆ obseruata est Strigonij à Iohanne Monteregio in Torqueto. Colliguntur sub meridiano Regiomontano in Borussia, nocte media inter 2. & 3. dies Iunij hi motus æquales.

1471 — 10 | 25 — ED — 5439

	Sex. part.	°	′	″
Longit. Lunæ	2	54	49	50
Anomaliæ Lunæ	4	17	49	18
Latitud. Lunæ	4	16	29	6

Defecit ergo dimidia pars diametri Lunæ à Septentrione iuxta caput draconis in [nodum].

5. Calend. Augusti, anno Domini 1471. mortuus est Paulus 3. Papa. Vacat sedes dies 11. Electus est 5. Idus Augusti XIXTVS IIII. qui sedit annos 13. dies 5. Onuph.

Cometa horrendæ magnitudinis visus est circa diem sanctæ Agnetis, qui arsit hebdomades 4. Chron. Saxon. Hic eluxit sub libra.

—Horribile bellum hoc tempore gestum in Episcopatu Hildesheimensi, cum in schismate duo creati essent Episcopi, Henningus de domo nobilis, & Balthasar dux Megapolensis. Durauit hoc bellum integrum triennium ferè. A partibus Henningi de domo fuerunt, VVilhelmus senior eiusq; filius Fridericus, duces Brunsuicenses. Chron. Saxon.

1472 — 11 | 26 — C — 5440

—Æstate ob siccitatem & æstum nimium syluæ incensæ sunt, & flumina siccata, ita vt Danubius in Vngaria fierat meabilis. Chron. Saxon. Eodem hoc anno Fridericus 3. Imp. & Carolus Burgundus conuenere in Treuerim, de rebus magnis acturi. Crantz. in Saxonia.

1473 — 12 | 27 — B — 5441

—Die S. Nicolai obijt Henricus Mansuetus dux Brunsuicensis, cui successit eius frater VVILHELMVS SENIOR dux septem pugnarum. Chron. Saxon. FRIDERICVS & VVILHELMVS IVNIOR, filij VVilhelmi senioris, cum pater arcem VVulffenbuttel cum subiecta terra occupasset, facta diuisione, sunt gubernatores à patre constituti, Fridericus inter Leynam & montana Destriæ, VVilhelmus autem in terra Gottingensi. Chron. Sax.

—Hoc anno finitum est bellum Hildesheimense, & facta pace Balthasar dux Megapolensis resignauit, Henningus autem de domo Episcopatum obtinuit. Chron. Saxon.

1474 — 13 | 28 — A — 5442

—Die 12. Febru. pax firmata est inter Ladislaum Bohemiæ & Matthiam Hunniadem Vngariæ reges.

Carolus

Mundi. | Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Carolus dux Burgundiæ, ex consilio Friderici 3. Imp. Soluit obsidionem Vrbis Nusiæ. Chron. Sax.

—ALBERTVS dux Brunsuicensis, in terra Grubenhagensi successit patri Erico.

1475

14 1 GF

5443

—25. die Februarij, anno Domini 1476. facta est magna ECLIPSIS SOLIS in 16. gradu ♓. Leonit. Et paulò pòst hanc Eclipsin CAROLVS DVX BVRGVNDIÆ ad Gransen fugatus ab Heluetiis 2. die Martii, amissis castris & præda æstimata 30. Auri Tonnarum precio, ægrè euasit, cum paulò antè capto oppido Gransen, ex arboribus suspendisset quingentos præsidiarios in oppido inuentos. Et paulò pòst eodem hoc anno 22. die Iunij ad Moratum oppidum, in confinio Allobrogum idem Carolus Burgundus denuo ab Heluetiis acie victus est.

1476

15 2 E

5444

—Pridie Epiphanias Domini, anno 1477. Carolus dux Burgundiæ, Caroli V. Imp. proauus ad Nanseium à Renato Lotharingiæ duce, & ab Heluetiis circumuentus ac trucidatus, interijt cum duobus fratribus nothis, Anthonio & Balduino, & pluribus aliis præstantibus ducibus. Cadauer Caroli Burgundi, vix tandem inter trucidatos inueniri potuit. Arsit eodem hoc tempore horribilis cometa, cæruleo pallore subniger.

1477

16 3 D

5445

—Anno Domini 1478. obijt Fridericus dux Luneburgensis, cui successit HENRICVS IVNIOR, ex filio Ottone nepos. Chron. Saxon.

—29. die Iulii, anno Domini 1478. fuit ECLIPSIS SOLIS, cuius initium contigit Norinbergæ hora post meridiem prima, Ioh. Montereg. in Torqueto. Colliguntur sub meridiano Regiomontano in Borussia ad horam tertiam pomeridianam hi motus æquales.

	Sex.	part.	′	″
Longit. Lunæ à Sole	5	56	52	24
Anomaliæ Lunæ	3	24	47	18
Latitud. Lunæ	4	33	2	38

1478

17 4 C

5446

Defecit ☉ vltra tertiam partem diametri ab austro, in ☊, iuxta caput draconis.

Turci

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Turci totam Carinthiam vastarunt. Chron. Polon.

—11. die Maij, anno Domini 1479. ciues Eimbeccenses cæsi sunt à VVilhelmo iuniore duce Brunsuicense, eiusq; filio Henrico seniore, qui hoc tempore fuerunt gubernatores terræ Gottingensis. Chron. Sax.

—Mahometes 2. Imp. Turcorum, Mesiten purpuratum è gente Palæologa, misit ad oppugnandum Rhodum valida classe. Paul. Iou.

1479

18 5 BA

5447

—Turci frustra Rhodum oppugnant. Palm.

—VVilhelmus senior dux Brunsuicensis publicum iudicium habuit Brūsuigæ in arce, anno Domini 1480. Chron. Saxon.

—Vltimo die Augusti. anno Domini 1480. Acomathes Bassa Mahometis 2. Imperatoris Turc. HYDRVNTEM Callabriæ oppidum maritimum expugnauit, tantumq; terrorem Italiæ inuexit, vt Pontifex rerum aliarum omnium oblitus, sed sui memor, fugam ex vrbe Roma adornarit. Palm.

1480

19 6 G

5448

—5. Nonas Maij, anno Domini 1481. Mahometes eius nominis Secundus, Imp. Turcorum mortuus est, cui successit BAIAZETES Secundus, Mahometis prædicti filius, qui imperauit annis 31. Paul. Iou.

—Gemes qui & Zizimus nominatur, incitantibus eum amicis, fratri Baiazeti de imperio Turcico bellum mouet. Paul. Iou. & Palm.

1481

1 7 F

5449

—2. die Martii, Maria Maximiliani coniunx in Venando, equo lapsa moritur, quinto anno post patris sui interitum.

—17. die Maij, anno Domini 1482. ECLIPSIS SOLIS vesperi facta est 6. gradu ♊. Leouit.

—Anno Domini 1482. die S. Iacobi obijt VVILHELMVS SENIOR dux Brunsuicensis, dictus dux septem pugnarum. Sepultus est Brunsuigæ in templo arcis. Successerunt illi in terra Brunsuicensi duo eius filij, VVILHELMVS IVNIOR & FRIDERICVS. Chron. Sax.

5. Idus Aprilis, obijt Eduardus IIII. Angliæ rex cui successit filius EDVARDVS V. mens. 2. Hic occisus est cum fratre Richardo, 9. Cal. Iulij, à patruo Richardo, qui pridie Nonas Iulij VVestmonasterij regiam coronam sumsit. Facta hæc sunt anno Domini 1483.

1482

2 8 E

5450

Bernhar-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

dictio prima.

—Bernhardus de Breitenbach vir nobilis, cum Iohanne Comite de Solms, & multis aliis nobilibus, proficiſcitur in terram ſanctam.

—RICHARDVS III. Angliæ Rex annis 2. Lil.

—3. Cal. Septembris, anno Domini 1483. è vita deceſsit Ludouicus XI. Rex Francorum. Succeſsit eius filius CAROLVS VIII. qui regnauit annos 14. Onuph.

—Pridiæ Martini, hoc eſt, 10. die Nouembris, anno Domini 1483. in oppido Cheruſcorum Iſlebia natus eſt DOCTOR MARTINVS LVTHERVS, ex honeſtis parentibus, Iohanne Luthero & Margarita. Paul. Eberus in Calendario ſcribit, eum natum eſſe hora vndecima veſpertina, nocte quæ fuit inter 10. & 11. dies Nouembris.

1483

3 9 DC

5451

—Menſe Iunio, anno Domini 1484. coronatus eſt Carolus VIII. rex Francorum. Maſs.

—Idibus Auguſti obiit Xixſtus 4. Papa. vacauit ſedes dies 15. Electus eſt 4. Cal. Septembris INNOCENTIVS VIII. qui ſedit ſub Friderico 3. Imperatore annos 7. menſes 10. dies 27. Onuph. Horribilis peſtilentia eodem hoc anno Germaniam afflixit. Vide Chron. Saxon.

1484

4 10 B

5452

—16. die Martii, anno Domini 1485. facta eſt ECLIPSIS SOLIS, cuius medium fuit, Norinbergæ poſt meridiem horis 4. ſcrup. 27. Defecit Sol ad vndecim digitos, ſicut Bern. VValt. obſeruauit. Colliguntur ſub meridiano Regiomontano in Boruſsia hora 4. poſt meridiem hi motus æ-

	Sex.	part.	′	″
Long. Lunæ à Sole	0	3	22	21
Anomaliæ Lunæ	2	48	43	20
Latitud. Lunæ	4	35	4	48

—HENRICVS VII. victo & occiſo Richardo 3. pridie Cal. Nouemb. coronatur in regem Angliæ vt regnat annos 24. Hic fuit Richemondiæ comes, & gener Eduardi 4. regis, Eſtq; XXXIX. rex Anglorum.

1485

5 11 A

5453

—14. Cal. Martii, anno Domini 1486. Aquiſgrani in regem Romanum electus eſt MAXIMILIANVS, procurante patre Friderico tertio Imperatore, & regnauit cum patre annos 7. menſes 6. dies 4. Coronatus eſt ibidem 7. Cal. Martii. Onuph.

—FRIDERICVS III. Dux Saxoniæ Elector ſucceſsit patri 26. die Auguſti.

—HENRICVS SENIOR dux Brunſuicenſis VVilhelmi Iunioris filius, hoc anno nuptias celebrauit cum Margarita Erici ducis Pomeraniæ filia, & paulò pòſt per aliquot dies fruſtra oppugnauit Hannoueram. Eodem hoc anno obiit Albertus dux Brunſuicenſis, cui ſucceſsit filius PHILIPPVS in terra Grubenhagenſi. Chron. Saxon.

—8. die Februarii, anno Domini 1487. facta eſt ECLIPSIS LVNÆ cuius medium Norinbergæ contigit manè, horis 3. ſcrup. 40. poſt mediam noctem

1486

6 12 G

5454

Mundi. Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

noctem Bern. VValt. obseruauit. Eodemq; mense in Bacchanalibus Margareta Henrici Iunioris ducis Luneburgensis sponsa, Ernesti Electoris Saxoniæ filia Brunsuigam transuecta est duobus aureis curribus, & nuptiæ maximo apparatu & splendida pompa Zellæ celebratæ sunt. Chron. Saxon.

1487

7 13 FE

Maximilianus Rex Romanorum Brugis capitur. Crantz.

5455

ERICVS SENIOR dux Brunsuicensis annos natus 18. cum multis nobilibus proficiscitur in terram sanctam. Iustin. Goblerus.

Maximilianus Rex Romanorum aduentantibus copiis paternis liberatur.

1488

8 14 D

5456

Ericus senior dux Brunsuicensis adolescens 19. annorum rediens ex terra sancta Romam quoq; inuisit. Iustin. Gobl.

Die Martini, hoc est, 11. die Nouembris, anno Domini 1489. natus est HENRICVS IVNIOR dux Brunsuicensis, Ducis Iulii pater, circa nonam minutam post sextam horam matutinam, patre Henrico Seniore & matre Margarita Erici ducis Pomeraniæ filia.

1489

9 15 C

5457

5. die Aprilis, anno Domini 1490. Matthias Hunniades rex Vngariæ moritur Apoplexia Viennæ in Austria, die Palmarum. Sigismundus Austriæ dux Maximiliano regi Romanorum comitatum Tyrolis permisit.

Maximilianus in Vngariam exercitum duxit Vbi Iohannes Dux Saxoniæ in oppugnatione Albæ regalis inter primos mœnia conscendit.

Anno Domini 1490. die sancti Chrysogoni, hoc est 24. die Nouembris ante lucem, Henricus senior dux Brunsuicensis occisis nouem custodibus, in specula HANNOVERAM per insidias capere destinauerat, sed oppidanorum quidam, cognomento Burgentreich, prima luce vrbem ingressurus, cum in hortis videret latitantes milites clara voce clamauit, ne portarius panderet vrbem, ignotos enim hostes adesse. Ita tunc temporis HANNOVERA diuinitus conseruata est. Crantz. & Chron. Saxon.

1490

10 16 B

5458

ERICVS

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—ERICVS SENIOR dux Brunsuicensis annos natus 21. confert se in aulam Maximiliani regis Romanorum. Iustin. Goblerus.

1491
11 17
A G

5459

—Henricus dux Brunsuicensis, eius nominis senior, ducis Iulii auus, Brunsuigam obsidione premit. Chron. Saxon.

—8. Cal. Augusti, anno Domini 1492. extinctus est Innocentius 8. Papa vacauit sedes dies 22. & creatus est 3. Idus Aug. ALEXANDER VI. qui sedit annos 11. dies 8. Onuph.

1492
12 18
F

—Henricus senior dux Brunsuicensis hybernat in monasterio Rittershausen, sperans se vrbem Brunsuigam fame expugnaturum.

5460

—ERICVS SENIOR dux Brunsuicensis à Maximiliano rege Romanorum in Croatium missus, anno ætatis suæ 24. Turcos vicit memorabili pugna. Iustin. Gobler.

—14. Cal. Septemb. anno Domini 1493. mortuus est FRIDERICVS III. Imp. cui successit filius MAXIMILIANVS eius nominis primus, qui Imperauit annos 25. menses 4. dies 25. Onuph.

1493
13 19
E

5461

—16. die Martii Maximilianus Imp. in vrbe Insprug nuptias celebrauit cũ Blanca Maria, Galeacii Mediolanensis ducis filia.

—23. die Maii, anno Domini 1494. die natali suo obiit Hermolaus Barbarus venetus, Patriarcha Aquileiensis, de bonis literis optimè meritus, ætatis suæ anno 41. Paul. Eber. Eodem hoc anno Carolus eius nominis Octauus Francorum rex, exercitum per Italiam in Apuliam duxit. Chron. Bauar.

1494
14 20
D

5462

Carolus

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Carolus 8. Francorum rex subacto regno Neopolitano, in reditu à Mediolaniensibus bello impeditur, interim Neopolitani ab eo iterum deficiunt, & Ferdinandum Hispaniæ regem recipiunt. Vide Iohannem Iouianum Pontanum. Eodem hoc anno natus est Otto dux Luneburgensis, qui in arce Harborg aulã habuit, frater ducis Ernesti. EBERHARDVS quoq; comes VVirtebergensis eodem anno Domini 1495. in cõuentu VVormaciensi, 21. die Iunii à Maximiliano Imperatore dux creatus est. Paul. Eber.

1495
15 21
CB

1463

—Cal. Nouemb. anno Domini 1496. obiit Cracouiæ Philippus Calimachus Florentinus, Poëta laureatus.

1496
16 22
A

1464

—16. die Februarii, anno Domini 1497. minutis 6. post horam septimam pomeridianam, natus est PHILIPPVS MELANTHON, in oppido Palatinatus Bretta. Paul. Eber.

—29. die Iulii, anno Domini 1497. fuit ECLIPSIS SOLIS, cuius finis Norinbergæ obseruata est horis 3. scrup. 24. post meridiem à Bernar Valt. Turci interim Stiriam & Carinthiam populati sunt. Paul. Iou.

1497
17 23
G

—7. Idus Aprilis, anno Domini 1498. obiit Carolus 8. rex Francorum, die Sabbati ante festum Palmarum, paulò post prandium. Succesit LVDOVICVS VALESIVS eius nominis duodecimus, qui in Francia regnauit annis 17. Onuph. Massæus & Iohan. Til.

1465

Indictio prima.

—23. die Maii HIERONIMVS SAVANOROLA Ferrariensis, Florentiæ laqueo suffocatur & postea crematur ERNESTVS dux Luneburgensis natus est anno Domini 1498.

1498
18 24
F

Bellum

1466

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Bellum hoc anno Maximilianus Imperator cum Heluetiis gessit vario euentu, octies enim collatis signis dimicatum est, maiore tamen Maximiliani quam hostium clade. Paul. Iou. Caspar. Peuc.

10. Cal. Octobris, eodem hoc anno 1499. bellum hoc funestum, quod viginti millia hominum absumpserat, tandem compositum est Basileæ.

1499

19 25 ED

5467

6. Cal. Martii, hoc est, 24. die Februarii, anno Domini 1500. die S. Matthiæ Apostoli, besse vnius horæ post tertiam matutinam, natus est in Flandriæ oppido Gandauo CAROLVS QVINTVS Imp. Philippi regis Hispaniarum filius. Paul. Eber.

*≡ Cometes in Septentrione sub dodecatemorio capricorni apparuit.

Anno Domini 1500. post Nonas Nouemb. horis 2. post mediam noctem, LVNA DEFECIT ad 10. digitos à parte Boreali. Distabat Luna à nodo ascendente gr. 5. min. 39. sicut obseruauit Nicolaus Copernicus.

1500

1 26 C

5468

Cruces hoc anno in Vestibus apparuerunt, designantes horribilem pestem, quæ paulò pòst secuta est.

Tempore autumni Henricus senior dux Brunsuicensis, frustra in Frisiam exercitum duxit.

24. die Septembris anno Domini 1501. besse horæ post sextam pomeridianam, nascitur HIERONYMVS CARDANVS Mediolanensis, Medicus & Mathematicus excellens. Paul. Eber.

1501

2 27 B

Maxima pestilentia orbem terrarum inuasit, in corporibus morientium visæ sunt cruces.

5469

10. die Aprilis, anno Domini 1502. horis 10. & scrup. 33. post meridiem natus est OTTO HENRICVS Palatinus, Rheni Elector, Ruperti filius. Eodemq; anno & mense, videlicet 25. die Aprilis, dimidia hora post primam pomeridianam, Norbergæ nascitur GEORGIVS MAIOR sacræ Theologiæ Doctor & professor in inclyta academia VVitebergensi. Paul. Eber.

Anno Domini 1502. ACADEMIA VVITEBERGENSIS die 18. Octobris liberalitate Friderici ducis Saxoniæ Electoris introducta est celebri pompa, fuitq; primus Rector Academiæ Martinus Polich Francus, natus in oppido Mullerstad, artium & medicinæ Doctor. Paul. Eber.

1502

3 28 A

5470

10. die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—10. die Martij anno Domini 1503. hora 10. & dodrante post meridiem, Modinæ in Castiliæ regno, natus est FERDINANDVS Romanorum, Vngariæ & Bohemiæ rex, qui postea fratri Carolo V. in Imperio successit. Paul. Eber.

—Vltimo die Iunij, anno Domini 1503. dimidia hora post 6. pomeridianam natus est IOHANNES FRIDERICVS Dux Saxoniæ Elector, filius Iohannis Electoris. Paul. Eber.

—Hoc anno è vita decessit VVILHELMVS Iunior dux Brunsuicensis, & sepultus est in oppido Munden.

—15. Cal. Septembris, anno Domin 1503. Veneno extinctus est Alexander Sextus Papa. Vacat sedes mensem vnum & dies 14. Succedit 10. Cal. Octobris PIVS III. qui sedit dies. 26. & obijt 15. Cal. Nouemb. Vacauit sedes dies 24. Electus est 4. Idus Nouembris IVLIVS SECVNDVS, qui imperante Maximiliano sedit annos 9. menses 3. dies 12. Onuph.

1503

4 1 GF

—Secundo die Ianuarij anno Domini 1504. Lipsiæ nascitur CASPARVS CRVCIGERVS sacræ Theologiæ Doctor, hora vna post mediam noctem.

5471 —Prima die Martij, anno Domini 1504. LVNÆ ECLIPSIS facta est, cuius finis Norinbergæ contigit post mediam noctem horis 2. Scrup. 12. Bern. VValt. Huius deliquij calculum & picturam subijcio.

—Eodem hoc anno Domini 1504. gestum est Bauaricum bellum, inter Rupertum Palatinum & Albertum Bauariæ ducem. Bohemi in auxilium Ruperto Palatino venientes, à Maximiliano Imperatore acerrimo prælio victi sunt ad Ratisbonam. Casp. Peucer. Eodem hoc anno die Iohannis Baptistæ natus est M. IOHANNES MATHESIVS Rochliciensis, qui diu scholæ primùm, deinde Ecclesiæ Vallensi fideliter præfuit. Paul. Eber.

—15. die Nouembris, anno Domini 1504. Philippus Landgrauius Hassiæ nascitur, non procul à castris patris VVilhelmi, obsidentis tunc oppidum Palatinatus appellatum Caub. in bello Bauarico, dodrante horæ post quintam matutinam. Paul. Eber.

1504

5 2 E

5472

CAL-

Mundi. Christi.

CALCVLVS PLENILVNII ECLIPTICI QVOD FACTVM EST NOCTE QVÆ *praecesit primum diem Martij, anno Domini 1504. Qui habuit aureum numerum 4. Cyclum Solarem 1. Literas Dominicales G. F.*

Ab initio annorum Domini, ad hunc defectum Lunæ totalem, sunt completi, anni Iuliani 1503. menses 2. hora post mediam noctem, quæ præcesit primum diem Martij vna scrup. 25. sub meridiano Montis regij, inclytæ vrbis Borussiæ.

Facta igitur est hæc eclipsis anno Christi 1504. nocte quæ fuit inter vltimū diem Februarij & primum Martij, post mediam noctem hora vna scrup. 25. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales, sub eodem meridiano Regiomontano in Borussia.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	26	30	57	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	44	21	52	
Solis simplicis	5	21	1	32	
Solis compositi	5	47	32	28	
Anomaliæ annuæ Solis	4	9	30	6	
Longitudinis Lunæ à Sole	2	56	53	51	
Anomaliæ ☽	4	35	47	35	
Latitudinis ☽	1	20	17	12	
Ergo Præcesio vera æquinoctij	0	27	7	59	
Æquatio centri Solis addenda	0	2	16	1	Scrup. proport. 1′ 17″.
Anomalia Solis coæquata	4	11	46	7	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	46	48	

ERGO ☉ in ♓ 19 part. 56′ 19″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	53	47	2	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	42	7	Scrup. proport. 0′ 14″.
Anomalia ☽ coæquata	4	34	5	28	
Absoluta æquatio primi epicycli addēda	0	4	53	18	

ERGO ☽ in ♍ 19 part. 56′. 20″.

Caput draconis in ♓ 24 part. 45′. 50″. Cauda ergo draconis in ♍ 24 part. 45′. 50″.

Abfuit igitur cauda draconis à Luna 4 part. 49′. 30″.

Motus latitudinis ☽ coæquatus 1 sex. 25 part. 10′ 30″.

Ergo latitudo Lunæ Borealis decrescens 25′ 13″.

Semidiameter Lunæ 16′ 8″.

Semidiameter vmbræ coæquata 43′ 23″.

Summa vtriusq; Semidiametri, Lunæ & vmbræ 59′ 31″.

Ablata latitudine Lunæ scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorum 34′. 18″.

Diameter Lunæ apparens 32′ 16″.

ERGO DIGITI ECLIPTICI 12. Scrup. 34.

Differentia scrupulorum vtriusque Semidiametri 27′. 15″.

Ergo scrupula moræ dimidiatæ 10.

Scrupula autem incidentiæ & moræ dimidiatæ simul. 53″.


Motus horarius Lunæ à Sole 29′ 52″.

Durauit ergo dimidia mora Lunæ in vmbra scrup. 20. Vnius horæ, integra autem mora scrup. 40.

Dimi-

Dimidius defectus durauit horam vnam scrup. 46. Integer autem defectus horas 3. scrup. 32.
Latitudo Lunæ in initio eclipsis Borealis decrescens 30′ 11″.
Latitudo Lunæ in fine eclipsis itidem Borealis decrescens 20′ 14″.
Veri loci Solis ascensio recta 350. 45′. 25″.
Ergo propter inæqualitatem dierum naturalium à tempore æquali auferenda sunt scrup. 5.
Et propter diuersitatem meridianorum Norinbergæ subtrahenda sunt scrup. 54.
Visa igitur est hæc eclipsis Norinbergæ post mediam noctem scrup. 26. & finita est ibidem scrup. 12. post secundam horam matutinam.

Subiicio nunc picturam.



ERICI SENIORIS DVCIS BRVNSVICENSIS & Luneburgensis celebre factum.

PRæcedentem eclipsin Lunæ totalem, bellum Bauaricum secutum est, quod vno eodemq; hoc anno cæptum & confectum est. Causa belli inde extitit: Philippus Palatinus Rheni, Septemuir Sacri Romani Imperii, Ruperto filio suo conciliarat nuptias Elisabethæ, filiæ Georgii Bauariæ Ducis, qui dotis loco Ruperto genero legauit, præter auri argentiq; vim omnem & supellectilem planè regiam, eam etiam Bauariæ partem, quam ex hæreditate tenebat. Id ægrè ferens Albertus Bauariæ Dux, cui Cunegundis Imperatoris Maximiliani soror matrimonio iuncta erat, totam hanc rem Imperatoris submisit iudicio, qui testamentum hoc, eò quod in Imperii leges & iura feudorum peccaret, & factum esset in fraudem Alberti Bauari, non voluit ratum esse. Tandem post mortem Ducis Georgii, Ruperto Palatino ex testamento hæreditatem adeunte, & recusante conditiones pacis ab Imperatore oblatas, funestum exarsit bellum. Maximilianus enim edita proscriptionis formula in Philippum Septemuirum, eiusq; filium Rupertum Palatinum, totius Imperii viribus eos oppugnat. Cumq; Bohemi in auxilium venirent Ruperto, Maximilianus se illis cum infesto exercitu obiecit ad Ratisbonam Bauariæ vrbem. Pugnatum est acriter atq; diu per aliquot horas marte dubio, Ruperto Bohemicis auxiliis confiso pertinacissimè pugnam vrgente, aciemq; sicubi solueretur aut fathisceret reficiente. In hoc prælio egregiam Imperatori Maximiliano præstitit operam illustrissimus princeps ERICVS senior dux Brunsuicensis & Luneburgensis, de

latere Imperatoris nunquam decedens. Mirum est quanta virtute & alaeritate hi duo heroes in hostem pugnarint. Ad extremum Imperator Maximilianus claua ferrea in ceruice percussus est, nescio à quo improbo, tanto impetu, vt equus vehens Imperatorem, in cadaueribus interfectorum amplius consistere nequiret, sed in priora prolapsus genua, sessorem fermè excusserit. Ibi illustrissimus noster ERICVS caballum quo vehebatur in tanta celeritate dextra manu regens, sinistra galeam Imperatoris apprehendit, eumque iam toto corpore nutantem, quantis potuit viribus in equum reposuit. Dum hæc geruntur, illustrissimus noster ERICVS, cum in tanto labore se totum hostibus nudaret, & scuto ac armis se defendere non posset, duo reportauit vulnera lethalia: Primum à tergo, haud procul à natibus, vbi hasta præacuta transfixus est: Alterum à latere sub brachio sinistro, vbi bombardæ ictu vehementissimo lethaliter vulneratus est, non procul à corde. Globus illustrissimo heroi quoad vixit sub brachio & mamilla sinistra hæsit. Ita generosissimus noster princeps ERICVS tanquam fidus Achates, sanguinem suum, imò vitam pro incolumitate Imperatoris sui profundere non recusauit. O res fortiter & præclarè gesta, & digna certè quæ posteris commendetur, vt alij quoque principes tanti ducis vestigiis insistant, qui de gloria nomen adeptus, omnem sibi laudem ac gloriam in virtute ac fidelitate positam esse credidit. Agebat tunc temporis cùm magnum ac potentissimū Maximilianum è vita periculo liberaret, annum ætatis 35. & saucius ac pro semimortuo quidem, iussu Imperatoris ex acie in castra relatus est. Maximilianus autem virtute Ducis ERICI pugnæ restitutus, tanto ardore, tantaque vehementia in hostem pugnauit, vt non sine magni sui nominis gloria egregiam reportauerit victoriam. Bohemorum enim ceciderunt duo millia, & Rupertus Palatinus quamuis fortiter pugnaret, ad eam tamen ad extremum redactus est paucitatem, vt in acie amplius consistere non potuerit, vix ergo fuga euasit. Hæc est memorabilis illa pugna, quam dux ERICVS in arce sua Kalenberg, variis coloribus depingi curauit. Maximilianus Imperator victis ac fugatis hostibus in castra regressus aliquot equites auratos creauit, eodemque tempore inter alios nobiles Brunsuicenses, Dominus Antonius ab Alten hoc dignitatis gradu insignitus est. Ducem autem ERICVM Imperator excellentibus suis Medicis ac Chirurgis commendauit, qui in curatione tantam adhibuerunt diligentiam, vt post paucos dies conualuerit. Auxit eodem tempore Imperator, in perpetuam rei benè gestæ memoriam, Ducis nostri ERICI insignia, galeam eius ornans stella aurea, quæ vsque hodie supra pullum equinum candidum fulget in cauda pauonis, eam habens significationem, vt quemadmodum Lucifer eximio suo fulgore omnibus stellis fixis prælucet, ita quoque omnes principes Imperii, virtute ac fidelitate Ducis ERICI superatos. Nam quod in cœlis Sol, hoc in terris Cæsar est: quod septem Planetæ, hoc septemuiri. Ita stellæ fixæ reliquos principes, Comites ac nobiles sacri Romani Imperii denotare videntur. Hinc ergo originem traxit stella illa aurea, quam vsque hodie omnes Duces Brunsuicenses in galea circumferunt. Nam cum eiusdem sint familiæ, communibus etiam insignibus vtuntur. Erat in gynæceo Imperatricis Blancæ Mariæ, fæmina diues atque nobilis, illustrissima Domina CATHARINA, filia Alberti Saxoniæ Ducis, vidua Sigismundi Archiducis Austriæ, facie honesta atque integra, hanc cum magna dote Imperator Maximilianus Duci ERICO matrimonio iunxit, sed prolem masculam ex ea non reliquit. Priore mortua, secundam postea duxit coniugem ELISABETHAM, Ioachimi eius nominis primi, Electoris Brandeburgici filiam, ex qua natus est Dux ERICVS IVNIOR. Hanc historiam, quæ & hodie in arce Calenberg extat depicta, quam & auus meus maternus Henricus Lorleberg piæ memoriæ, quæstor Ducis memorati, ex ipsius ore aliquoties audiuit, quam insuper & Iustinus Goblerus Iurisconsultus, in Oratione funebri (quæ in Bibliotheca Hannouerana seruatur) in sepultura eiusdem ERICI senioris recitauit, in honorem dulcissimæ meæ patriæ, quæ tantum principem edidit, & ab eodem gubernata est, huc adscribere volui.

Comi-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Comitia Coloniæ habita, vbi bellum Bauaricum componitur, & Palatinus Rheni intercessione Friderici Saxoniæ Electoris, in gratiam Cæsaris recipitur.

—SOPHI Persarum rex, cum Turcis in Asia congressus, multa eorum millia occidit. Chron. Bau.

—Eodem hoc anno 1505. M. MARTINUS LUTHERUS Erphordiæ monasterium Franciscanorum ingressus est, anno ætatis 22. Ioh. Mathes.

1505

6 3 D

5473

—27. die Aprilis, anno Domini 1506. in vrbem Marchiæ FRANCOFORDIAM sitam ad Viadrum, Academia ritu solenni introducta est, fuitque primus Rector Conradus VVimpina Paul. Eber.

—✱ Cometa visus est circa Idus Septembris prope Plaustrum, versus Hispaniam comam spargens.

—25. die Septembris anno Domini 1506. obiit in vrbe Burgarum Philippus rex Hispaniarum, Maximiliani Imp. filius, anno ætatis 28. climacterico quarto, relinquens duos filios, Carolum sex annorum & Ferdinandum trium, qui ambo deinceps ad Imperii fastigium euecti sunt. Paul. Eber.

1506

7 4 C

5474

—Carolus dux Geldriæ rupta concordia, Brabantinos Gallorum auxilio vehementer molestauit. Eodemque hoc anno Venetum bellum cœpit, quod durauit annos 9. Iohan. Carion.

1507

8 5 BA

—4. die Februarii, anno Domini 1508. mortuus est Viennæ in Austria, CONRADUS CELTES primus Germanorum laureatus Poëta, anno ætatis 49. Climacterico Septimo. Paul. Eber.

5475

—23. die Aprilis, nascitur DOCTOR GEORGIUS SABINUS insignis Poëta & Iurisconsultus, in Marchiæ oppido Brandeburgo, anno 1508. hora 7. antemeridiana. Paul. Eber.

—MARTINUS LUTHERUS hoc anno VVitebergam venit, anno ætatis 25. Iohan. Matthes. Eodem hoc anno aduersus Venetos conspirarunt Cæsar Maximilianus, Iulius Pontifex, Ludouicus Gallus, Ferdinandus Hispanus, & Alphonsus Ferrariensis. Fœdus Cameraci ictum est, & bellum hoc motum, mirabili voluntatum conuersione à Regibus totius Europæ. Paul. Iou. Casp. Hedio.

1508

9 6 G

5476

Nono

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Nono Cal. Maij, anno Domini 1509. obijt Henricus VII. rex Angliæ, cui successit eius filius HENRICVS VIII. qui regnauit in ANGLIA annos 38. Hic fuit XL. rex Anglorum. Georg. Lilius.

—4. Nouas Iunij, anno Domini 1509. ECLIPSIS LVNÆ facta est, Sole in 21. gradu Geminorum existente, cuius medium erat Cracouiæ post meridiem eius diei horis æquinoctialibus 11. scrup. 36. Defecit Diameter Lunæ à parte Austrina ad digitos 8. Distabat Luna à nodo ascendente grad. 8. min. 50. Anomalia eius erat grad. 163. scrup. 33. Et medius motus maior vero grad. 1. min. 23. Vide Copernicum de reuolutionibus.

1509

10 7 F

5477 —10. Maij obijt IOHANNES GEILERVS KEISERBERG, eruditus & pius concionator Argentinensis, charus Imperatori Maximiliano. Decessit anno ætatis 65. Post Christum natum anno Domini 1510. Paul. Eber. & Dauid Chyt.

—Iubileus annus à Iulio Pontifice pecuniæ gratia institutus est. Terræmotus Italiam quatiunt, & 14. die Septembris Constantinopolis quoque concussa est. Chron. Bau. & Sebast. Franc.

1510

11 8 E

—NICOLAVS COPERNICVS excellens Mathematicus clarescit.

5478

—Martinus Lutherus Romam proficiscitur anno ætatis 28. Iohannes Mathes. in vita Lutheri.

—9. die Octobris, anno Domini 1511. ECLIPSIS LVNÆ facta est, cuius medium Frueburgi ad ostia Vistulæ contigit post mediam noctem scrup. 35. inter 6. & 7. dies Octobris. Sole medio motu in 24. 30. ♎. Vero autem motu in 22. 25. ♎ existente. De hac Eclipsi lege Nicolaum Corpernicum.

8. die Nouembris, anno Domini 1511. manè prima hora post noctis medium, in oppido Franciæ orientalis Kittinga, natus est DOCTOR PAVLVS EBERVS, Pastor Ecclesiæ VVitebergensis. Et 17. diebus ante Eberum, eodem anno, natus est M. ERASMVS REINHOLDVS excellens Mathematicus, qui tabulas Prutenicas scripsit, & in Academia VVitebergensi Mathesin publicè docuit. Editus est in lucem 22. die Octobris, dimidia hora antè secundam matutinam, in celebri Turingiæ oppido Salueldia, anno Domini 1511.

1511

12 9 DC

5479

—11. die Aprilis, qui hoc anno fuit dies Paschatis, pugna ad Rauennam commissa est, qua conflixit Iulius Secundus Pontifex, cum Ludouico 12. Gallorum rege, cecidisse de Pontificis exercitu ad sedecim hominū millia refertur. Eodemque die & anno SELIMVS pater Solymanni, qui patrem Baiazeten podagra decumbentem regno exuerat, & agentem annum ætatis 74. in fuga veneno necauerat per Medicum Iudæum, Turcorum Imperium inuasit anno Domini 1512. & imperauit annos 8. Paul. Iou.

1512

13 10 B

5480 —9. Cal. Martij, anno Domini 1512. è vita decessit Iulius II. Pontifex Romanorum.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

rum. Vacauit sedes dies 17. Successit 5. Idus Martij LEO X. qui antea dictus erat Iohannes Medices Florentinus. Hic sedit in Pontificatu annos 8. menses 8. & dies 21. Onuph.

Nonis Octobris, anno Domini 1513. Maximilianus Imperator memorabili pugna Venetos ad vincentiam superauit, desiderata sunt enim in exercitu Veneto ad nouem millia. Paul. Iou. Caspar Peuc. & Paul. Eber.

1513

14 11 A

5481

7. die Aprilis, dimidia hora post 6. matutinam, VVitebergæ nascitur IOACHIMVS MORLINVS Sacræ Theologiæ Doctor, anno Domini 1514. Paul. Eber.

23. die Iunij, pridie S. Iohannis Baptistæ, anno Domini 1514. HENRICVS SENIOR dux Brunsuicensis, qui in oppugnatione arcis Orth. in Frisia bombardæ ictu caput amiserat, sepultus est Brunsuigæ in templo a: c s. Successit illi in arce VVolffenbuttel & in terra Brunsuicensi eius filius HENRICVS IVNIOR, pater Ducis Iulij, & præfuit terræ Brunsuicensi annis 54.

7. Cal. Septemb. anno Christi 1514. Hismael Sophus à Selimo Turcorum Imperatore victus est. Peuc.

1514

Cal. Ianuarij, anno Domini 1515. è vita decessit Ludouicus XII. Rex Francorum. Onuph. Massæus scribit, Regem Ludouicum cœpisse ægrotare anno Domini 1514. circa natalem Domini, & Calendis Ianuarij sequentis anni defunctum esse cum regnasset annos 17. Successit illi FRANCISCVS VALESIVS, qui regnauit annos 32. Sleidan. lib. 19.

15 12 G

5482

18. die Februarij, hora quarta, pomeridiana, anno Domini 1515. natus est VALERIVS CORDVS illustrator Dioscoridis, & felicissimus indagator herbarum hactenus ignotarum. Fuit hic filius EVRICII CORDI Poetæ, & extinctus est Romæ veneno anno Domini 1544. die 25. Septembris, agens annum ætatis 29. Paul. Eber.

14. Septembris, anno Domini 1515. die exaltationis crucis, Franciscus Francorum Rex Heluetios vicit ad Mediolanum. Chron. Bauar.

1515

16 13 FE

5483

28. die Iunij, anno Domini 1516. hora quarta post meridiem, nascitur VVILHELMVS DVX IVLIACENSIS. Paul. Eber.

24. die Augusti, anno Domini 1516. Selimus Turcorum Imperator, Ægypti Sultanum Campsorem, acerrimo prælio vicit Paul. Eber. & Paul. Iou.

1516

17 14 D

Ierosolyma à Selymo Turcorum Imperatore occupata.

5484

11. die

Mundi. Christi.

Cyclus ☽	Cyclus ☉	
		—11. die Aprilis, anno Domini 1517. SELIMVS TVRCORVM Imperator, expugnata Ægypti vrbe munitissima Alcairo, TOMVMBEIVM CIRCASSVM vltimum Sultanum Ægyptiorum, à suis perfidiosè proditum, & ex fuga retractum, mulæ imposuit, & laqueo de collo pendente per totam vrbem circumductum, tandem gula laqueo fracta, ad portam Basuelam vnco ferreo suspendi iussit. Paul. Iouius.
		—Vltimo die Octobris, anno Domini 1517. foribus templi ad arcem VVitebergensem affixa est prima disputatio DOCTORIS MARTINI LVTHERI contra indulgentias, impudentissimis mendacijs ornatas & venditas à Monacho Tetzelio. Iohan. Mathes.
1517		Calendis Nouembris Doctor Martinus Lutherus literas dedit, ad Albertum Brandenburgicum, Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinum, eumq; commonefecit sui officij, orans vt libellos indulgentiarum aboleri iuberet. Sleidan. lib. 1.
18	15 C	
5485		PHILIPPVS MELANTHON liberalium artium ac Philosophiæ Magister, anno ætatis suæ 22. VVitebergam vocatus est, vt in tanta corona doctissimorum virorum Græcam linguam doceret. Vrbem paulò pòst ingressus est 25. die Augusti, eodem hoc anno Domini 1518.
		—7. die Iunij, Dominica Trinitatis, Doctor Martinus Lutherus ad ipsum Pontificem Leonem Decimum scribit, & exponit, quàm temerariè Venditores Indulgentiarum doceant, & quàm agant auarè. Sleidan. lib. 1. & Tom. 9. VViteb. fol. 21.
		—8. die Octobris Doctor Martinus Lutherus Augustam venit, feria sexta post diem Francisci. Post triduum, facta est disputatio de indulgentijs & Cœna Dominica, Thomas Caietanus Cardinalis à Luthero victus infremuit, Lutherus prouocat ad Pontificem, estq; hæc appellatio publicata 16. Octobris, die Sabbathi, anno Domini 1518. sexto anno Pontificis Leonis, Tom. 9. VViteb. fol. 46.
1518		
19	16 B	—Pridie Idus Ianuarij anno Domini 1519. diem suum extremum clausit MAXIMILIANVS Imperator, & secutum est interregnum mensium 5. & dierũ 16. Onuph.
5486		
		—In hebdomada passionis Dominicæ, Iohannes Dux Saxoniæ Episcopus Hildesheimensis, populatus est Diœcesin Francisci Episcopi Mindensis, qui erat frater Henrici Iunioris Ducis Brunsuicensis, atq; ita exarsit Bellum Hildesheimense. Instin. Gobler in oratione Funebri Erici Senioris.
		—Pridie Petri & Pauli, anno Domini 1519. in prælio ad oppidum Soltavv in terra Luneburgensi, capti sunt ab exercitu Episcopi Hildesheimensis ERICVS SENIOR, & VVILHELMVS Henrici iunioris frater, Duces Brunsuicenses, Ericus Zellæ in custodia seruabatur, donec se ære suo liberaret, numeratis 30. millibus aureorum. Sed VVilhelmus apud Hildesheimenses in custodia aliquandiu permansit. Iustin. Gobler. Eodemq; hoc anno, proximo mense post pugnam ad oppidum Soltavv, Lipsiæ de primatu Romani Pontificis disputarunt Doctor Martinus Lutherus & Iohannes Eccius. Sleidan. lib. 1.
1519		4. Cal. Augusti, anno Domini 1519. CAROLVS V. Philippi Hispaniarum regis filius Maximiliani nepos, Rex Romanorum creatus est. Regnauit & imperauit annos 38. menses 6. dies 27. Onuph.
1	17 AG	Belgradum à Turcis captum est die 5. Ianuarij.
5487		
		—17. Cal. Iulij Leo Pontifex edito decreto doctrinam Doctoris Lutheri condemnauit. Sleidan. lib. 2.
		—Mense Septembri anno Domini 1520. Selymus Turcorum Imperator vlcere canceroso correptus, miserè interijt, cum vixisset annos 46. Succesit eius filius SOLYMANNVS, qui imperauit annos 46.
		—4. Idus Nouembris, anno Domini 1520. Cæsar CAROLVS V. Aquisgrani coronatus est. Onuph.
1520		—10. die Decembris, anno Domini 1520. Doctor Martinus Lutherus VVitebergæ publicè incendit ius Pontificium, & paulò antè euulgatum Pontificis decretum. Iohan. Sleidan. lib. 2.
2	18 F	
5488		

Mundi. Christi.

Cyclus Cyclus.

☽ ☉

—Die Iouis ante Pascha, qui hoc anno erat Quintus Calendarum Aprilis, Leo Pontifex edita bulla cœnæ Dominicæ, Lutherum eiusq; sectatores execratur. Sleidan. lib. 3.

—16. die Aprilis DOCTOR MARTINVS LVTHERVS, anno ætatis suæ 38. VVormaciam venit, vbi se suamq; doctrinam coram Cæsare totoq; imperio defendit, & 26. die Aprilis comitatus caduceatore Cæsaris, VVormacia iterum discedit domum reuersurus, Cæsar eum 9. die Maij proscribit, vt manifestum ac pertinacem hæreticum. Eodemq; mense Ferdinandus Archidux Austriæ, Cæsaris frater, nuptias celebrauit 26. die Maij, ætatis suæ anno 19. cum Anna Ludouici Regis Vngariæ sorore, in Austriæ oppido Lintz. Lutherus interim de consilio Friderici Ducis Electoris Saxoniæ, in locum quendam secretiorem, & ab hominum frequentia remotum deductus est, vitandi periculi causa. Ex illa sua solitudine varias epistolas ad amicos, & libros emisit de abroganda missa, quem suis fratribus Augustinianis dedicauit: de votis monasticis, ad parentem suum Iohannem Lutherum, & aduersus Iacobum Latomum Theologum Parisiensem. Sleidan. lib. 3. Iohan. Mathes. & Paul. Eber.

—HENRICVS OCTAVVS eius nominis ANGLIÆ REX scribit contra Lutherum. Sleidan. lib. 3.

Cal. Decembris anno Domini 1521. mortuus est Leo X. Papa. Vacauit sedes mensem vnum & dies 7. Onuph.

1521 — 5. Idus Ianuarij anno Domini 1522. Leoni in Pontificatu Romano successit HADRIANVS VI. humili loco natus ex vrbe Traiecto, qui sedit annum vnum, menses 8. & dies 6. Onuph.

3 19 E — ANDREAS CAROLOSTADIVS Doctor Theologiæ, VVitebergæ tumultuosè statuas è templis eiecit, sed Lutherus cum per menses aliquot delituisset, VVitebergam reuersus mense Martio, factum istud Carolostadij damnat. Sleidan lib. 3.

—ERICVS SENIOR & HENRICVS IVNIOR, Duces Brunsuicenses, IOHANNI EPISCOPO HILDESHEIMENSI (qui erat de familia Ducum

5489 Saxoniæ in Lovvenburg) proscripto Imperij Romani hosti, bellum inferunt. Iustin. Gobler.

—2. die Iunij, qui erat dies Lunæ post Dominicam Exaudi, ciues Grunouienses à ducibus Brunsuicensibus aliquandiu obsessi, prima luce ex oppido egressi, ad pagum Densen, miserè omnes ferè trucidantur, & oppidum Grunovv paulò pòst incenditur.

DOCTOR MARTINVS LVTHERVS, Henrico Angliæ Regi acerrimè respondet. Mathes.

—Duces Brunsuicenses, pulso Iohanne Episcopo Hildesheimensi, totam eius diœcesin occupat, tribus exceptis arcibus, Steurvvald, Marienburgo, & Peyna, in cuius oppugnatione Henricus iunior Dux Brunsuicensis, bombardæ ictu læsus est.

—ECLIPSIS LVNÆ facta est nocte quæ fuit inter 5. & 6. diem Septembris, anno Domini 1522. vna hora cum triente post medium noctis, vt obseruauit Freuburgi ad ostia Vistulæ NICOLAVS COPERNICVS.

	part.	
Sol vero motu erat in ♍	22	12
Motu autem æquali in ♍	23	49
Motus medius Longitudinis Lunæ à Sole erat	182	50
Anomaliæ autem motus	74	27

Et distat huius Eclipsis medium, à medio eius quam Ptolemæus obseruauit anno 19. Imperatoris Hadriani, tempore æquato, annis Ægyptijs 1388. diebus 302. scrup. 54. teste Nicolao Copernico, quod exactè cum nostra supputatione coincidit, immeritò igitur idem Copernicus à Mercatore reprehenditur.

1522 — Die natali Christi, qui inchoauit annum Domini 1523. RHODII iam sextum mensem obsessi, & varijs oppugnationibus grauiter afflicti, Christianorumq; Regum auxilijs destituti, sese Solymanno Turcorum Imperatori dediderunt,

4 20 D — pacti corporum suorum omniumq; rerum incolumitatem, quam ipsis Turcicus Imp. magna cum laude clementiæ & cōstantiæ benignè obseruauit. Paul. Iouius.

5490

Mundi. Christi.

Chri-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Christierno Daniæ rege, regno eiecto, Fridericus Holsatiæ princeps Danorum Rex creatur. Gostauus autem Erici filius, à Suetijs Rex appellatus est. Sleidan. lib. 4.

—Cal. Iulij anno Domini 1523. duo monachi professionis Augustinianæ HENRICVS & IOHANNES, Bruxellæ combusti sunt, ob piam & constantem confessionem doctrinæ Euangelicæ. Sleidan. lib. 4.

—VLRICVS HVTTENVS Francus, nobili genere natus, vir doctus, & Lutheri summus amicus, in finibus Tigurinorum, sub exitum mensis Augusti mortem obijt. Sleidan. ibidem.

—18. Cal. Octobris moritur Hadrianus VI. Pontifex Romanorum. Vacat sedes menses 2. & dies 4. Onuph.

—13. Cal. Decembris creatus est Papa CLEMENS VII. è familia Medices, qui sedit annos 10. menses 10. & dies 8. Onuph.

1523

5 21 CB

—26. die Ianuarij, anno Domini 1524. Lucernæ fuit conuentus Heluetiorum, ibi factum est decretum, ne quis Ecclesiæ Romanæ contradiceret. Sleidan. lib. 4.

5491

—Ad 18. diem Aprilis, anno Domini 1524. in comitijs Norinbergensibus decretum est, vt de voluntate Cæsaris Caroli Quinti Pontifex Romanorum Clemens septimus, in Germania primo quoquo tempore liberum concilium indicaret. &c. Sleidan. lib. 4.

—Exijt hoc tempore ERASMI ROTERODAMI libellus contra Lutherum, de libero arbitrio. Lutherus ei contrario deinde scripto respondet, de seruo arbitrio. Sleidan. ibidem.

—CAROLVS BORBONIÆ DVX, Connestablius Galliæ, qui anno superiori, partim sua sponte, partim à Cæsare solicitatus, à Gallorum Rege defecerat, Massiliam frustra obsidione premit. Sleidan. ibidem.

—Mense Nouembri cœperunt à suis Dominis dissidere Rustici in Sueuia, propter onera quibus se grauari nimium querebantur. Sleidan. lib. 4.

—Nocte quæ fuit inter 9. & 10. dies Decembris, HENRICVS SVDPHANIENSIS, auditor Lutheri, vir excellens ingenio, eruditione, & sanctitate vitæ, ab hostibus Euangelij capitur, & post multos cruciatus, sequenti die crudelissimè interfectus comburitur, anno Domini 1524. Luther. Tom. 6. VViteberg.

1524

6 22 A

—24. die Februarij, anno Domini 1525. FRANCISCVS GALLIÆ REX, cum per hyemem obsedisset PAPIAM, commisso prælio capitur, ipso die natali Cæsaris Caroli Quinti, & ad eundem in Hispaniam abducitur. Sleidan. lib. 4. & Paul. Eber.

5492

Mundi. Christi.

Sedi-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Seditiosi rustici 26. die Aprilis, qui erat dies Paschatis, VVinspergum oppidum capiunt, & Ludouicum comitem Helfenstenum militari quodam, sed crudelissimo supplicij genere, in præsentia coniugis illius, quæ Maximiliani Cæsaris filia notha erat, & amarè lachrymans, paruulum infantem vlnis gestabat, hastis vtrinq; proiectis confodiunt. Sed paulo pòst à Georgio Truccesio victi, pœnas dederunt, & capitaneus eorum catena laxè ad palum religatus, vt discurrere posset, circumposito igni tostus est. Vide Iohan. Sleid. Comment. lib. 5.

—5. die Maij obijt Fridericus Dux Saxoniæ Elector, illi successit eius frater IOHANNES, pater Iohannis Friderici primi, Eber.

—Die 11. Iunij, Dominica Trinitatis, DOCTOR MARTINVS LVTHERVS ætatis suæ anno 42. vxorē duxit, CATHARINAM DE BORE virginem nobilē, quæ paulò antè tanq; virgo vestalis in monasterio vixerat. Mathes.

—Rustici à Principibus Saxoniæ ad Francusium cæsi sunt. Thomas Muncerus concionator & dux eorum capitur, & paulò pòst ad Mulhusium gladio percutitur, caput eius hastæ affixum collocatur in medijs campis. Sleidan. lib. 5.

—ANDREAS BODENSTEIN CAROLOSTADIVS Theologiæ Doctor, contra Lutherum scribit, & verba Christi de cœna Domini, Hoc est corpus meum, sic interpretatur: Hic sedet corpus meum. Lutherus è contra illa Christi verba: Hoc est corpus meum, simpliciter & nudè intelligit, nec aliam admittit interpretationem, & corpus atq; sanguinem Christi verè esse in pane ac vino,
1525 & sic etiam ore percipi docet. VLRICVS ZVINGLIVS ecclesiæ Tigurinæ minister contendit in verbis Christi esse tropum, & sic intelligenda esse: Hoc significat corpus meum. Ei subscripsit IOHANNES OECOLAMPADIVS
7 23 Ecclesiæ Basiliensis minister, & sic interpretatur Christi verba: Hoc est corpo-
G ris mei signum.

—FRANCISCVS GALLIÆ REX ante annum auspicijs Caroli Quinti Imperatoris captus, facta pacificatione, cum soror germana Cæsaris Eleonora, quæ Lusitaniæ regi Emanueli nupta fuerat antea, illi desponsata esset, à Cæsare di-
5493 missus in Galliam redijt, duosq; filios valde paruulos Franciscum & Henricum, obsides Cæsari dedit. Sleidan. lib. 6.

—Calendis Maij Germaniæ principes admodum frequentes conueniunt Spiræ, sicut constitutum erat. In his fuerunt Iohannes Dux Saxoniæ Elector, & Philippus Landgrauius Hessiæ. Cæsaris erant legati, Ferdinandus frater, Bernardus Episcopus Tridentinus, Ericus senior dux Brunsuicensis & alij.

—Hac æstate Cæsar CAROLVS V. in matrimonium ducit ISABELLAM Lusitaniæ regis Emanuelis filiam, sororem Iohannis, qui patri successerat. Sleidan. lib. 6.

—Franciscus Galliæ rex deficiens à Cæsare, cum Pontifice & Venetis fœdus fecit. Sleidan. Ibidem.

—In comitijs Spirensibus ita demum decretum est: ad constituendam religionis formam & retinendam tranquillitatem, opus esse legitimo, vel Germaniæ, vel publico totius orbis concilio. Sleidan. lib. 6.

—29. die Augusti, anno Domini 1526. LVDOVICVS VNGARIÆ REX agens annum ætatis 20 cum Solymanno Turcorum Imperatore inter Budam & quinque Ecclesias congressus, exercitu suo dissipato, ipse quoq; fugiens in loco palustri, ab equo collapso oppressus est. Desiderata sunt 15. millia Christianorum, & Buda antiqua Regum Hungaricorum sedes, per deditionem à Turcis occupata est. Paul. Iouius.

1526 —Extincto Ludouico Vngariæ rege, Ferdinandus archidux Austriæ, Caroli Quinti Cæsaris frater, regnum sibi deberi pacto, contendebat: Sed aduersari-
8 24 um habuit IOHANNEM SEPVSIAM VVAYVODAM, Transyluanum,
F quem Solymannus Turcorum Imperator in fidem suam atq; tutelam recepit, traditaq; Buda regia vrbe, regem constituit.

—Die Sancti Matthiæ FERDINANDVS Archidux Austriæ, Cæsaris Caroli Quinti frater coronatur in regem Bohemiæ.

5494

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Doctor Martinus Lutherus hoc anno duos CATECHISMOS scripsit, minorem & maiorem. Librũ præterea aduersus Sacramentarios edidit de solis verbis Christi: HOC EST CORPVS MEVM. Mathes.

—CAROLVS BVRBONIÆ DVX cum aliquot copijs Caroli Quinti Imperatoris Neapolim profecturus, ex itinere vrbem Romã oppugnat, eamq; postridie cum eo venisset capit. Sed in expugnatione ictus bombardæ globo, incautius emisso à quodam suorum militum, eodem die mortuus est, die 6. Maij, anno Domini 1527. Eodemq; mense & anno, die 21. Maij, Cæsari Carolo Quinto ex Isabella coniuge natus est filius, Philippus Rex Hispaniarum, quadrante horæ post quartam pomeridianam, in valle Doleti. Pontifex Romanorum Clemens septimus, capta vrbe, in Adriani molem ægrè profugit, vbi septem mensibus obsessus est. Germani & Hispani, nullum contumeliæ & ludibrij genus in Pontificem eiusq; Cardinales prætermiserunt, donec tandem post septimum mensem mandatu Cæsaris liberarentur. Sleidan. lib. 6. & Paul. Eber.

—26. die Augusti, anno Domini 1527. LEONHARDVS CÆSAR, natus in Bauariæ oppido Rab, vir pius & eruditus, ob confessionem synceræ doctrinæ Euangelij, mandatu ducis Bauariæ in oppido Scherding crematus est, magna constantia supplicium perferens. Paul. Eber.

1527

9 25 ED

5495

Indictio prima.

—7. die Ianuarij, anno Domini 1528. Bernates colloquium de religione, cum aliarum ciuitatum Theologis inchoauerunt, quod finitum est ad 26. diem Ianuarij. Sur. pag. 126.

—Doctor Martinus Lutherus scripsit confessionem maiorem de cœna Dominica. Mathes.

—28. die Martij Franciscus Gallorum Rex, datis ad Cæsarem Carolum Quintum literis, ad duellum eum vocat. Sleidan. 6.

Sub initium Aprilis, anno Domini 1528. pauló ante festum Paschatis, ALBERTVS DVRERVS præstantissimus pictor totius orbis terrarum, obijt Norinbergæ, agens annum ætatis 57. Sebast. Franc.

—ERNESTVS Dux Luneburgensis nuptias celebrauit cum Domina Sophia, Henrici Megapolensis ducis filia.

—Cæsar Carolus Quintus, Regi Gallorum respondet 24. die Iunij, & locum duelli designat ad flumen, quod inter Fonterabiam labitur & Andæam. Sed Gallus pugnam detrectauit. Sleidan. lib. 6.

—IVLIVS Dux Brunsuicensis, Henrici Iunioris, filius, nascitur 29. die Iunij, anno 1528. ex Domina Maria, sorore Vlrici ducis VVirtenbergici.

—ERICVS IVNIOR Dux Brunsuicensis, Erici senioris filius, natus est 10. Augusti, Sancti Laurentij die, minutis 6. post tertiam matutinam, anno Domini 1528. ex Domina Elisabetha, Ioachimi primi Electoris Brandeburgici filia.

1528

10 26 C

5496

9. die Februarij, ciues Basilienses demoliuntur statuas. Decretum etiam factum est, vt tam in vrbe quàm foris, per ipsorum fines aboleatur missa cum idolis omnibus. Sleidan. lib. 6.

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—15. die Martij Spiræ conuenerunt Principes & ordines Imperij. In his comitiis decretum est, ne abrogaretur Missa Papistica, nec vlla innouatio fieret in religione, adusq; publici Concilij tempus. De hoc decreto protestati sunt, Iohannes Dux Saxoniæ Elector, ERNESTVS & FRANCISCVS Duces Luneburgenses, & multi alij Principes ac ciuitates aliquot Imperij. Inde est origo nominis Protestantium.

—Morbus Anglicus hoc anno Germaniam inuasit. Nouum hoc erat morbi genus. Sudore enim pestifero, corrupti homines, intra vigesimam quartam horā aut exhalabant animam, aut si virus exudassent, valetudinem paulatim recuperabant. Sleidan. lib. 6.

—Idibus Septembris anno Domini 1529. Solymannus Imperator Turcorum obsidione cingit Viennam Austriæ vrbem, eamq; cuniculis actis frustra oppugnat vsq; ad 16. diem Octobris.

—LVTHERVS ET ZVINGLIVS Marpurgi in corona doctissimorum virorum disputant de cœna Dominica. Finitum est hoc colloquium initio Octobris. Iohan. Schleidan. lib. 6.

—16. die Octobris Solymannus Turcorum Imperator, amissis 80. millibus Turcorum, Viennæ obsidionem soluit, re infecta iterum discedens. Sleidan. Ibidem.

1529 —Sub finem Nouembris anno Domini 1529. Smalcaldiæ fuit conuentus procerum Germaniæ Protestantium. Sleidan. lib. 7.

11 27 B —10. Cal. Martij, hoc est, 20. die Februarij, Cæsar Carolus Quintus Bononiæ coronatus est in regem Lombardiæ. Et rursus 6. Cal. Martij, hoc est, 24. die Februarij coronatus est in Imperatorem Romanum, à Pontifice Clemente Septimo Onuph.

—29. die Martij, mane facta est tetra ECLIPSIS SOLIS in 18. gradu Arietis. Cyprian. Leouit.

5497 —In diem 8. Aprilis indictus est conuentus omnium ordinum Augustæ, religionis & belli Turcici causa.

— Idibus Iunij sub vesperum, Cæsar Carolus Quintus Augustam venit Sleidan. lib. 7.

—Iunij die 20. factum est initium actionis, & 25. die eiusdem mensis, postridie Iohannis Baptistæ, PROTESTANTES CONFESSIONEM SVAM recitarunt, in cætu Principum & omnium ordinum, diligenter auscultante Cæsare eiusq; fratre rege Ferdinando, eamq; post Latinè & Germanicè conscriptam Cæsari tradiderunt. Huic confessioni sua nomina subscripserunt. IOHANNES DVX SAXONIÆ ELECTOR, GEORGIVS MARCHIO BRANDENBVRGENSIS, ERNESTVS DVX LVNEBVRGENSIS, PHILIPPVS LANDGRAVIVS HESSIÆ, IOHANNES FRIDERICVS DVX SAXONIÆ, FRANCISCVS DVX LVNEBVRGENSIS, VVOLFGANGVS PRINCEPS ANHALDINVS, & duæ ciuitates NORIBERGA & REVTLINGA. Cum hanc confessionem clara voce legisset Dominus Cancellarius, Doctor Christianus Bauarus, aliter Cancellarius Doctor Gregorius Pontanus eam Romanorum Imperatori Carolo Quinto tradidit. Sleidan. & Matth. in vita Lutheri.

—Doctor Martinus Lutherus durante comitio Augustano erat Coburgi, ad Franconiæ fines, mandato sui principis, vt tanto vicinior esset Augustæ, si qua res ipsius consilium postularet.

—13. die Nouembris Principes & ordines Protestantium è comitijs Augustanis discedunt. Sleid. 22.

1530 —22. die Decembris Smalcaldiæ conuenerunt ordines protestantium, & fœderis concipiunt formulam, non quidem offendendi quenquam, sed sui defendendi causa. Vocatur hoc fœdus Smalcaldicum. Sleidan. lib. 7.

12 28 A —5. die Ianuarii anno Domini 1531. FERDINANDVS Bohemiæ & Vngariæ rex, Coloniæ rex Romanorum renunciatus est, & paulò pòst, vndecimo videlicet Ianuarii die Aquisgrani inauguratus. Sleidan. lib. 7.

5498 —IOHANNES STOFLERVS Iustingensis, excellens Mathematicus, & vir integerrimus, moritur Tubingæ 16. die Februarii, anno ætatis suæ 79. anno Domini 1531. Paul. Eber.

Mundi Christi

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Per totum mensem Augustum Cometa conspectus est, & illis ipsis diebus mortua est Ludouica Francisci Galliæ regis mater, Caroli Subaudiæ ducis soror.

Vndecimo die Octobris factum est prælium Tigurinorum cum quinque pagis Heluetiis, in quo occisus est, VLRICVS ZVINGLIVS natus annos 44. Sleidan. lib. 8.

1531 — Sub finem Nouembris IOHANNES OECOLAMPADIVS è vita decessit, annos natus 49. Eius morbum dolor quem ex Zuinglii morte perceperat, auxisse creditur. Sleidan. ibidem.

13 1 GF

Christiernus Daniæ Rex, in decimum nunc annum exul, comparata classe, cogitabat, amissa recuperare, sed captus mari custodiæ traditur. Sleidan. lib. 8.

5499

VVILHELMVS LANDGRAVIVS HESSIAE, Philippi filius primogenitus, excellens mathematicus nascitur anno Christi 1532. die 24. Iunii, minutis 36. post quintam matutinam. Eber.

HENRICVS dux Luneburgensis mortuus est, ætatis suæ anno 64.

IOHANNES Dux Saxoniæ Elector, moritur 13. die Augusti, in arce Suenitz, & 16 die eiusdem mensis sepelitur VVitebergæ in templo arcis, & successit IOHANNES FRIDERICVS eius filius.

1532 — * Per Septembrem & Octobrem, cometa visus est ante solis ortum, cum Solymannus Turcorum Imperator, qui secundò impetum in Austriam fecerat, multis suorum amissis pedem referret. Sleidan. lib. 8.

14 2 E

HENRICVS eius nominis Octauus ANGLIAE REX, repudiata priore coniuge Catharina, Ferdinandi Hispaniæ regis filia, ANNAM BOLLONIAM duxit vxorem. Sleidan. lib. 9.

5500

Iohannes Leidensis Sarcinator, Monasterii in VVestphalia de nocte anabaptismum docet. Eius Collegæ paulò pòst facti sunt, Hermannus Stapreda & Bernhardus Rotmannus.

4 die Iunii, anno Domini 1533. mane hora 4. circa Solis ortũ, nascitur Cellæ HENRICVS DVX LVNEBVRGENSIS, Ernesti filius, ex Sophia Henrici ducis Megapolensis filia.

8 die Septembris, anno Domini 1533. nata est Domina ELISABETHA Regina Angliæ, Henrici Octaui filia, ex Domina Anna Bollonia Regina, circa vesperam, in arce regia Gronevvicia. Paul. Eber.

1533

15 3 D — Anabaptistæ Monasterienses deligunt nouum senatum suæ factionis, creant quoque consules BERNHARDVM KNIPPERDOLLINGIVM, & Gebhardum Kippenbruggum. Et paulò pòst Episcopus vrbem obsidione cinxit die 14. Februarii Tomo VViteberg. Lutheri, secundo, folio 395.

5501

Die Iohannis Baptistæ, IOHANNES LEIDENSIS REX MONASTERIENSIVM creatur, cum nouus quidam Pseudopropheta Iohannes Tausentscheur, ex mandato patris cœlestis, vt ipse aiebat, regem totius orbis terrarum eum appellaret. Sleidan. lib. 10. Præfuit regno Anabaptistarum anno integro, vsque ad diem Iohannis Baptistæ sequentis anni.

1534 — 6. Cal. Octobris, anno Domini 1534. efflauit animam Papa Clemens Septimus, vacat sedes dies 16. & creatur 4. Idus Octobris PAVLVS TERTIVS, qui sedit annos 15. dies 29. Onuph.

16 4 C

5502

Mundi. Christi.

Die

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Die Iohannis baptistæ, anno Domini 1535. Monasterium vrbs VVestphaliæ expugnatur, Iohannes Leidensis Rex Anabaptistarum capitur, & cum duobus suis socÿs circumducitur huc illuc ad principes, ludibrÿ causa. Sleid.

—4. die Iulÿ hora dimidia post 3. pomeridianam, nascitur Cellæ VVILHELMVS IVNIOR, Dux Luneburgensis, Ernesti filius.

—12. Cal. Augusti, Carolus Quintus Imperator Romanorum Tunetum capit. Iohan. Etrobius in Expedit. Tunicea. Hoc tempore Imperator Carolus regem eius loci Muleassem, Mahometanæ religionis, quem Turcicus legatus Barbarossa finibus eiecerat, restituit. Sleidan. lib. 9.

1535 — Mense Ianuario Catharina Angliæ regina, quam ante triennium Rex Henricus repudiauerat mortua est.

17 5 BA

—22. die Ianuarÿ, die Sabbati, anno Domini 1536, supplicium sumptum est, de Iohanne Leidense Anabaptistarum rege, eiusq; socÿs Bernhardo Knipperdollingio & Bernhardo Crechtingio. Forcipibus enim ignitis excruciati, transacto per pectora cultro occisi sunt, & caueis ferreis alligati ad Sancti Lamberti turrim suspensi. Acta hæc sunt Monasterÿ in VVestphalia, cum in vinculis & carceribus excruciati essent vltra dimidium annum.

5503

—19. die Maÿ, anno Domini 1536. die veneris, Henricus Angliæ Rex, coniugem suam Dominam ANNAM BOLLONIAM, adulterÿ damnatam capite plectit, & post duos dies, 21. Maÿ, Dominica vocem iucunditatis, nuptias celebrauit cum Domina ANNA SEMERA vel vt alÿ volunt, Somerseta, Georgÿ Somerseti ducis sorore. Eodem hoc anno 11. die Iulÿ dysenteria extinctus est ERASMVS ROTERODAMVS, septuagenarius, Basileæ apud Hieronymum Frobenium. Sleidan. lib. 10. & 11. Paul. Eber.

1536 — Cæsar Octobri mense soluit Genua, & in Hispaniam iterum nauigat. Sleidan. lib. 10.

18 6 G

—22. die Ianuarÿ, minutis 40. post primam pomeridianam, natus est Ludouicus comes de Nassavv, filius VVilhelmi senioris, anno Domini 1537.

5504

—Franciscus Galliæ rex, initio Martÿ progressus in Atrebates, oppidum & arcem Hesdinum obsidet, ac intra mensem obsidione capit. Sleidan. lib. 10.

—Iunio mense, Cæsaris exercitus Belgicus, Floro Burensi ductore, Sanpaulum oppidum & arcem in Atrebatibus expugnat, præsidiarÿ ad vnum omnes occisi sunt. Sleidan. lib. 11.

—12. die Octobris, anno Domini 1537. horis 2 meridie elapsis 17. Scrup. 51. partim natus, partim etiam ab vtero matris excisus est EDOARDVS VI. ANGLIÆ REX, Henrici Octaui filius. Mater Domina Anna Semera, partus dolore extincta est, Iohan. Stadius. Sleidan. lib. 11.

1537

19 7 F

—Anno Domini 1538. secta Antinomorum prodit, quorum primarius doctor fuit Iohannes Islebius Agricola. Docebant pœnitentiæ prædicationem, non esse petendam ex decalogo. Hos Lutherus refutat.

5505

—Sub finem Martÿ Protestantes Brunsuigæ conueniunt, & de rebus ad fœdus pertinentibus agunt; Daniæ quoq; regem Christianum in fœdus accipiunt, qui 28. die Martÿ insigni pompa Brunsuigam venit Sleidan. lib. 12.

—Idibus Iulÿ Cæsar & Galliæ rex, factis paulò ante inducÿs ad decennium, conuenerunt ad Aquas mortuas, quod est Galliæ Narbonensis oppidum. Dici vix potest qui fuerint ibi complexus, quæ congratulationes: Sleidan. ibidem.

—SCHOLA ARGENTORATENSIS fundata est, authore Iacobo Sturmio, senatore primario. Instituendæ autem iuuentutis, & tanquam in classes distribuendæ rationem, IOHANNES STVRMIVS senatui primus ostendit, & post edito libro copiosius explicauit. Fecit hæc schola breui tempore tantos progressus, vt non solùm extremi Germani, sed exteræ quoque nationes eò confluerent. Sleidan. lib. 12.

1538

8 E

5506

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—24. die Aprilis GEORGIVS DVX SAXONIÆ moritur sine liberis. Successit eius frater HENRICVS DVX SAXONIÆ, pater Mauricij & Augusti Ducum Electorum Saxoniæ. Paul. Eber.

—✶ Mense Maio Cometa arsit. Et illis ipsis ferè diebus defuncta est ISABELLA Cæsaris Caroli Quinti coniunx Lusitaniæ regis Emanuelis filia. Sleid. lib. 12.

1539

2 9 DC

5507

—Exijt hoc anno Doctoris Martini Lutheri liber de concilijs & ecclesia, lingua Germanica conscriptus. HENRICVS ANGLIÆ REX vxorem duxit ANNAM VVilhelmi ducis Cliuiæ sororem.
Calendis Ianuarij anno Domini 1540. Cæsar Carolus Quintus celebri Pompa Lutetiam Parisiorum ingressus est, medius inter regios liberos. Commoratus ibi apud Galliæ regem in septimum vsq; diem, iterum discedit comitante rege, in Veromanduos. Sleidan. lib. 12.

—HENRICVS Octauus ANGLIÆ REX, Annam Cliuensem vxorem suam repudiat, THOMAM CROMELIVM suasorem eius connubij capite plectit, & CATHARINAM HAVARDAM Norfolciæ Ducis è fratre neptem, matrimonio sibi iungit, Sleidan. lib. 13.

—25. die Iunij factus est conuentus Principum & Theologorum Haganoæ. Ibi è vita decessit illustrissimus Princeps ERICVS SENIOR DVX BRVNSVICENSIS septuagenarius.

—30. die Iulij anno Domini 1540. ROBERTVS BARNS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, qui in Germania exul Antonium se nominauerat, Londini propter Euangelij doctrinam combustus est.

—4. die Octobris, anno Domini 1540. obijt Marpurgi EOBANVS HESSVS clarissimus poëta anno ætatis 52. Paul. Eber. Eodemq; anno ac mense, 28. die Octobris, Cæsaris Caroli Quinti decreto, institutum est VVormaciæ colloquium de religione. Sleidan.

1540

3 10 B

5508

—MAVRICIVS Dux Saxoniæ nuptias celebrat cum Agnete Landgrauij filia, patriq; Henrico succedit.

—Exijt hoc tempore Doctoris Martini Lutheri liber, lingua Germanica scriptus, in Henricum Ducem Brunsuicensem.

—27. die Aprilis inchoatum est colloquium de religione Ratisbonæ. Iohan. Sleidan lib. 13.

—Circa Idus Iulij, VVilhelmus dux Cliuensis nuptias celebrauit cum Nauarræ Regis filia. Sleidan. ibidem.

—Vidua Iohannis VVeiuodæ, cum Budæ à Ferdinando Vngariæ rege obsideretur, Turcam inuocauit. Hic verò depulsa obsidione, arte Budam viduæ extorsit, vrbemq; ingressus est 2. die Septembris. Sleidan. lib. 14.

—IACOBVS REINHERTERVS VVormaciensis, Cancellarius duorum ducum Brunsuicensium, Erici senioris, & Erici Iunioris, hoc tempore claret.

1541

4 11 A

5509

—HENRICVS ANGLIÆ REX eius nominis octauus, vxorem CATHARINAM HAVARDAM capite plectit, quòd cum eam pro virgine duxisset, antea fuisse corruptam atq; vitiatam comperisset. Ea sublata sextam rex duxit vxorem CATHARINAM PARRAM viduam.

Mundi. Christi.

Fran-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Franciscus Galliæ rex, & VVilhelmus dux Cliuensis, Cæsari Carolo Quinto rebellant. Sleidan. lib. 14. & 15.

—HENRICVS DVX BRVNSVICENSIS, à Iohanne Friderico duce Saxoniæ Electore, & Philippo Landgrauio Hessiæ bello petitus, fuga sibi salutem quærit, & ad Bauaros cum natu maximo filio, Carolo victore, contendit. Saxo & Landgrauius arcem VVolffenbuttel deditione capiunt. Sleidan. lib. 14. MAVRICIVS SAXONIÆ DVX annos natus 21. in Vngaria vno solùm comitante satellite, cum aliquot Turcis hostiliter congressus, equo confosso in terram effunditur. Sed famulus, quem dixi, genere nobilis, corpore toto superincumbens, iacentem protexit, donec equites superuenientes principem liberarent, ipse autem multis acceptis vulneribus in castra relatus, paulò pòst expirauit. Sleidan. lib. 15.

1542

5 12 G

5510 —24. die Martij commissum est prælium ad Sittardum, in hac pugna Dux Cliuensis superauit Cæsarianos. Sleidan. lib. 15.

Indictio prima.

—Cæsar Carolus Quintus priusquam ex Hispanijs decederet, filium Philippum designauit regem, & in matrimonium ei dedit Mariam Iohannis Lusitaniæ regis filiam. Turcarum exercitus Pannoniam ingressus, quinque Ecclesias, & Strigoniam Albamque regalem expugnat.

—24. die Augusti Cæsar Carolus Quintus Duram ducis Cliuensis vrbem expugnauit, & occupatis aliquot arcibus & oppidis, ducem veniam petere coëgit, & adempta Geldria vix in gratiam recepit Septembris die septimo.

—M. ANTONIVS CORVINVS hoc tempore reformauit Ecclesias in ducatu ERICI IVNIORIS DVCIS BRVNSVICENSIS. Virum hunc doctissimum, ad petitionem DOMINÆ ELISABETHÆ matris Erici Iunioris, dulcissimæ nostræ patriæ Superintendentē dedit Philippus Landgrauius Hessiæ.

1543

6 13 FE

—9. Cal. Febr. hoc est, 14. die Ianuarij, anno Domini 1544. facta est ECLIPSIS SOLIS, cuius medium Louanij fuit hora 8. scrup. 53. ante meridiem. Et defecerunt 10. digiti in parte inferiori, cum communes tabulæ superiorē designarent. Gemma Fris. in Radio Astronomico. Huius eclipsis calculus & pictura sequitur.

5511

CALCVLVS ECLIPSIS SOLARIS, QVÆ FACTA EST 24. DIE JANVARII. ANNO Domini 1544. Qui habuit aureum numerum Cycli decemnoualis 6. Cyclum autem Solarem 13. Literas ergo Dominicales F. & E.

Ab initio annorum Domini, vsq; ad hunc defectum Solis sunt completi anni Iuliani 1543. dies 23. horæ 9. scrup. 39.' Sub meridiano Montis regij inclitæ vrbis Borussiæ.

Facta igitur est hæc Eclipsis anno Domini 1544. die Iouis 24. Ianuarij post 9. horam antemeridianam, scrup. 39. si ad eundem meridianum Regiomontanum calculus dirigatur. Ad quod tempus æquale, hi colliguntur motus æquales.

	sex.	part.	′	″	
Præcessionis simplicis æquinoctiorum	0	27	4	21	
Anomaliæ simplicis æquinoctiorum	2	48	33	0	
Solis simplicis	4	44	37	55	
Solis compositi	5	11	42	16	
Anomaliæ annuæ Solis	3	32	49	29	
Longitudinis Lunæ à Sole	5	56	50	25	
Anomaliæ ☽	3	56	16	38	
Latitudinis ☽	4	36	8	13	
Ergo Præcessio vera æquinoctij	0	27	32	7	
Æquatio centri Solis addenda	0	1	40	28	Scrup. proport. 0′ 42″.
Anomalia Solis coæquata	3	34	29	57	
Absoluta æquatio orbis addenda	0	1	4	35	

ERGO ☉ in ♒ 13 part. 14′. 37″.

	Sex.	part.	′	″	
Longitudo ☽ à Sole duplicata	5	53	40	50	
Æquatio secundi epicycli subtrahenda	0	1	43	48	Scrup. proport. 0′ 15″.
Anomalia ☽ coæquata	3	54	32	50	
Absoluta æquatio primi epicycli addenda	0	4	13	47	

ERGO ☽ in ♒ 13 part. 14′ 14″.

Caput draconis in ♒ 2 part. 52′ 14″.

Et abfuit Luna à capite draconis 10 part. 22′ 0″

Motus latitudinis ☽ coæquatus 4 sex. 40 part. 22′ 0″.

Ergo latitudo Lunæ vera Borealis crescens 53′ 54″.

Veri loci Solis ascensio recta 315. temp. 42′ 54″

Propter inæqualitatem dierum naturalium à tempore æquali auferenda sunt scrupula vnius horæ 8′. 29″.

Et propter diuersitatem meridianorum Louanij subtrahenda hora vna, scrup. 24.

Item propter longitudinis parallaxin ☽ à Sole auferenda hora dimidia.

ERGO LOVANII hæc defectio Solis conspecta est post septimam horam matutinam Scrup. 37. Sole oriente.

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole in septimo Climate 16′ 11″.

Parallaxis autem Lunæ à Sole secundùm latitudinem 57′ 1″.

ERGO Latitudo Lunæ apparens Australis decrescens 3′ 7″.

Semidiameter Solis 16′ 46″.

Semidiameter Lunæ 17′ 7″.

Summa vtriusq; Semidiametri 33′ 53″.

Ablata latitudine Lunæ visibili, scrupula reliqua de summa duarum Semidiametrorũ 0′ 17″.

Sed diameter Solis apparens 33′ 32″.

ERGO

ERGO DIGITI ECLIPTICI VNDECIM. Et tot digitos Iohan. Functius quoque habet in supplemento Chronici Carionis. Defecitq; Sol à parte inferiori, sicut Gemma Frisius obseruauit.

Scrupula incidentiæ 33. Motus horarius Lunæ à Sole 32′ 47″.

Durauit ergo dimidius defectus horam vnam. Integer autem defectus horas duas.


Latitudo Lunæ visibilis in initio eclipsis australis decrescens 5′ 57″.

Latitudo Lunæ visibilis in fine eclipsis itidem australis decrescens 0′ 17″.

Subijcio nunc picturam.

BOREAS.

Orbis Solis, qui interuentu Lunæ obscuratur.



AVSTER.

Magister Iohannes Functius in Chronico Carionis Germanico scribit, hanc eclipsin fuisse tantam, vt dies iterum cœperit noctescere tanquam in crepusculum vespertinum, & volucres cœli, quæ prima luce fuerant hilares, cum tantæ subitò occurrerent tenebræ, obmutescere inceperint. Idem addit, quatuor vno eodemq; hoc anno factas esse eclipses: Primam in Luna 10. die Ianuarij hora sexta matutina, totamq; Lunam defecisse: Alteram in Sole 24. die Ianuarij, quam iam depinximus: Tertiam iterum in Luna, 4. die Iulij, hora dimidia post octauam vespertinam, & hanc fuisse totalem: Quartam denuò in Luna 29. die Decembris, dimidia septima matutina, totamq; ibi Lunam hoc anno tertio fuisse obscuratam. Sed cum hæ eclipses omnes, & reliquæ etiam sequentes, in Ephemeridibus Iohannis Stofleri, Iohannis Stadij, Cypriani Leouitij, aliorumq; doctissimorum virorum scriptis extent depictæ, superuacaneum esse duxi, earum calculum & picturas huic operi inserere, ne liber in immensum excresceret. Cæterum quæ mala has eclipses secuta sint, huius & sequentium annorum res gestæ satis declarant. Nam vno eodemq; hoc anno, quo quatuor hæ eclipses factæ sunt, qui est annus à nato Christo 1544. postridie Paschæ, ad Carignanum oppidum Cæsaris exercitus à Gallis magna strage cæsus est. Et paulò post in initio Maij, Angliæ regis exercitus, Edinburgũ primariam Scotiæ ciuitatem expugnat, & arcem in ea sitam incendit. Sub finem Maij Cæsar hostilem exercitum eduxit aduersus Franciscum Galliæ regem. Et Angliæ rex Henricus Octauus, ingentibus cum copijs traiecto mari, Calecutum venit, post Boloniam obsidet, eamq; tormentis validè concussam deditione cepit. Sleidan. lib. 15.

Cyclus ☽ | Cyclus ☉

—14. die Aprilis, die Lunæ in festo Paschatis, exercitus Cæsarianus à Gallis cæsus est ad Carignanum oppidum, cum eodem tempore celebris & frequens admodum conuentus Spiræ esset. Vbi pecunia Cæsari decreta est aduersus Galliæ regem, & religionis dissidium reiectum in mensem Decembrem. Iohan. Sleid.

—ANTONIVS LOTHARINGIÆ DVX moritur, ei successit FRANCISCVS filius, qui Cæsaris è sorore ISABELLA neptem habebat in matrimonio, CHRISTINAM, Christierni Daniæ regis filiam. Ex his nata est Domina DOROTHEA, secunda coniunx ERICI iunioris, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis.

—Cæsar Carolus Quintus Idibus Iulij oppugnat Sandesirium, sed desideratis circiter quingentis nihil effecit. Secundo demum mense, cum & Landræus ruina domus oppressus interijsset, & puluis tormentarius deesset, oppidum deditione capitur. Iohan. Sleidan.

—Henricus eius nominis Octauus Angliæ rex, ingenti pecunia populo imperata, Caletum cum exercitu traiecit, & Boloniam expugnauit, Idibus Septembris. Georg. Lilius.

—24. die Septembris, Cæsar cum Francisco Gallorū rege pacem fecit. Ioh. Sleid.

—Prodijt hoc anno Doctoris Martini Lutheri libellus de cœna Domini, quo Zuinglium eiusq; doctrinæ socios acriter reprehendit.

—CONRADVS BVNTINGVS IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR, frater autoris, nascitur 16. Octob.
DOCTOR BVRCHARDVS MITHOBIVS, insignis Medicus & Mathematicus, claret in ducatu Brunsuicensi.

1544

7 | 14 D

—Franciscus Galliæ rex, expeditionem in Galliam parat. Georg. Lil.

19. die Februarij, Tornaci exustus est Petrus Brulius Gallus, concionator pius ac doctus, qui Argentorato eo vocatus erat, ad docendum Euangelium, hic doctrinam suam constanter, ad extremum vsq; Spiritum professus est. Iohan. Sleidan.

5512

—Mense Aprili Valdenses Merindolani, in Gallia miserrimè ob synceram in Christi fidem trucidantur, cum fœmellis & infantibus, à Minerio Galliæ principe, crudelissimo tyranno. Iohan. Sleid.

—17. die Maij, Dominica Exaudi, ERICVS IVNIOR DVX BRVNSVICENSIS & Luneburgensis, Mundæ nuptias celebrauit, cum Domina SIDONIA, Henrici ducis Saxoniæ filia, Mauricij & Augusti Saxoniæ ducum Electorum sorore.

—Ad hoc tempus moritur FRANCISCVS DVX LOTHARINGIÆ, relicto filiolo CAROLO, duorum annorum puero.

—8. die Iulij, Philippo Hispaniarum rege, in valle Oletaria natus est filius Carolus. Eber.

—Exijt hoc anno Doctoris Martini Lutheri liber, aduersus Pontificatum Romanum, à Satana constitutum, cum pictura, qua Cacodæmones Pontificem in infernum demittunt.

—Henricus Angliæ, & Franciscus Galliæ reges, tam mari quàm terra bellum gerunt. Sleidan.

—21. die Octobris, HENRICVS DVX BRVNSVICENSIS & Luneburgensis, cum filio Carolo victore, prope Calfeldum capitur, à Philippo Hessiæ Landgrauio. Iohan. Sleid. lib. 16.

1545

7. die Ianuarij factum est initium Concilij Tridentini, & XI. die Ianuarij obijt ERNESTVS DVX LVNEBVRGENSIS, cui successerunt eius filij, FRANCISCVS OTTO, FRIDERICVS, HENRICVS, & VVILHELMVS.

8 | 15 C

18. die Februarij, Concordiæ die Islebiæ moritur DOCTOR MARTINVS LVTHERVS. Iohan. Mathes.

—25. die Februarij, horis à meridie elapsis 11. Scrup. 13. Sol & Mercurius in piscibus coniuncti, ex angulo imi cœli horoscopū aspiciebant △ aspectu benefico.

Nox ea clara fuit superas qua nascor in auras,
Sis rector vitæ, Christe benigne meæ.

5513

Mundi. | Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—27. die Martij IOHANNES DIAZIVS Hispanus, pietate & eruditione excellens à fratre Alphonso Diazio Iureconsulto literas allatas legens, securi impacta capiti, Nuburgi nefariè occiditur à fratris famulo. Alphonsus frater parricida interim ad inferiores gradus manet, obseruans, ne quis conatum impediret, factaq; cæde cum sicario suo aufugit. Horribile hoc parricidium ideo commissum est, quod pius ille Iohannes Diazius, fratri conanti ipsum à syncerae doctrinæ professione abducere, noluerat obtemperare. Iohan. Sleidan. lib. 17.

—Hoc tempore Albertus Bauariæ Dux, Annam Ferdinandi regis filiam vxorem duxit. Alteram verò eiusdem Regis Ferdinandi filiam Mariam, VVilhelmus Dux Cliuensis matrimonio sibi iungit.

—20. die Iulij, Cæsar Carolus Quintus Iohannem Fridericum Saxoniæ Ducem Electorem, & Philippum Hessiæ Landgrauium proscribit, atq; ita exarsit bellum Protestantium.

—Augusti die vndecima, Iohannes Fridericus Dux Saxoniæ Elector, & Philippus Landgrauius, bellum Carolo Cæsari denunciant, cum paulò antè nocte quæ fuit inter 6. & 7. diem eiusdem mensis, orta sæua tempestate, turris imperatoria Mechliniæ de cœlo tacta esset. Erant in illa turri sexcenti vasculi, puluere bombardico impleti, Tonnas pulueris tormontarij, vulgò vocant. Hic tantus apparatus erat collectus ad bellum contra Lutheranos. Puluis verò igne correptus, circirer septingentas domos arci vicinas, & templa disiecit, exussit, & vltra trecentos homines miseris modis extinxit. Sleidan. lib. 17. & Paul. Eberus in Calendario.

1546

9 16 B 26. die Ianuarij, obijt Henricus eius nominis Octauus Rex Angliæ, successit eius filius EDVARDVS VI. qui regnauit annos 6. cum dimidio, estq; XLI. REX ANGLORVM.

5514 Vltimo die Martij, anno Domini 1547. mortuus est Franciscus Gallorum rex, ætatis anno 53. cum regnasset annos 32. Successit illi filius HENRICVS GALLIÆ REX, qui regnauit annis 12.

—22. die Aprilis, & deinceps vsq; ad quatriduum, Sol sereno cœlo valde tristis, pallidus & obscurus apparuit, per totam Germaniam, Galliam & Angliam, & 24. die Aprilis, Dominica Misericordias Domini, IOHANNES FRIDECVS DVX SAXONIÆ ELECTOR, per sinistram maxillam accepto vulnere aduerso, ad Syluam Lochanam capitur, & ad Ducem Albanum adductus, Cæsari deinde sistitur.

—23. die Maij, qui fuit dies Lunæ post Dominicam Exaudi, ERICVS IVNIOR DVX BRVNSVICENSIS & Luneburgensis, ad Draconis arcem acerrimo prælio victus ab Hamburgensibus & Bremensibus, tormentis omnibus amissis, vix euasit anno ætatis 19. Et paulò pòst 19. die Iunij, contra datam fidem PHILIPPVS LANDGRAVIVS Hessiæ capitur, Hallæ in Saxonia. HENRICVS DVX BRVNSVICENSIS cum filio Carolo victore liberatur, & terram suam, ex qua ante quinquennium eiectus erat recipit.

—MAVRICIVS DVX SAXONIÆ ELECTOR, Philippum Melanthonem, Iohannem Bugenhagium Pomeranum, & Casparum Crucigerum, Theologos VVitebergenses Lipsiam vocat, Ecclesiæ simul & Academiæ administrationem illis commendat, vtq; pro sua consuetudine pergant hortatur, & constitutis stipendijs, donis ornatos liberaliter iterum dimittit. Iohan. Sleidan. lib. 19.

1547 Sigismundus Poloniæ rex obijt ætate grauis, cum regnasset annos 42. Successit eius filius SIGISMVNDVS AVGVSTVS VLTIMVS REX POLONIÆ ex familia Ducum Lituaniæ.

10 17 AG 24. die Februarij, Carolus V. Imp. Augustæ in imperiali conuentu, spectante Iohanne Friderico, Mauricio Saxoniæ Duci, iura & dignitatem Electoratus Saxonici solenni ritu contulit, anno Domini 1548.

5515

MVLE-

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—MVLEASSES REX TVNETÆ, quem Cæsar ante annum decimum tertium regno restituerat, eiecto Barbarossa, à filio natu maximo exoculatus & regno pulsus, ad Cæsarem Augustam venit.
—Idibus Maij, Cæsar librum quem INTERIM vocant, Augustæ ordinibus imperij offert. Huic libro Iohannes Brandeburgicus & VVolfgangus Bipontinus, principes pij & constantes, contradixerunt. Iohannes Fridericus quoque Dux Saxoniæ captiuus, impiam eius libri doctrinam approbare minimè voluit, sed constanter in fide permansit.
Maximilianus regis Ferdinandi filius, in Hispania nuptias celebrat, cum Maria consobrina, Cæsaris Caroli Quinti filia. Sleidan. lib. 20.

1548 FRANCISCVS SPIRA, eò quod agnitam Euangelij veritatem abiurasset, in desperationem incidens miserè perijt. Iohan. Sleidan. lib. 21.
11 18 F Libellus VVitebergensium & Lipsensium Theologorum de adiaphoris conscriptus, maximas peperit offensiones.

5516

—20. die Martij, Amiralius Angliæ ob adfectati regni suspitionem, sui ipsius fratris Eduardi Somerseti Ducis iussu, securi percussus est.
—IOHANNES EPINVS, NICOLAVS AMSTORFFIVS, & inprimis MATTHIAS FLACIVS ILLYRICVS, Albona vrbe natus, & NICOLAVS GALLVS, refutant doctrinam VVitebergensium & Lipsensium Theologorum de ADIAPHORIS.
—Mense Octobri, Franciscus Mantuæ dux, Friderici filius, in matrimonium ducit Catharinam, Ferdinandi Romanorum regis filiam. Sleidan. lib. 21.
—4. Idus Nouembris, anno Domini 1549. obijt Paulus Tertius eius nominis Papa. Vacat sedes menses 2. dies 29 Onuph.

1549 6. Idus Febr. anno Domini 1550. creatus est IVLIVS III. Pontifex Rom. Max. qui sedit annos 5. mensem vnum, & dies 26. Onuph.
12 19 E Inter Gallos & Anglos de pace agitur, & ineunt affinitatem Dux Somersetus & VVeruicensis comes, ita vt huius filius, illius filiam duceret vxorem. Facta pace, Galli Boloniam recipiunt, & Anglis magnam pecuniam vicissim dependent.

5517

Die S. Iacobi, HENRICVS DVX BRVNSVICENSIS obsidet BRVNSVICVM vrbem, cumque ipsorum agris multum damni dedisset incendijs atque rapinis, neque tamen vrbem expugnare posset, coactus est tandem mandato Cæsaris obsidionem soluere. Iohan. Sleidan. lib. 22.
—4. Idus Septembris captum est Aphrodium Africæ vrbs, ab exercitu Caroli Quinti, duce Iohanne Vega Prorege Siciliæ. Horatius Nucula de bello Aphrod. lib. 4.
—Georgius Dux Megapolensis mense Septembri, Magdeburgenses oppugnat, 4. deinde die Octobris Mauricius dux Saxoniæ Elector suas copias cum illo coniungit, & vrbem obsidione cingit.

1550 —30 die Decembris GEORGIVS DVX MEGAPOLENSIS à MAGDEBVRGENSIBVS capitur. Sleidan. lib. 22.
13 20 D —ANDREAS OSIANDER in Prussia nouum hoc tempore dogma proponit, hominem iustificari, non fide, sed iusticia Christi nobis inhabitantis. IOACHIMVS MORLINVS contra, pestiferum ipsius docet esse dogma, qui dicat in Christi sanguine atque morte non consistere iustitiam fidei, qua redemti sumus atque iustificati. Sed Albertus dux Prussiæ persuasus ab Osiandro, Morlinum è suis finibus exire iubet.

5518

—Terni Soles visi sunt totidemque Lunæ, modò pallidi, modò sanguinei coloris.
—31. die Augusti, anno Domini 1551. facta est ECLIPSIS SOLIS hora 2. post meridiem Tubingæ. Vide Regiom. Torq.
—Hoc anno 1551. è vita decessit Philippus dux Grubenhagensis Senior, cui successerunt filij Ernestus, VVolfgangus & Philippus &c.

1551 3. die Nouembris, Haddecus à Mauricio duce Electore missus, MAGDEBVRGVM venit, & cum ciuibus de pace transegit. 8. die mensis, præsidiarij milites dimissi, sed tacitè rursum conducti sunt à Mauricio. Sleid. lib. 23.
14 21 CB —Mense Ianuario, Eduardus Dux Somersetus, Angliæ Regis auunculus, posteaquam in carcere per tres menses fuerat detentus, Londini fuit securi percussus, impulsu Northumbrij ducis, cuius forsan conatibus, sicubi liberaretur, non parum obstare videbatur. Sleidan. lib. 23.

5519

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Martij die 25. Cardinalis Crescentius nocturno spectro perterrefactus ægrotare cœpit, & paulò pòst Veronæ obijt. Sleid. lib. 23.

Tertio die Aprilis MAVRICIVS DVX SAXONIÆ ELECTOR, & socij principes, AVGVSTAM Vindelicorum deditione capiunt. 10. die Aprilis Metensium vrbs à Gallis occupata est. Iohan. Sleidan. lib. 24.

Mense Maio Mauricius eiusq; socij claustra Alpium, arcemq; Erebergum expugnarunt. ibid.

13. die Iulij Georgius dux Megelburgiæ, in obsidione Francofurti ad Mœnum, globo tormentario interfectus est.

RVDOLPHVS Secundus Imp. qui hodie imperat, Maximiliani secundi filius primogenitus, nascitur 18. die Iulij

1552 — 15 22 A — 5520

Mense Sept. IOHANNES FRIDERICVS DVX SAX. ELECTOR, & PHILIPPVS HASSIÆ LANDGRAVIVS, à Cæsare Carolo Quinto dimissi, domum reuersi sunt, Sleid, lib. 24.

17. die Octobris, circa horam 4. post meridiem, è vita decessit ANDREAS OSIANDER, in vrbe Borussia Regiomonte, nondum completo ætatis anno 54. Funct. & Paul. Eber.

Mense Ianuario EDVARDVS VI. ANGLIÆ REX, non absq; suspicione veneni propinati laborare cœpit. Tantæ expectationis regem Europa certè, seculis nunc aliquot nullum habuit, Non enim Latinam modo, sed Græcam & Gallicam quoq; linguam nouerat, & Euangelij doctrinam vehementer amabat, & viris doctis hospitium dabat atq; patrocinium.

19. die Februarij, anno Domini 1553. M. ERASMVS REINHOLDVS SALVELDENSIS, EXCELLENS MATHEMATICVS, AVTOR TABVLARVM PRVTENICARVM, vir pietate præstans, tabe moritur in patria, ætatis suæ anno 42. Climacterico Sexto, recitans hunc versum: Vixi, & quem dederas cursum mihi Christe peregi.

6. die Iulij obiit EDVARDVS VI. ANGLIÆ REX, & quarto post die IOANNA SVFFOLCIA pronunciatur regina, sed MARIA tamē Eduardi regis soror, regnū tandem obtinuit. Sleid. lib. 24.

1553 — 16 23 G — 5521

9. die Iulij facta est pugna ad pagum Siuershausen in terra Luneb. ALBERTVS Marchio Brandeb. acie victus ægrè euasit. MAVRICIVS Dux Sax. Elect. & HENRICVS Dux Brunſ. cruentam reportarunt victoriā. Henricus enim duos in hoc conflictu amisit filios, CAROLVM & PHILIPPVM. Mauricius autem tormento manuario traiectus ab incerto authore, tertio die post obiit, & successit illi eius frater AVGVSTVS Dux Sax. Elect. qui 33. annos gubernauit. FRIDERICVS Dux Luneb. in eodem prælio accepto vulnere, ægrè Cellam reportatus, paucos post dies expirauit.

12. die Septembris Albertus Marchio Brandeburgensis, ab Henrico Brunsuicensi denuo profligatur, ad vrbem Brunsuigam iuxta cœnobium Stederburg.

12. die Februarij IOANNA SVFFOLCIA, Eduardi Angliæ regis consobrina, ob non repudiatū regnum, mandatu MARIÆ REGINÆ capite mulctatur, vna cum marito Guilfordo Doddlao, Northumbrij ducis filio. Iohan. Sleidan. lib. 25.

8. die Martii, piè & placidissimè obijt IOHANNES FRIDERICVS DVX SAXONIÆ ELECTOR, vndecimo die post mortem coniugis suæ SYBILLÆ Cliuensis. Nec multò pòst Elisabetha Angliæ reginæ soror, in custodiam data est, quod seditionis in sororem Mariam consciā putaretur.

Mense Maio ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, ad Schuinfurtum & Kitzingum tertiò in fugam conijcitur.

1554 — 17 24 F — 5522

24. die Iulij Philippus Caroli Quinti filius, nuptias in Anglia celebrauit, cum Maria Angliæ Regina. Iohan. Sleidan. lib. 25.

Mense Nouembri Reginaldus Polus Cardinalis, publicis totius Angliæ comitijs, dignitati, familiæ ac hæreditati suæ, qua ipsum Henricus rex priuarat, restituitur.

Initio Februarii, damnantur capitis Londini, quod ad Pontificiam religionem redire nollent, Iohannes Hopperus, episcopus Clocestrensis, Iohannes Bratfordus, Laurentius Sanderus, Rolandus Taillerus Iureconsultus, & Iohannes Rogerus, ijdemq; paulò pòst exusti, supplicium illud magna constantia pertulerunt.

10 Cal. Aprilis obijt Iulius III. Pontifex Rom. vacauit sedes dies 17. creatus est 5. Idus Aprilis MARCELLVS Secundus, qui sedit dies 22. & mortuus est Calendis Maij. Vacat sedes dies 22. & succedit 10. Cal. Iunii.

PAVLVS IIII. qui sedit annos 4. menses 2. dies 27. Hic est qui IESVITARVM SECTAM primus instituit. Iohan. Sleid. lib. 25.

1555 — 18 25 ED — 5523

Ad exitum Maij mensis IOHANNES FRIDERICVS Electoris Iohannis Friderici filius natu maximus, in matrimonium ducit Landgrauij filiam Agneten, quæ Ducis Mauricij fuerat vxor. Sleid. lib. 26.

7. Cal. Octob. religionis pax denuo confirmata est in comitiis Augustanis. Iohan. Sleidan. lib. 26.

Circa nonas Nouembris, moritur Iohannis Friderici Ducis Saxoniæ coniunx, Landgrauij filia, de cuius nuptijs dictum est paulò ante. Sleidan. Ibidem.

Ianuarij mensis initio, anno Domini 1556. per Saxoniam, Misniam & Bohemiam, horrendæ fuerunt tempestates, tonitrua, fulgura ac fulmina. Sleid. lib. 26.

Mense Februario HENRICVS DVX BRVNSVICENSIS, IVLII DVCIS pater, vxorem duxit SOPHIAM, Sigismundi Poloniæ regis sororem. Sleidan. ibidem.

Mundi Christi

28. die Februarij, Cometa fulgere cœpit, & conspectus est per

Cyclus ☽ Cyclus ☉

duos menses, magnam trahens caudam, pallidi coloris magna celeritate tendens versus septentrionem. Mirum est quantus eodem hoc tempore fuerit concursus ex omni Europa, in comitatum Pyrmontensem, ad fontem quem sacrum vocabant.

—Sub exitum mensis Iunij non procul à Londino in Anglia, tredecim ad vnum alligati palum, simul cremantur ob religionem. Iohan. Sleidan. lib. 26.

—15. die Septembris Carolus Quintus Imp. in Hispaniam nauigauit. Sleid. ibidem.

—Octobris die vltimo, IOHANNES SLEIDANVS, I. V. L. Argentorati è vita decedit, & ibidem sepelitur.

1556 —8. die Decembris IOHANNES FORSTERVS, S. Theologiæ Doctor, & Ebraicæ linguæ Professor in Academia VVitebergensi, in Christi inuocatione placidè obdormiuit. Paul. Eber.

19 26 C

5524 —Philippus Caroli Quinti Imp. filius, Rex Hispaniarum, maritus Mariæ Angliæ reginæ, in Anglicorum celebri conuentu auxilia in regem Galliæ petit & impetrat.

—Maria Angliæ Regina, Philippi Hispaniarum regis coniunx, misso in Galliam feciale, bellum Henrico regi denunciat Rhenis 7. Idus Iunij.

—10. die Augusti, anno Domini 1557. auspicijs Philippi Regis Hispaniæ & Angliæ, feliciter pugnatum est cum copijs Henrici secundi Galliarum regis, inter S. QVINTINVM & Derueram, in qua pugna vltra 5000. cæsi, & decies mille capti sunt. ERICVS IVNIOR DVX BRVNSVICENSIS, ipso die natili suo, 30. annum ætatis inchoans, equo priore quo vehebatur, in terram prolapso, secundùm ascendit, & feliciter in hostem pugnauit. Philippus

1557 comes de Spiegelberg & Pyrmont, globo tormentario traiectus, interijt. Cum hæc pugna facta esset 10. die Augusti, eodem mense 26. die Augusti, QVINTINVM ab exercitu Philippi Hispaniæ regis expugnatum & captum est.

1 27 B

—24. die Februarij, anno Domini 1558. Carolus V. Imp. Electoribus Francofurti congregatis, per Legatos Imperium resignauit, atque eorum consilio in Ferdinandum fratrem transtulit.

5525 —18. die Martij, Francofurti CÆSAR creatus est FERDINANDVS Vngariæ & Bohemiæ rex, qui imperauit annos 6. menses 4. dies 7.

Editio prima

—20. die Aprilis IOHANNES BVGENHAGIVS POMERANVS S. Theologiæ Doctor, & pastor Ecclesiæ VVitebergensis obijt, ætatis suæ anno 73. cum præfuisset Ecclesiæ VVitebergensi annos 38.

—✶ à 6. die Augusti, vsque ad diem Bartholomæi visus est Cometa obscurus & pallidus.

—21. die Septem. in Hispania Betica apud S. Iustū mortuus est Carolus Quintus Imp.

1558 —Mense Nouembri diem suum extremum clausit MARIA Angliæ Regina, & successit eius soror ELISABETHA, quæ & hodie in Anglia regnat.

—Calendis Ianuarij anno Domini 1559. piè & placidè obijt CHRISTIANVS REX DANIÆ, & successit eius filius FRIDERICVS II. qui regnauit annos 29. menses 4.

2 28 A

5526 15 Cal. Februarij anno Domini 1559. ELISABETHA ANGLIÆ REGINA coronata est.

—29. die Aprilis anno Domini 1559. mortuus est FRANCISCVS OTTO DVX LVNEBVRGENSIS Ducis Ernesti primogenitus, Ioachimi secundi Marchionis Brandeburgici Electoris gener, nondum completo tertio mense post nuptias Berlini celebratas. Successerunt duo eius fratres, HENRICVS & VVILHELMVS, Duces Luneburgenses.

—10. die Iulij obijt Henricus secundus Rex Galliarum, successit eius filius FRANCISCVS SECVNDVS REX GALLIÆ, qui regnauit annum vnum, menses 4. dies 25.

1559 —15. Cal. Septemb. obijt Paulus IIII. Papa vacauit sedes menses 4. dies 7. & successit die Natali Domini, PIVS IIII. qui sedit annos 5. menses 11. dies 14.

—4. Octobris obijt HERCVLES Dux Ferrariæ, ætatis suæ anno 52. successit illi filius ALPHONSVS Dux Ferrariæ. Beuth. Eodemque hoc anno Dieth-

3 1 GF

marsi à Friderico secundo Danorum Rege, & Adolpho Holsatiæ Duci, sunt subacti.

5527

Mundi. Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

19. die Aprilis VVitebergæ placidè obdormiuit, Dominus Magister PHILIPPVS MELANTHON defensor verbi diuini & repurgator Philosophiæ purioris anno ætatis suæ 63. climacterico 9.

21. die Augusti hora vna scrup. 34. post meridiem, Viennæ in Austria SOL DEFECIT punctis 5. cum semisse, sicut obseruarunt Tilemannus Stella & Parillus Fabricius. Habetur hæc Ecclipsis in Ephemeridibus Iohannis Stadij.

29. die Sept. è vita decessit GVSTAVVS Sueciæ rex, cui successit filius ERICVS

3. die Decembris anno 1560. nascitur CHRISTIANVS dux Saxoniæ Elector, Augusti filius.

1560 5. die decembris anno 1560. è vita decessit Franciscus Secundus Gallorum rex & successit eiusfrater CAROLVS MAXIMILIANVS, qui in Gallia regnauit annos 13. menses 5. dies 23:

4 2 E 11. die Decembris obijt GEORGIVS SABINVS Brandenburgensis, insignis Pöeta & Iurisconsultus, gener Philippi Melanthonis, ætatis suæ anno 53. Francofurti ad Viadrum.

5528 9. die Martij hora 10. antemeridiana, Neapoli in Austria nascitur VVENCESLAVS ARCHIDVX AVSTRIÆ, Maximiliani secundi Imperatoris filius.

DOCTOR IOACHIMVS MORLINVS, Theologus & Superintendens Ecclesiæ Brunsuicensis, propter singularē eloquentiā & autoritatē clarus habetur.

13. die, Octobris GVILHELMVS IVNIOR, Dux Brunsuicensis ac Luneburgensis, Ernesti filius, gubernator terræ Luneburgensis, nuptias celebrauit Cellæ, cum Domina DOROTHEA, Christiani Daniæ regis filia.

9. die Septembris, paulò ante meridiem, factum est nouilunium, & incepit 969. annus Alhigeræ Saracenorum & Turcorum.

1561 I. Decembris, hora 3. matutina nascitur Domina SOPHIA HEDEVVIGA, primogenita filia Iulij ducis Brunsuicensis, anno 1561.

5 3 D 11. die Februarij, anno 1562. mortuus est Ienæ M. IOHANNES STIGELIVS eximius Poëta.

5529 25. die Aprilis hora vndecima antemeridiana, Vinariæ natus est FRIDERICVS VVILHELMVS, dux Saxoniæ, Iohannis VVilhelmi filius, & Iohannis Friderici Electoris nepos.

24. die Maij nascitur IOHANNES VVILHELMVS, filius VVilhelmi ducis Iuliacensis & Cliuensis,

15. die Iulij, anno Domini 1562. facta est ECLIPSIS LVNÆ, quæ cum tota deficeret, erat hora post mediam noctem 2. scrup. 57. diei 16. Iulij, sicut Iohannes Stadius Bruxellæ obseruauit. Ephem.

Hoc anno funestum exarsit bellum inter Fridericum Daniæ & Ericū Sueciæ regē.

1562 24. die Nouembris, anno 1562. MAXIMILIANVS eius nominis secundus, Ferdinandi Imperatoris filius, præsente patre, Francofurti ad Mænum Rex Romanorum renunciatus est, & 30. die eiusdem mensis coronatus.

6 4 C 19. Decembris anno 1562. Ludouicus Burbonius dux de Conde, cum acerrimè se Papistis in Gallia opponeret, in prælio capitur, sedcū ab altera parte Dux quoque Guisius captus esset, ambo iterum sunt dimissi, Chronol. Tilij.

5530 18. die Februarij FRANCISCVS DVX GVISIVS, ad Aureliam globo tormentario traiectus interijt, & successit illi filius Henricus Guisius.

30. die Augusti Veronæ obijt VVolffgangus Musculus S. Theologiæ Doctor, ætatis suæ anno 66.

ERICVS IVNIOR DVX BRVNSVVICENSIS, cum exercitu Dantiscum vsque progreditur, copias militares Erico Sueciæ regi adducturus.

30. die Octobris nata est Sophia, VVilhelmi ducis Luneburgensis filia primogenita.

12. die Nouembris Tiguri obijt PETRVS MARTYR Vernelius, Florentinus, insignis Theologus ætatis suæ anno 63. climacterico 9.

1563

7 5 BA Circa finem Februarij anno 1564. durante adhuc bello inter Danos & Suecos, Dani Magelosam maximam Suecorum nauium ingenti prælio superatam, ad Bornholmam insulam mergunt.

5531

IOHAN-

Mundi Christi

—IOHANNES CALVINVS obiit Geneuæ 27. die Maij, anno ætatis suæ 56. die incipiente.
—25. die Iulij die S. Iacobi obijt Ferdinandus Romanorũ Imp. successit eius filius MAXIMILIANVS SECVNDVS Vngariæ, & Bohemiæ rex, Archidux Austriæ, qui imperauit annos 12. menses 2. dies 17.
15. die Octobris hora 5. matutina in arce Hessen natus est HENRICVS IVLIVS, —DVX BRVNSVICENSIS, Episcopus Halberstadensis &c. Ducis Iulij filius primogenitus.
—31. die Octobris nascitur ERNESTVS, VVilhelmi ducis Luneburgensis filius primogenitus.

1564 — 8 — 6 — G

—Hyems hoc tempore fuit rigidissima, & secuta est æstas feruentissima.
—LAZARVS SCHVVENDIVS eques auratus, aduersus Turcos in Transyluaniam missus à Maximiliano secundo Imperatore, Turcos aliquot secundis prælijs superauit.
5532 Turci Maltam insulam frustra oppugnant.
—Dani & Lubicenses cum Suecorum nauibus hoc anno aliquoties congressi, acriter pugnarunt. Pedestres quoq; copiæ sæpenumero strenuè conflixerunt.
—Primo die Septembris, Turcorum naues ab insula Malta re infecta discesserunt.
—7. die Octobris M. IOHANNES MATHESIVS Insignis Theologus in valle Ioachimica placidè obdormiuit, ætatis suæ anno 61. Calen. Eberi.
—8. die Decembris, anno Domini 1565. è vita decessit Pius IIII. Papa, & vacat sedes mensem vnum.
—9. die Ianuarij, anno Domini 1566. electus est PIVS V. Pontifex Maximus Romanorum, qui sedit annos 6. menses 3. dies 25.

1565 — 9 — 7 — F

—Die 13. Ianuarij hora tertia post meridiem, nascitur Domina MARIA, Iulij ducis Brunsuicensis filia, in arce Schladen.
—Pestilentia hoc anno Brunsuigam, Hildesiam, Hannobriam, omnesq; fere Saxoniæ vrbes duriter afflixit.
—In Belgico quidam ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis exasperati, imagines in
5533 templis demoliuntur, Antuerpiæ 20. die Augusti, & Gandaui 22. die Augusti, inde exarsit bellum ciuile, quod vsq; hodie durat.
—SOLYMANNVS Turcorum Imperator Sigetum in Vngaria obsidet, & moritur in castris tertio ante expugnationem die, videlicet Nonis Septembris. Successit eius filius SELIMVS SECVNDVS eius nominis, Imperator Turcorum duodecimus, qui imperauit annis 9.
—16. die Nouembris, anno 1566. nascitur CHRISTIANVS filius VVilhelmi ducis Luneburgensis. Circa hæc tempora HENRICVS IVLIVS dux Brunsuicensis, electus est in Episcopum Halberstadensem, anno ætatis suæ secundo præcisè completo, in locum Episcopi Sigismundi, qui è vita decesserat 14. Septembris.

1566 — 10 — 8 — E

—21. die Februarij anno 1567. quadrante horæ post quintam vespertinam, in arce Hessen nata est Domina ELIZABETHA, Illustrissimi principis Iulij Ducis Brunsuicensis filia.
—2. die Aprilis Casselliæ è vita decessit illustrissimus princeps PHILIPPVS LANDGRAVIVS HESSIÆ, ætatis suæ anno 63. Climacterico nono, & successit illi filius VVILHELMVS, &c.
5534 —5. die Aprilis anno 1567. SOL DEFECIT, digitis 9. scrup. 43. circa meridiem. Vide tabulas Pruten.
—13. die Aprilis IOHANNES FRIDERICVS, eius nominis secundus dux Saxoniæ, proditione suorum capitur, Dominica Misericordias Domini, & 18. die Aprilis sumptum est supplicium de VVilhelmo Grumpachio, Christiano Pontano Iurium Doctore, VVilhelmo Steinio, Dauide Baumgartnero, & alijs.
—Ferdinandus Dux Albanus, cum exercitu hoc anno Belgicum ingreditur. Et ERICVS SVVECIÆ REX, à regni proceribus capitur, cui succedit in regno Suecorum frater eius IOHANNES, anno Domini 1567.

1567 — 11 — 9 — DC

—VVILHELMVS VRANIÆ PRINCEPS in Belgico fortiter resistit Duci Albano.
—20. die Martij è vita decessit ALBERTVS Marchio Brandenburgensis, primus Dux Borussiæ ætatis suæ anno 78. Eodem quoq; die è vita migrauit eius vxor ANNA MARIA, Erici senioris ducis Brunsuicensis filia, circa mediam noctem,
5535 16. horis

Anni mundi. Anni Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

16. horis post mariti Alberti obitum, cui successit filius ALBERTUS FRIDERICUS. Calend. Eberi. Alij ponunt quintum Aprilis.

—5. die Iunij comites de Egmont & Horn, Bruxellæ iussu Ducis Albani capitali supplicio sunt affecti.

—11. die Iunij diem suum extremum clausit HENRICUS DUX BRUNSVVICENSIS, cui successit filius IULIUS Dux Brunsuicensis, qui præfuit gubernationi annis 21.

—Calendis Iulij in arce Hessen natus est PHILIPPUS SIGISMUNDUS, Iulij ducis Brunsuicensis filius, paulò ante vndecimam horam antemeridianam.

1568 —18. die Nouembris nascitur AUGUSTUS, VVilhelmi ducis Luneburgensis filius.

—26. Nouembris Domina Elizabetha, Augusti Saxoniæ Electoris filia, matrimonio iungitur CASIMIRO PALATINO, Friderici Electoris & comitis Palatini ad Rhenum filio.

12 10 B

5536 Hyems hoc tempore fuit rigidissima.

—10 die Martij horribile Chasma in cœlo visum est. Princeps de Conde globo traiectus interijt 13. Martij

—MATTHIAS FLACIUS ILLYRICUS mouet disputationẽ de peccato substãtię

—2. die Maij, visa sunt parelia Solis & Lunæ.

—HENRICUS DUX LUNEBURGENSIS, matrimonio sibi iungit Dominam URSULAM Francisci ducis Lauvenburgensis filiam.

—26. Iunij obijt D. VICTORINUS STRIGELIUS Heidelbergæ.

—DOCTOR CASPARUS PEUCERUS artis Medicæ professor, gener Philippi Melanthonis, in inclyta Academia VVitebergensi claret.

—10. die Decembris mortuus est PAULUS EBERUS Sanctæ Theologiæ Doctor, pastor Ecclesiæ VVitebergensis, cum viuendo compleuisset annos 58. mensem vnum & biduum.

1569 —3. die Ianuarij, VVitebergæ obijt VITUS ORTEL VVINSHEIMIUS, artis Medicæ Doctor, & professor Græcæ linguæ, cum viuendo compleuisset annos 68. menses 5. & biduum.

13 11 A

5537 — Dorothea VVilhelmi ducis Luneburgensis filia nata est 21. Ianuarij anno 1570.

—Maximilianus eius nominis secundus Romanorum Imperator, duas hoc anno elocauit filias, Elizabetham Carolo Maximiliano regi Galliæ, & Mariam Philippo Hispaniarum regi, in secundo consanguinitatis gradu linea existente inæquali.

—Vltimo die Iulij, qui erat dies Lunæ post festum S. Iacobi Apostoli, ipso nundinarum die HANNOBRIÆ in mœnibus vrbis, turris quædam fulmine de cœlo tacta est, tanto quidem impetu, vt tota inde ciuitas tanquam terræmotu concuteretur, interierunt aliquot pecora & vna mulier.

—Vndecimo die Septembris Stutgardiæ ex miserrima hac vita decessit D. IOHANNES BRENTIUS Senior, insignis Theologus, cum viuendo exegisset annos 71. menses 2. & dies 19. Paulò ante eius obitum 9. die Septembris, Turci Nicosiam Cypri vrbem expugnarunt.

1570 —3. die Ianuarij anno 1571. Berlinæ obijt illustrissimus princeps IOACHIMUS 2. ELECTOR, MARCHIO BRANDENBURGENSIS, cui successit filius IOHANNES GEORGIUS.

14 12 G

5538 —7. die Iulij moritur SIGISMUNDUS AUGUSTUS Poloniæ rex, vltimus ex Iagellonum familia.

—28. die Iunij, paulò ante obitum regis Poloniæ, Calenbergæ quæ erat arx Erici ducis Brunsuicensis, duo Iudæi, qui in Springensium oppido, hospitam cum duobus filiolis interfecerant, forcibus ignitis excruciati sunt, & deinde rota brachijs & cruribus eorum fractis, ad postremum proditorum more in quatuor partes sunt dissecti. Eorum vnus ab errore conuersus, & sacro baptismatis fonte Christo insertus, subinde nomẽ Iesu inuocans, magna constantia atrox illud supplicium pertulit.

Calẽdis Aug. Turci deditione ceperũt FAMAGUSTAM CYPRI Metropolin.

1571 —7. Die Nouembris Veneti duce IOHANNE DE AUSTRIA, classem Turcorum in sinu Corinthiaco celebri pugna superarunt, multis millibus Turcorum interfectis.

15 13 FE

—22. die Martij anno 1572. nascitur Anna vrsula, filia VVilhelmi ducis Luneburgensis.

Calendis

5539

Anni mundi. Anni Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—Calendis Maij obijt PIVS V. Papa, vacat sedes dies 13. & successit 13. die Maij GREGORIVS XIII. De Pio Quinto vir quidam doctus hoc scripsit distichon.

Papa Pius Quintus moritur, res mira, tot inter
Pontifices tantum quinque fuisse pios.

—Mense Augusto Henricus Nauarræ Rex, Lutetiæ Parisiorum nuptias celebrauit cum Margareta, Caroli Maximiliani Galliarum regis sorore. In illis nuptijs CASPARVS COLIGNIVS Castilioneus, globo tormentario primò traiectus, pòst biduum contra datam fidem miserè trucidatur 24. die Augusti.

1572 — 16 14 D — 5540 — Indictio prima.

—16. die Nouembris, anno 1572. STELLA NOVA conspecta est, rhomboidis figuram constituens, cum tribus stellis tertiæ magnitudinis in Cassiopeia, quarum vna est secunda in ordine huius Sideris, altera quarta, tertia duodecima. Comam non habuit, fulgore autem scintillante, & magnitudine ipsum Iouem superauit. Et quamuis motu primi mobilis 24. horarum spatio assiduè circumageretur, vt stellæ fixæ, motum tamen proprium & peculiarem non habuit, sed sub eodem semper puncto octauæ sphæræ consistens, non in elementari sed ætherea regione hæsit, in sphæra videlicet, veneris. Fulsit per integrum annum 1573.

—29. Aprilis anno 1573. hora 9. vespertina natus est IOACHIMVS CAROLVS, illustrissimi principis Iulij ducis Brunsuicensis filius.

—17. die Maij anno 1573. Rex poloniæ publicè declaratur HENRICVS, Caroli Maximiliani Galliæ regis frater,

1573 — 17 15 C — 5541

—STELLA NOVA in Cassiopeia paulatim deficiens, circa finem anni 1573. prorsus extinguitur.

—HENRICVS POLONIÆ REX, Henrici Gallorum regis filius Poloniam ingressus circa tempus Quinquagesimæ, inauguratur.

—29. Aprilis anno 1574. paulò pòst septimam horam matutinam, nascitur SABINA CATHARINA, filia Iulij Ducis Brunsuicensis.

—28. die Maij obijt Carolus Maximilianus Galliæ rex, & successit eius frater Henricus rex Poloniæ & Galliæ, qui cognita morte fratris sui, Poloniam relinquens, quantis potuit itineribus in Galliam se recepit.

1574 — 18 16 B — 5542

—13. Iunij Lipsiæ in inuocatione filij Dei placidè obdormiuit IOACHIMVS CAMERARIVS, ætatis suæ anno 74. Et paulò pòst mense Iulio, iussu Augusti ducis Saxoniæ Electoris, incarcerati sunt Georgius Cracouius Iurium Doctor, gener Doctoris Iohannis Bugenhagij Pomerani, & Casparus Peucerus artis Medicæ Doctor, gener Philippi Melanchthonis. Et custodiæ eodem tempore mandati sunt quatuor Theologi VVitebergenses, Doctor Fridericus VVidebramus pastor Ecclesiæ VVitebergensis, Doctor Casparus Crucigerus, Doctor Henricus Möllerus, & Doctor Christophorus Pezelius, eò quod aliam quam Lutherus de cœna Dominica doctrinam spargere cœpissent, Doctor Cracouius paulò pòst in carcere expirauit.

15. die Decembris anno 1574. impiam efflauit animam Selimus eius nominis secundus Turcorum Imperator, hic crapula & libidinibus confectus interijt, & successit 20. die Decembris eius filius AMVRATHES III. decimus tertius Turcorum Imperator, cuius mandatu quinque illius fratres strangulati & cū patre sepulti sunt.

1575 — 19 17 AG — 5543

4. die Ianuarij anno 1575. in Christi inuocatione ex hac miserrima vita in cœlestem patriam commigrauit Domina Sidonia, vxor Erici Ducis Brunsuicensis, Mauricij & Augusti Electorum Saxoniæ soror.

Matthias Flacius Illyricus hoc anno mortuus est Francofurti ad Mœnum, ætatis suæ anno 55.

22. die Septembris Rudolphus Maximiliani Imp. filius, Pragæ in regem Bohemiæ inauguratur. Idem quoque Rudolphus à Septemuiris 1. Nouembris Ratisbonæ declaratur rex & paulò pòst coronatur.

Circa finem anni 1575. Ericus Iunior Dux Brunsuicensis, in Lotharingia nuptias celebrauit, cum Domina DOROTHEA, illustrissimi principis Francisci ducis Lotharingiæ filia.

2. die Februarij anno 1576. Iohannes Casimirus comes Palatinus Rheni, Henricum Galliæ

Anni mundi. — Anni Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

Galliæ regem prælio superauit, eundemq; coegit publicis interposita fide, Gallis libertatem religionis permittere.

—Calendis Maij, inauguratur Cracouiæ in polonia STEPHANVS BATHORI VVeiuoda Transyluaniæ, qui paulò antè in Schismate Rex Poloniæ declaratus erat contra Maximilianum 2. Imp. Sed Maximilianus ne Turcorum Imperatorem irritaret, vltrò illi cessit.

—12. die Octobris anno 1576. Ratisbonæ in Bauaria diem suum extremum clausit MAXIMILIANVS SECVNDVS ROMANORVM IMPERATOR. Successit eius filius RVDOLPHVS SECVNDVS Romanorum Imperator, Rex Vngariæ & Bohemiæ Archidux Austriæ, qui & hodie rebus præest.

1576 —15. die Octobris Helmstadij facta est introductio inclytæ Academiæ & SCHOLÆ IVLIÆ, quæ à fundatore suo, illustrissimo principe ac Domino, Domino IVLIO

1 18 F duce Brunsuicense ac Luneburgense nomen accepit. Eiusq; filius Henricus Iulius, Episcopus Halberstadensis, die natali suo, quo annum ætatis 13. incipiebat, de-

5544 claratus est primus huius Academiæ Rector perpetuus.

—12. Februarij anno 1577. nata est DOROTHEA AVGVSTA, Illustrissimi principis Iulij, Ducis Brunsuicensis filia, 23. Minutis post horam secundam matutinam, in arce VVolfenbüttel.

—19. die Aprilis, & 8. die Iunij, oppidum GRVNOVV bino incendio conflagrauit miserè. Incendij autor & hodie ignoratur.

—30. die Augusti, anno 1577. nascitur MAGNVS, illustrissimi principis ac Domini, Domini VVilhelmi ducis Luneburgensis filius quintus.

—✳ 10. die Nouembris anno 1577. apparere cœpit sub aquila volante in asterismo Antinoi, horribilis cometa, longissimam caudam spargens ab occasu versus ortum, progressus est secundum ordinem signorum, ad collum vsq; Pegasi,

1577 fuitq; sine dubio prænuncius belli Mauritani, quod paulò pòst secutum est.

—13. die Ianuarij horribilis ille Cometa in collo Pegasi est extinctus.

2 19 E —Dominica Esto mihi, 9. Februarij, post meridiem horis 10. Min. 6. natus est IVLIVS AVGVSTVS, illustrissimi principis ac Domini, Domini IVLI. Ducis Brun-

5545 suicensis filius.

—DOCTOR MARTINVS CHEMNITIVS, insignis Theologus & superintendens Ecclesiæ Brunsuicensis claret.

—4. die Augusti facta est pugna in Mauritania, inter Abdelmelech Mauritaniæ, & SEBASTIANVM LVSITANIÆ reges. Abdelmelech in ipsa pugna apoplexia extinctus est. Sebastianus Lusitaniæ rex, Mahomętes, item alius Mauritaniæ rex, in prælio sunt occisi. Abdelmelechi autem frater Hametus, victoriam & regnum Mauritaniæ obtinuit.

—✳ Mense Octobri anno 1587. in fronte Pegasi iterum visus est Cometa obscurus & pallidus, celeri motu ad caput Ophiuchi tendens.

1578 —8. die Decembris anno Domini 1578. facta est introductio Henrici IVLII Episcopi Halberstadensis.

—Cometa ille obscurus & pallidus, qui mense Octobri superioris anni, visus erat

3 20 D vesperi post Solis occasum, circa initiũ anni 1579 factus est Orientalis, cumq; prius versus ortum comam sparsisset, propter cœli circumgyrationem tandem versus

5546 Septentrionem caudam porrexit, & paulò pòst defecit.

—Die Petri & pauli Dux de Parma expugnauit Mastricht ciuitatem.

—Horribilis pestilentia HANNOBRIAM patriam meam & alias Saxoniæ vrbes duriter afflixit. Hanc luem antecedens Cometa sine dubio designauit.

—Messis hoc anno propter assiduas pluuias vehementer impedita est, vnde anno sequenti annonæ caritas est secuta.

IACOBVS ANDREÆ, Sacræ Theologiæ Doctor, in initio anni 1580.

1579 fuit apud IVLIVM ducem Brunsuicensem.

21. die Ianuarij, hora dimidia ante secundam matutinam, placidè in Christo obdormiuit Domina MARGARETA, illustrissimi principis ac Domi-

4 21 CB ni, Domini Iulii Ducis Brunsuic. filia, ætatis suæ anno 9. Eodemq; hoc anno 1580. ciuis quidã Hannouerensis Albertus Henck duos catellos per vomitũ

5547 eiecit

Anni mundi. Anni Christi.

Cyclus ☽ Cyclus ☉

eiecit, quod an naturaliter fieri potuerit, variè à Doctoribus Medicinæ & alijs viris doctis disputatum est.

—FORMVLA CONCORDIÆ ecclesiarum nostrarum, in plerisque articulis fidei, typis excusa publicatur.

—Autumni tempore horribile Chasma in cœlo visum est per totam Germaniam, & sequutus est morbus quidam inconsuetus.

1580 5 22 A

5548 —Doctor Christophorus Pezelius & reliqui Theologi Bremenses, de præsentia corporis & sanguinis Christi in cœna Dominica, aliter docent, quàm Lutherus, Bugenhagius, Eberus, & alij pij Doctores olim fecerunt, idq; edito libello publicè fatentur.

—Die Petri & Pauli Grunouiæ in ducatu Brunsuicensi grando pinnulis vndiq; circundata de cœlo cecidit, ouorum magnitudinem repræsentans.

1581 6 23 G —23. die decembris, anno 1581. decessit ex hac miserrima vita, Doctissimus & eloquentissimus vir, Dominus Magister Bartholomæus VVolfhartus Mansfeldensis, Superintendens ecclesiæ Hildesheimensis per annos 22. cum viuendo compleuisset annos ætatis suæ 66.

5549 —Mense Februario anno Christi 1582. mortuus est OTTO vltimus comes ab Hoia. Terram eius occuparunt IVLIVS & ERICVS duces Brunsuicenses, & VVILHELMVS dux Lunæburgensis. Eodem ferè tempore Hermannus comes Schovvenburgensis resignauit ecclesiæ Mindensi, & successit illi HENRICVS IVLIVS episcopus Halberstadensis, illustrissimi principis ac Domini, Iulij Brunsuicensis ducis filius

—Hoc tempore factus est Superintendens ecclesiæ Hildesheimensis DOCTOR CONRADVS BECCERVS patricius Brunsuicensis.

1582 —11. die Nouembris MARIA, IVLII ducis Brunsuicensis filia, matrimonio iuncta est Francisco inferioris Saxoniæ Duci.

7 24 F —Circa finem Februarii, è vita decessit PHILIPPVS, vltimus comes de Spiegelberg & Pyrmont, ex familia comitum Lippiensium, cum mater paucis diebus post, sexto videlicet Martii consequuta est animi dolore extincta.

5550 —ELIZABETH, IVLII Ducis Brunsuicensis filia, hoc tempore matrimonio iungitur ADOLPHO Comiti Schovvenburgensi.

—ERNESTVS Dux Bauariæ, Episcopus Hildesheimensis, declaratus est Archiepiscopus Coloniensis aduersus Gebhardum Truchsesium, qui paulò ante propter contractum matrimonium, in summum Pontificis Romani inciderat odium. Exarsit ex hac schismatica electione funestum bellum in diœcesi Coloniensi.

1583 —13. Nouembris placidè obdormiuit Reuerendissimus & doctissimus vir, Dominus HENRICVS LAMPADIVS Grunouiensis, senior ecclesiæ

8 25 ED Brunsuicensis, & pastor ad Sanctum Magnum, qui doctrinæ Euangelicæ in Ecclesia Brunsuicensi iecit prima fundamenta. Obiit anno ætatis 18. ministerii sui 58.

5551 —Circa initium anni 1584. post natū Christum, inconsuetum agmen animæ visum est in terra Brunsuicensi, haud procul ab arce Lavvenstein

Anni Mundi. Anni Iuliani post natū Christum.

GEBHAR-

Cyclus ☽ Cyclus ☉

—GEBHARDVS DAPIFER siue Thruchesius, Archiepiscopus Coloniensis, omni sua ditione exutus, ad Guilhelmum Vraniæ Principem in Belgicum profugit. Sed GVILHELMVS VRANIÆ PRINCEPS, Gubernator Belgici, 10. Iunij tormento manuario perfidiosè traiectus, miserè interijt. Homicida Balthasar Gerhardus Burgundus, captus, & horribili capitali supplicio est affectus.

—7. die Nouembris, anno post natum Christum 1584. horis post meridiem 12. nocte videlicet media inter 7. & 8. diem Nouembris, TOTA LVNA DEFECIT, ad digitos 17. eodemque momento temporis ERICVS IVNIOR DVX BRVNSVVICENSIS, Papiæ in Italia repentina morte est extinctus, ætatis suæ anno 57. & successit illi IVLIVS DVX BRVNSVVICENSIS ET LVNEBVRGENSIS, qui præfuit terræ Calenbergensi, & Gottingensi, annis 4. & mensibus 5.

1584 — 9 26 C

SIXTVS QVINTVS Papa, qui Gregorio XIII. nuper successerat, Henricum Nauarræ Regem & Henricum Condensium Principem, anathematis fulmine prosequitur. Sixtos Pontifices Onuphrius Xystos vocat.

5552 —Incolæ terræ Calenbergensis, Illustrissimo principi ac Domino, Domino Iulio Duci Brunsuicensi, se iuramento obstrinxerunt.

—26. die Septembris, Henricus Iulius Episcopus Halberstadensis, Iulij Ducis Brunsuicensis ac Luneburgensis filius, VVolferbyti nuptias celebrauit cum Domina DOROTHEA, Augusti Electoris Saxoniæ filia.

—Calendis Octobris mortua est illustrissima Domina Anna, Christiani eius nominis tertij Danorum Regis filia, vxor Augusti Electoris Saxoniæ, ætatis suæ anno 52. Coniugij autem 38.

AVGVSTVS Dux Saxoniæ Elector, vltimum mortalis suæ vitæ diem clausit, anno post natum Christum 1586. vndecimo Februarij, ætatis suæ anno 60. gubernationis 33. & post 4 hebdomadas illustri pompa funebri sepultus est Fribergi, 13. Martij, Dominica Lætare. Successit illi filius Christianus, Septemuir & Archimarschallus sacri Romani Imperij, qui & hodie rebus præest.

1585 — 10 27 B

5553 DOCTOR MARTINVS CHEMNITIVS, insignis Theologus & Superintendens Ecclesiæ Brunsuicensis cælestem in patriam commigrauit, 8 die Aprilis hora noctis 12. ætatis suæ anno 64. ministerij autem 33. cum post Doctoris Ioachimi Morlini abitum in Borussiam, Ecclesiæ Brunsuicensi præfuisset annis 18. Sepultus est decimo die Aprilis, in magna frequentia populi.

—5. die Iunij obijt VVitebergæ Doctor Matthæus VVesenbecius insignis Iureconsultus.

—Calendis Octobris obijt Adolphus Dux Holsatiæ, cum viuendo compleuisset anno 60. & menses 8.

—26. Nouembris placidè in Christo obdormiuit M. IOHANNES FALCONIVS, Physicus & Medicus Hamelensis.

—DOCTOR CONRADVS BECCERVS Superintendens Ecclesiæ Hildesheimensis remouetur ac officio, huic paulò pòst suffectus est M. IOHANNES VDENIVS Hildesianus.

1586 — 11 28 A

—Doctori Martino Chemnitio in Ecclesia Brunsuicensi successit IOHANNES HEIDENRREICH, Theologiæ Doctor.

5554 —DOROTHEA HEDEVVIGIS, Reuerendissimi & illustrissimi Principis, Domini Henrici Iulij Episcopi Halberstadensis, Ducis Brunsuic. ac Luneburgensis filia nascitur 3. die Februarij, & paulò pòst, videlicet 13. Februarij, mater Dorothea, Augusti Electoris Saxoniæ filia, ex hac miserrima vita decessit, inter 6. & 7. horam matutinam. Sepulta est Henricopoli, Dominica Oculi, 19. Martij.

—Reuerendissimus & Doctissimus vir M. IACOBVS GODFRIDVS, minister verbi diuini Ecclesiæ Brunsuicensis ad sanctum Martinum, præmatura morte decessit, 12. Cal. Aprilis, paulò ante sextam vespertinam. Fuit hic gener Doctoris Martini Chemnitij.

Dominus BASILIVS SATLERVS, sacræ Theologiæ Doctor, claret in aula IVLII Ducis Brunsuicensis.

1587 — 12 1 GF

IOHANNES RICHIVS Hannouerensis, vtriusque Iuris Doctor, obijt Hildesiæ, 4. die Augusti: ætatis suæ anno 70.

Multa millia Germanorum, cùm serenissimo & illustrissimo domino Henrico Nauarræ Regi suppetias ferrent, partim à Guisiano exercitu in Gallia cæsa & trucidata sunt, partim etiam peste & sanguinis profluuio miserè interierunt.

5555 In principio anni 1588. post natum Christum, Rudolphi 2. Imp. frater Maximilianus archidux Austriæ, cum post obitum Stephani Regis, in schismatica electione nominatus esset Rex Polonorum ab aduersarijs capitur, & designatur Rex Polonorum Sigismundus, Iohannis Svvecorum Regis filius.

Anni mundi. Anni Iuliani post natum Christum.

Oooo iij FRIDE-

Indictio prima.

FRIDERICVS SECVNDVS REX DANORVM, obijt 4. die Aprilis circa vesperam, ætatis suæ anno 54. Regni autem 30. & successit illi filius CHRISTIANVS QVARTVS eius nominis Rex Danorum.

3. die Maij obijt clarissimus & nobilissimus vir DOCTOR IOACHIMVS MYNSINGERVS à Frondeck, cancellarius IVLII ducis Brunsuicensis.

30. die Iulii, & in principio Augusti, aliquot secundis prælijs profligata est ingens classis Hispanorum, ab Anglis, auspicijs ELIZABETHÆ Anglorum Britannorumq; Reginæ, quæ egregiam reportauit victoriam.

DOCTOR TILEMANNVS HESHVSIVS, Insignis Theologus & professor inclytæ scholæ IVLIÆ commigrauit in cælestem Academiã mense Septembri. Huic successit Dominus DANIEL HOFMANNVS The-

1588 ologiæ doctor.

13 2 E

HENRICVS DE SALDER, vir amplissimus & nobilissimus in terra Brunsuicensi, eruditionis splendore etiam doctissimos quosq; superans,

5556 obiit in principio Decembris, ætatis suæ anno 57.

In fine huius anni 1588. paulò ante natalem Christi, in Gallia mandato Regis Henrici Tertij, occisus est HENRICVS DVX GVISIVS in conspectu Regis. Deinde etiam capti & occisi sunt Cardinalis de Lotharingia, Episcopi Lugdunensis & Amiensis, & multi alii Duces ac principes.

Vndecimo Martii introducti sunt Superintendentes Henricus BOETIVS sacræ Theologiæ Licentiatus, in terram Calenbergensem, & M. IOHANNES Süßfleisch in terram Gottingensem.

Reuerendus, clarissimus & doctissimus vir, Dominus POLYCARPVS LEISERVS, sacræ Theologiæ Doctor, in locum Domini Doctoris Iohannis Heidenreich, factus est Superintendens Ecclesiæ Brunsuicensis.

1589 Tertio die Maii, inter 6. & 7. vespertinam, obiit Illustrissimus princeps ac Dominus, Dominus IVLIVS, Dux Brunsuicensis ac Luneburgensis, ætatis suæ anno 61. gubernationis autem 21. Sepultus est Henricopoli, illustri pompa funebri, in magna frequentia Principum, Comitum & Nobiliũ &c. ipso die solstitij æstiui, vndecimo videlicet Iunii, quo pater ipsius Illustrissimus Dux Henricus, ante annos 21. fuerat mortuus. Successit Duci Iulio filius HENRICVS IVLIVS, Episcopus Halberstadensis, Dux Brunsuicensis ac Luneburgensis, ætatis suæ anno 25. cuius gubernatio vt salutaris, felix & tranquilla sit, ex animo precor.

14 3 D

5557

22 die Iulii, iuxta Calendarium Iulianum, Calendis autem Augusti secundum Calendarium Gregorianum, paucis diebus post sepulturam Illustrissimi Ducis Iulii, Henricus Valesius Gallorum Rex, perfidiosè confossus est ab improbo & scelerato monacho Iacobo Clemente, & successit in Galliæ regno generosissimus & illustrissimus princeps, Henricus rex Nauarræ.

1590

15 4 C

Paschatis tempore Reuerendissimus Illustrissimusq; princeps & Dominus, Dominus HENRICVS IVLIVS, Episcopus Halberstadensis, Dux Brunsuicensium & Luneburgensium, nuptias celebrauit in Dania, cum Illustrissima Domina Elizabetha, Friderici secundi Daniæ regis filia, quæ eodẽ hoc anno æstate feruentissima, 20 die Iunii, celebri pompa nuptiali, in magna frequentia principum, VVolfferbytum est ingressa. Adsit Deus hoc coniugio, & faciat, vt patriæ nostræ sit salutare.

5558

1591

16 5 BA

5559

Anni mundi. | Anni Iuliani post natum Christum.

HENRI-

HENRICVS NORTMEIERVS SORORIO SVO MAGISTRO Henrico Buntingo salutem.

BVntinge exuperas Parnaßi culmina montis,
Dum monstras Christum, tempora, bella, vias.
Ars parit inuidiam, sed laus suppressa refulget,
Hostes ingratos ars bona semper habet.
Allatret liuor, tu contra audentior ito,
Nam tua multa docent aurea scripta simul.
Ingenio poteris superas volitare per arces,
Obseruans oculis sidera clara poli.
Insuper & Christum suprema in sede locatum,
Voce pia celebras, qui regit astra probè.
Ecce domum, Dominumq́ simul tua scripta notarunt,
Hoc animaduertens disco salutis iter.
Est etenim Christus Mediator, ianua vitæ,
Spes mea, lux mundi, gloria magna patris.
Viue diu celebrans Dominum perdocte Magister,
Coniuge cum casta vir venerande vale.

VVolfferbyti Calendis Augusti anno Christi 1589.

IN GLORIAM DEI, DE cantu auium tempore veris.

HOrtos iam nitidos variis ver floribus ornat,
Lusciniaq́; canunt gutture dulce melos.
Iam frondent syluæ, nunc formosißimus annus,
Laudibus extollit nunc Philomela Deum.
Et caßitta suis ad cœlum subuolat alis,
Concelebrans laudes conditor alme tuas.
Dicitur hæc volucris de cantu suauis alauda,
Nam canit hæc laudes dulcis alauda Dei.

Melli-

Mellifluas reddunt merula quoq; gutture voces,
Concentus blandos & rubicilla facit.
Turdus & ardea, pica loquax & garrula cornix,
Ingeminant voces, sola columba gemit.
Sed motacilla, coturnix, passer, acanthis, hyrundo,
Concentum variant, luteolaq; canunt.
Accipiter, falco, miluus, vulturq; reclamant,
Conficiunt modulos strymoniaq; grues.
Mox crocitat coruus, clamat quoq; pauo superbus,
Tintinit & parus, regulus ore canit.
Graculus & picus, fringilla, monedula, perdix,
Efficiunt uarios ore repentè sonos.
Quam benè distinguit gallus quoq; tempora cantu?
Et repetit voces psittacus ore loquax.
Candida mox crepitat longoq; ciconia rostro,
Illepidos cuculus conficit ore sonos.
Nocte trahit querulas Voces in culmine bubo,
Flebilis estq; sonus noctua parua tuus.
Stridet anas rostro, clamat vel sibilat anser,
Et moriens cygnus gutture dulcè canit.
Hæc animaduertens autorem laudibus ipsum
Extollas moneo, concelebresq; Deum.

Henricus Buntingus M.

DE ANNI CORRECTIONE, QVÆ ANNO CHRISTI 1582. PER GREGORIVM 13. pontificem Romanum facta est, quid sentiendum sit.

IN fine operis nunc pauca quædam addenda sunt, de anni emendatione, quam Gregorius XIII, Pontifex Romanus nuper inuexit, non sine maxima temporum confusione: Subiicio igitur aliquot Theses & Antitheses, quæ breuiter & succinctè, quid de anni illa correctione sentiendum sit, ipsa luce clarius demonstrant.

Meletius si legisses nō scripsisses. Infamia &c ignō ... [handwritten marginal note, partly illegible]

THESES, ANNORVM IVLIANORVM ELEGANTIAM, CERTITVDINEM, & conuenientiam declarantes.

1.

ANnus Iulianus legitimè institutus est, à C. Iulio Cæsare, primo Romanorum Imperatore, consensu totius Romani Imperij, nam senatus in acta Cæsaris iurauit.

2.

Calendarium Iulianum à sancta Catholica & apostolica Christi Ecclesia, non solum receptum, verum etiam approbatum & confirmatum est in Concilio Niceno, omnibusq; alijs sacris synodis, sicut tot sanctorum patrum scripta testantur.

3.

Æquabilitas annorum Iulianorum, dependet ab ipsa Domini nostri Iesu Christi incarnatione. Quamuis enim post obitum Iulij Cæsaris, propter vitiosam intercalationem diei bisexti, anni Iuliani ratio deprauata fuerit, tamen regularitas intercalationis, non sinè singulari, Dei prouidentia, in ipso initio annorum Domini, per Octauianum Augustum secundum Romanorum Imperatorem restituta est.

4.

Propter annorum Iulianorum æquabilitatem, tot annorum seculis nulla facta est in festis fixis discrepantia.

5.

Computus Ecclesiasticus à sanctis patribus Calendario Iuliano adiunctus, pulcherrimo ordine monstrat, quibus diebus multis iam seculis, singulis annis festa mobilia celebrata sint.

6.

Cyclus decemnoualis, quem aureum numerum vocant artifices, in anno Iuliano, breui interueniente calculo, non tantum singulis annis Christi, verùm etiam retro ad initium vsq; mundi, nouilunia & plenilunia monstrare potest, vt supra in Isagoge nostra Chronologica declarauimus.

7.

Cyclus Solaris à Sanctis patribus annis nostris Iulianis inscriptus, hebdomadarum ferias retrò numerat, non tantum ad natum vsq; Christum, verùm etiam ad principium vsq; mundi, sicut eadem Isagoge nostra Chronologica luce clarius demonstrat.

8.

Æquinoctia & Solstitia, quamuis in anno Iuliano tardissimè reciprocent, ante vltimam tamen mundi conflagrationem, ex mensibus suis, quibus assignati & inscripti sunt à Iulio Cæsare, non sunt egressuri. Sed quod obseruatione dignissimum est, anticipatione sua semper propius accedunt ad Calendas suorum mensium, atq; ita successu temporis, absq; vllius hominis correctione, ex seipso, signorum Zodiaci initia cum Calendis mensium coniungere possent, pulcherrimumq; annum solarem conficere, si filius Dei postremo suo aduentu, ad nouissimum diem, vltimamq; temporum consummationem non festinaret.

9.

Tardissima illa æquinoctiorū & solstitiorū reciprocatio, hoc efficit in Calendario Iuliano vt singuli dies, cum singulis semper gradibus Zodiaci, cohærere non possint. Hæc tamē anomalia facilè corrigi posset, si singulis 134. annis, vnius bisexti intercalatio omitteretur. Sed cum anticipatio illa æquinoctiorum & solstitiorum, citra iacturam fidei fieri posit, nulla est causa satis firma, cur reciprocatio hæc sit corrigenda.

Quamuis

10.

Quamuis propter reciprocationem æquinoctiorum, cycli etiam decemnoualis tardissimam anticipationem, festum paschatis (absq; vlla tamen iactura fidei) interdum paulò remotius à veteri termino paschali discedat, tamen inde non sequitur, Calendarij emendationem necessariò suscipiendam esse. Nemo enim vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, inquit apostolus Paulus ad Collossenses 2. cap.

11.

Cum sacri patres in synodo Nicena, in Paschatis celebratione à veteris testamenti consuetudine discesserint, possemus & nos pro eadem libertate Christiana, modò id sacro Romano Imperio ita placeret, omnia festa mobilia in festa fixa mutare, vt ita resurrectio Christi celebraretur quotannis quinto die Aprilis: Ascensio Domini 14. die Maij: & effusio Spiritus sancti 24. die eiusdem mensis: tunc enim annus ex omni sua parte semper maneret æquabilis. Vel si hebdomadarum ferias retinere mallemus, die Dominico qui proximè sequeretur Calendas Aprilis, resurrectio Christi (à qua reliqua deinde festa mobilia dependent) erat obseruanda, tunc enim valde exigua maneret inæqualitas.

12.

Sed cum iam vltima instet totius mundi conflagratio, sicut tot vaticinia Christi, prophetarum, & apostolorum, imò ipsius etiam antichristi reuelatio, & multa alia signa declarant, nullam video causam satis firmam, propter quam in hac vltima senecta mundi, Calendarij emendatio sit suscipienda vel admittenda.

13.

Cum annus Iulianus non sit Lunaris, nec simpliciter Solaris, sed magna ex parte politicus atq; ciuilis, ad Solis & Lunæ conuersiones, non ita scrupulosè & strictè alligatus, vt singuli dies, singulis Solis aut Lunæ periodis quotannis respondere possint, paschatis obseruatio in nostro Calendario, citra iacturam fidei ab æquinoctij die aberrare potest, præsertim postremis his temporibus mundi, quibus tot signa ac vaticinia vltimam mundi ruinam minitantur.

14.

Vera Ecclesia Christi acquiescit in solo verbo Dei, in scriptis videlicet propheticis & apostolicis, nec suscipit mutationem legum & temporum, sed amat pulcherrimam illam anni correctionem, quæ non sine singulari Dei prouidentia, paulò ante Christi incarnationem, per Augustum Cæsarem restituta est, & à tot sanctis synodis ac patribus recepta & confirmata.

15.

Quemadmodum Christiani nihil curant festa Iudæorum & Turcorum, ita & salua conscientia festa papistarum negligere possunt & debent, ne vno eodemq; tempore, quo nos Christum colimus, illi eum summa contumelia afficiant.

ANTITHESES CALENDARII GREGORIANI INCONVENIENTIAM ET FALSITATEM DECLARANTES.

1.

Annus Gregorianus illegitimè institutus est, absq; consensu sacri Romani Imperij, à Pontifice Romano Gregorio XIII. qui nec vicarius Christi, nec caput Romani Imperij esse potest, cum ipse Christus sit caput & gubernator Ecclesiæ suæ, qui loquutus est ad apostolos: Reges gentium dominantur, vos autem non sic. Et ad Petrum: Conuerte gladium tuum in vaginam. Iohan. 18.

2.

Calendarium Gregorianum ab vniuersa Christi Ecclesia nondum est receptum, multò minus approbatum aut confirmatum, nec sine magna temporum confusione admitti potest.

Annus

3.

Annus Gregorianus nuper primùm excogitatus, sublatis ex anno 1582. decem diebus, turbat æqualitatem annorum, ab ipso initio annorum Christi dependentem.

4.

Gregoriana correctio exemptis ex veteri Calendario decem diebus, in festis fixis summam inuexit discordantiam. In Synodo enim Nicena nulla fuit de festis fixis controuersia, eam hoc nostro tempore, importuna ac inepta sua anni correctione, Pontifex Gregorius, peruersi dæmonis instinctu primum inuexit.

5.

Computus Gregorianus sublatis annis Iulianis, & veteri computo Ecclesiastico, quibus diebus singulis annis post natum Christum, festa mobilia obseruata sint, indicare non potest.

6.

Gregorianus annus Cyclum decemnoualem interrumpens, beneficium aurei numeri tollit & nouilunia & plenilunia retrò monstrare non posit, nisi aut annus noster Iulianus prius in integrum restituatur, aut dies illi decem, quos Pontifex singulari audacia ex Calendario surripuit, ante annum 1583. iterum adijciantur.

7.

Computus Gregorianus, Cyclorum Solarium periodum tot seculis vsitatam, disrumpens & confundens, si furtum illud decem dierum nobis non reddiderit, hebdomadarum ferias retrò numerare non potest.

8.

Æquinoctia & Solstitia in Calendario Gregoriano multò remotius absunt à principijs suorum mensium, quàm in nostro Calendario, nec poterunt tanta facilitate annos Solares conficere, nec ad ipsa etiam tempora conceptionis & natiuitatis Christi rectè accommodata sunt. Anno enim incarnationis Domini nostri Iesu Christi, Sol æquinoctium fecit 23. die Martij, & Solstitium brumale 23. die Decembris, cum tamen Pontifex Gregorius, æquinoctia & Solstitia cum 21. die horum mensium coniunxerit, atq ita duobus integris diebus à vero scopo aberrauerit. Glorientur ergo quantumuis velint nostri aduersarii, festa tamen fixa prioribus suis sedibus nondum sunt restituta. Non enim ad tempus concilij Niceni, sed ad ipsum incarnationis Christi annum, correctio erat dirigenda. Nam Christus non Constantini tempore conceptus aut natus est, sed sub Cæsare Augusto, vt sacræ testantur literæ. Sed hoc Pontificij illi correctores, ipsa talpa cæciores, videre non potuerunt, nec etiam debuerunt.

9.

Pontifex Romanus somniauit se posse tale conficere Calendarium, in quo festa fixa, iuxta motum Solis, suis annis reuolutionibus rectè responderent, cum tamen dies conceptionis, natiuitatis, & circumcisionis Christi, ad priores suos terminos nondum exactè reduxerit. Non possum ergo satis narrare, quàm ineptum mihi hoc, & prorsus alienum videatur inceptum.

10.

Pontifex Gregorius, suscipiens hoc nostro seculo anni correctionem, singulari quadam audacia, contra doctrinam Apostoli Pauli, nos iudicat non tantum in cibo & potu, verum etiam in parte diei festi, Neomeniæ, & Paschatis. Retundenda igitur est hæc audacia, pugnans cum libertate Christiana & doctrina Apostolica. Colos. 2.

11.

Pascha Gregorianum est mobile, non potest igitur annorum anomaliam & inæqualitatem tollere.

12.

Pontifex Romanus Calendarij correctionem suscipiens, re ipsa declarat securitatem suam & Epicureum contemptum verbi diuini, quem & Apostolus Petrus egregiè depingit, in postrema sua Epistola, cap. 3. Sic inquiens: Venturi sunt in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias suas concupiscentias ambulaturi sunt, & dicturi: Vbi est pollicitatio aduentus eius? Rectius ergo fecisset Papa, si omisso Calendario, alia magis necessaria curasset, & correctionem aulæ Romanæ suscepisset, qui omnibus hæresibus, Idolatrijs, adulterijs, & scortationibus abundat.

13.

Gregorius XIII. scripturus Calendarium quod esset perpetuum, & nullam in posterum requireret emendationem, debuisset prius festa fixa ad veros suos terminos reducere, aut annos ac menses ciuiles prorsus conuertere in annos ac menses Solares. Sed vtrumq; hoc nondum factum est. Valeat ergo cum inepta sua & confusa Calendarij correctione.

14.

Pontificia Ecclesia, alio quam Apostolica vtens Calendario, alienam se esse declarat, à veteri sanctorum patrum communione, quod & res ipsa demonstrat. Sermones enim contra excelsum loquitur, sanctos altissimi conterit, & putat se posse mutare leges & tempora, sicut prædixit Propheta Daniel, cap. 7.

15.

Pontifex Romanus, quamuis prorsus alienus sit à nostra doctrina, & toto cultu diuino à nobis dissentiat, tamen nouum fingens Calendarium, suos dies festos callidè nobis obtrudere conatus est, vt ita consentiremus in ipsius decreta, quæ Doctor Martinus Lutherus, piæ memoriæ, toties damnauit. Non obtemperandum est igitur bestiæ Romanæ.

16.

Quemadmodum Pontifex Romanus, festa conceptionis & natiuitatis Christi, veris suis sedibus nondum restituit, vt supra demonstratum est, sic quoq; omnia reliqua festa stabilia, veris suis annuis reuolutionibus respondere non possunt. Falsa est igitur est omnis illa festorum fixorum correctio.

17.

Nihil hic dicam de illa temporum confusione, quæ ex inepta hac & absurda anni correctione, in contractibus, nundinis, agricultura, & alijs actionibus occurrit. Dato enim vno inconuenienti, sequuntur plura. Valeat ergo Pontifex Romanus cum indoctis suis mathematicis, qui ex insano & peruerso suo cerebro, tantam in orbem terrarum inuexerunt confusionem.

INTERVALLA ECLIPSIUM, TEMPORUM INTERVALLA DEMONSTRANTIA.

I.

A Plenilunio Ecliptico, quod factum est primo anno Mardocempadi, qui fuit Monarcha Babyloniorum, quem Merodach Sacræ appellant literæ, ad Eclipsin Lunæ, quæ incidit in septimum annum Cambysis, secundi regis Persarum, sunt intermedij anni Iuliani 198. dies 119. hora 1. scrup. 10.

II.

Ab Eclipsi Lunæ, quæ contigit septimo anno Cambysis, secundi regis Persarum ad plenilunium illud Eclipticum, quod duodecima nocte ante vltimam pugnam Darij & Alexandri Magni ad Arbelam factum est, sunt anni Iuliani 192. dies 64. horæ 22. scrup. 11.

III.

A plenilunio hoc Ecliptico, quod victoriam Alexandri Magni ad Arbelam proximè antecessit, ad Eclipsin Lunæ totalem, quæ conspecta est nocte illa, quæ antecessit postremam pugnam consulis L. Æmylij Pauli, & Persei vltimi regis Macedonum, sunt intermedij anni Iuliani 162. dies 273. horæ 23. scrup. 19.

Ergo à primo anno Mardocempadi, ad destructionem regni Macedonici, sunt completi anni Iuliani 553. dies 93. & horæ aliquot.

IIII.

Ab Eclipsi Solis, quæ facta est anno mortis Romuli, ad defectum Lunæ totalem, qui factus est secundo die Septembris, sexto anno imperij Caroli Magni, anno Domini 806. numerantur completi anni Iuliani 1521. dies 98. horæ 5. scrup. vndecim. Regnauit autem Romulus annos 37. Sunt ergo à principio Romuli ad imperium Caroli Magni anni Iuliani 1552. Condita est enim Roma annis 752. ante initium annorum Domini vsuale, & annis 800. ab eodem vulgari initio annorum Christi, Carolus Magnus cœpit imperare.

Ita Eclipsium interualla, monstrant interualla Monarchiarum.

V.

A deliquio Lunæ, quod factum est anno 5. Nabuchodonosoris, quem Ptolemæus Nabopollassarum vocat, ad plenilunium Eclipticum paschale, quo Christus Filius Dei sub

Pontio

Pontio Pilato passus & sepultus est, sunt anni Iuliani 652. dies 346. horæ 12. scrup. 18. Qui faciunt præcisè annos Hebræorum 653. Sed à principio mundi ad plenilunium Eclipticum quinti anni Nabuchodonosoris, sunt completi anni Iuliani 3347. Passus igitur est Christus, cum ab initio mundi præcisè essent completi anni 4000.

VI.

Ab Eclipsi Lunæ, quæ Cæsare Tiberio imperium inchoante visa est, decimo quinto anno ætatis Christi, ad plenilunium Eclipticum passionis dominicæ, sunt anni Iuliani 18. dies 188. horæ 10. scrup. 54.

Ergo Christus crucifixus est ætatis suæ anno 34. qui fuit 19. annus Cæsaris Tiberij, atq; ita Eclipsium interualla monstrant verum tempus ætatis Christi.

VII.

A defectu Solis, qui factus est anno mortis Romuli, ad plenilunium illud, quod circa tempus Solstitij æstiui contigit, tribunis militum tribus Fabijs, anno vrbis Romæ 365. cum circa initium Olympiadis 98. vrbs Roma à Gallis caperetur, sunt completi anni Iuliani 327. dies 28. horæ 4. scrup. 20.

VIII.

A plenilunio illo Solstitiali, iterum ad plenilunium Eclipticum paschale mortis Christi (quo tempore & Sol præternaturaliter defecit, iuxta sententiam Phlegonis quarto anno 202. Olympiadis) numerantur anni Iuliani 419. dies 284. horæ 5. scrup. 56.

Ita & Olympiadum series Eclipsium interuallis confirmatur.

IX.

A plenilunio Ecliptico, quod decimoquinto anno ætatis Christi, paulò post obitum Cæsaris Augusti factum est, ad horribilem illam Eclipsin Solis, quæ conspecta est 24. die Ianuarij, anno Domini 1544. sunt intermedij anni Iuliani 1529. dies 119. horæ 4. scrup. 22. Si adieceris annos ætatis Christi in priori Eclipsi completos quatuordecim, dies 269. horas 5. scrup. 17. à vera Christi natiuitate ad posteriorem Eclipsin Solis habebis completos, annos Iulianos 1544. dies 23. horæ 9. & scrup. 39. atq; ita posterior hæc Eclipsis Solis incidit in annum post veram Christi natiuitatem 1545.

Ergo initium annorum Christi vsuale, integro anno à vera ipsius natiuitate aberrat, omnesq; anni post natum Christum, qui tot seculis in vsu fuerunt, intelligendi sunt completi & non currentes, quod idem & fasti consulares probant.

X.

A Solis Eclipsi, quæ teste Liuio, L. Scipione Asiatico, & C. Lælio consulibus, visa est anno vrbis Romæ 563. ad defectum Solis, quem Plinius Vipsanio & Fonteio consulibus factum esse scribit, anno ab vrbe condita 811. sunt intermedij anni Iuliani 248. dies 47. horæ 5. scrup. 42. quod cum fastis consularibus rectè conuenit.

Scribant alij Chronologias vt velint, hæc tamen Eclipsium interualla sunt immutabilia, & variari nunquam poterunt.

ECLIPSIVM CATALOGVS.

1 Eclipsis Solis facta est tempore conceptionis Romuli & Remi, anno mundi 3199. teste Plutarcho.
2 Eclipsis Lunæ totalis primo anno Mardocempadi, anno mundi 3247. teste Ptolemæo.
3 Eclipsis Lunæ, secundo anno Mardocempadi facta, anno mundi 3248. Ptol.
4 Eclipsis Lunæ, secundo anno Mardocempadi facta, anno mundi 3249. Ptol.
5 Eclipsis Solis, paulò ante mortem Romuli, anno mundi 3254. Plut.
6 Eclipsis Lunæ, quinto anno Nabopollassaris, anno mundi 3348. Ptol.
7 Eclipsis Solis, à Thalete Milesio prædicta, facta est anno mundi 3384. Plin. Herodot.
8 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 170. incidit in annum mundi 3386. Plin.
9 Eclipsis Lunæ, septimo anno Cambysis, anno mundi 3446. Ptol.
10 Eclipsis Lunæ, 20. anno Darij filij Hystaspis, anno mundi 3467. Ptol.
11 Eclipsis Lunæ, 31. anno Darij filij Hystaspis, anno mundi 3478. Ptol.
12 Eclipsis Solis, facta est, cum Xerxes aduersus Græcos exercitum duceret, anno mundi 3488. Herodot.
13 Eclipsis Solis, anno primo belli Peloponnesiaci, anno mundi 3538. Thucyd.
14 Eclipsis Solis, in initio octaui anni belli Peloponnesiaci, anno mundi 3544. Thucyd.

15 Eclipsis Solis, vltimo anno belli Peloponnesiaci, anno mundi 3565. Thucyd.
16 Eclipsis Lunæ, Phanostrate Archonte, anno mundi 3586. Ptol.
17 Eclipsis Lunæ, Phanostrate Archonte, anno mundi 3587. Ptol.
18 Eclipsis Lunæ, Euandro Archonte, anno mundi 3587. Ptol.
19 Eclipsis Lunæ, totalis duodecima nocte, ante pugnam Darij & Alexandri Magni ad Arbelam anno mundi 3638. Plin. Plutarch. & Q. Curtius.
20 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 536. Cn. Seruilio, & C. Flaminio Coss. anno mundi 3751. Liuius.
21 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 550. Cn. Seruilio Cæpione, & C. Seruilio Gemino Coss. anno à principio mundi 3766. Liu.
22 Eclipsis Solis, circa finem anni vrbis Romæ 551. Ti. Claudio Nerone, & M. Seruilio Gemino Coss. paulò post vltimam pugnam Scipionis & Hannibalis, anno mundi 3767. Liu.
23 Eclipsis Lunæ, anno à Nabonassaro 547. quinquagesimo quarto anno secundæ Periodi Calippi, anno mundi 3768. Ptol.
24 Eclipsis Lunæ, totalis eodem anno facta, teste Ptol. lib. 4. cap. 11. videlicet anno mundi 3768.
25 Eclipsis Lunæ, iterum totalis anno 55. secundæ Periodi Calippi, anno mundi 3769. Ptol.
26 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 563. Scipione Asiatico & C. Lælio Coss. anno mundi 3778. Liu.
27 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 565. C. Liuio Salinatore, & M. Valerio Messala Coss. anno à principio mundi 3781.
28 Eclipsis Lunæ, septimo anno Ptolemæi Philometoris, anno mundi 3795. Ptol.
29 Eclipsis Lunæ, anno vrbis Romæ 585. L. Æmylio Paulo & C. Licinio Crasso Coss. anno ab initio mundi 3801.
30 Eclipsis Solis, facta anno 37. tertiæ Periodi Calippi, anno mundi 3827. Ptol.
31 Eclipsis Lunæ, facta est anno vrbis Romæ 708. paulò ante obitum Iulij Cæsaris, anno mundi 3924.
32 Eclipsis Lunæ, anno vrbis Romæ 766. duobus Sextis Pompeio & Apuleio Coss. paucis hebdomadibus post mortem Augusti Cæsaris, anno Christi 15.
33 Eclipsis Lunæ, facta paulò post sepulturam Christi, anno Domini 33.
34 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 797. M. Vinitio iterum, & Statilio Cornino Coss. anno Christi 45. Dion.
35 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 811. Vipsanio & Fonteio Coss. anno Christi 59. Plin.
36 Eclipsis Lunæ, anno 9. Cæsaris Adriani, anno Christi 125. Ptol.
37 Eclipsis Lunæ, anno 17. Cæsaris Adriani, anno Christi 133. Ptol.
38 Eclipsis Lunæ, anno 19. Cæsaris Adriani, anno Christi 134. Ptol.
39 Eclipsis Solis, primo anno Gordiani Iunioris Romanorum Imperatoris facta, anno Christi 237. Iul. Capitol.
40 Eclipsis Solis, anno vndecimo Imp. Constantij, anno Christi 347. Marianus Scotus, & Hieronymus Presbyter.
41 Eclipsis Solis, anno vrbis Romæ 1112. Constantio Aug. X. & Iuliano Cæsare III. Coss. anno Christi 360. Ammian. Marcellin.
42 Eclipsis Solis, anno 9. Imperatoris Mauricij, anno Christi 592. Annales Constantinop.
43 Eclipsis Solis, quam obseruauit Venerabilis Beda in Anglia, Anno Christi 664.
44 Eclipsis Lunæ, anno Christi 683. Centuria Eccl. lib. 7. ex lib. paschali.
45 Eclipsis Solis, anno 20. Imperatoris Constantini Copronymi, anno Christi 760. Annal. (Const.
46 Eclipsis Solis, anno Christi 764. Annonius monachus.
47 Eclipsis Solis, facta est anno 7. Constantini Porphyrogeniti, anno Christi 787. Cedrenus.
48 Eclipsis Lunæ, contigit, anno Christi 806. & defecit tota Luna. Annon.
49 Eclipsis Solis, vndecimo die Februarij, anno Christi 807. Annon. & Regino.
50 Eclipsis Lunæ, die 26. Februarij, anno Christi 807. Annonius monachus & Regino abbas Prumiensis.
51 Eclipsis Lunæ, die 22. Augusti, anno Christi 807. Annonius & Regino.
52 Eclipsis Lunæ, die 26. Decembris, anno Christi 809. Annonius & Regino.
53 Eclipsis Lunæ die 21. Iunij, anno Christi 810. Regino abbas Prumiensis.
54 Eclipsis Solis, die vltimo Nouembris, anno Christi 810. Regino. Estq; hæc Eclipsis Solis totalis.

55 Eclip-

55 Eclipsis Lunæ, totalis sine mora, nocte quæ fuit inter 14. & 15. Decembris, anno Christi 810. Adon.

56 Eclipsis Solis, pridie Idus Maij, anno Christi 812. Regino. Annon. & Annal. Constantinop.

57 Eclipsis Solis, 4. die Maij, paulò ante obitum Caroli Magni Imp. anno Christi 813. Annal. Const.

58 Eclipsis Lunæ, anno ab obitu Alexandri Magni 1206. anno Christi 883. Albategnius.

59 Eclipsis Solis, anno Chaldæorum 1202. ab Alexandri autem morte anno 1214. in nouilunio mensis AB, die 8. mensis Augusti, anno Christi 891. Albategnius.

60 Eclipsis Lunæ, anno Chaldæorum 1212. à morte autem Alexandri anno 1224. post meridiem secundi diei mensis Augusti horis 14. anno Christi 901. Albateg.

61 Eclipsis Solis, 23. die Septembris, anno Christi 1093. Iohan. Tritemius & Meyerus.

62 Eclipsis Solis, totalis 23. die Iunij, anno Christi 1191. Albericus.

63 Eclipsis Lunæ, facta est nocte, inter 23. & 24. Ianuarij, anno Christi 1274. Gerard. Mercator.

64 Eclipsis Solis, totalis die 7. Iunij, anno Christi 1415. paulò ante martyrium Iohannis Hus. Leouit.

65 Eclipsis Lunæ, die 3. Septembris, anno Christi 1457. Iohan. Montereg. in Torqueto.

66 Eclipsis Lunæ totalis, nocte quæ præcessit primum diem Martij, anno Christi 1504. Bern. VValt.

67 Eclipsis Solis, 24. die Ianuarij, anno Christi 1544. Gemma Frisius in radio Astronomico.

Reliquæ Eclipses habentur in Ephemeridibus.

Temporum & epocharum interualla, in tabulis Prutenicis quomodo corrigenda sint, vt supputatio motuum cœlestium rectè fieri possit.

Doctissimus & clarissimus vir Dominus Magister Erasmus Reinholdus, cum tabulas Prutenicas conderet, aliorum in temporum interuallis sequutus est supputationem, nec potuit, propter vitæ breuitatem, singula temporum interualla, calculo suo Mathematico examinare aut corrigere. Quoties ergo in temporum dispositione, error quidam in tabulis Prutenicis occurrit, hoc non doctissimo viro Reinholdo, sed alijs imputandum est, qui ante illum Chronologicum aggressi sunt studium. Sunt ergo temporum & epocharum interualla in tabulis Prutenicis hoc modo corrigenda.

	Anni Iuliani.	dies.	horæ.
Ab initio mundi, ad primam Olympiadem	3192	79	18
A prima Olympiade, ad primam meridiem Nabonassari	28	232	0
A Nabonassaro, ad initium annorum ab obitu Alexandri Magni	423	259	0
Ab obitu eiusdem Alexandri, ad vsuale initium annorum Christi	323	50	12
Ergo à principio mundi ad vulgare initium annorum Christi	3967	256	6

ALIA VIA.

	Anni Iuliani.	dies.	horæ.
Ab initio mundi ad primam meridiem Nabonassari	3220	311	18
A Nabonassaro ad initium annorum Christi vulgare	746	309	12
Ergo à principio mundi ad vsuale initium annorum Christi	3967	256	6

ALIA RATIO.

	Anni Iuliani.	dies.	horæ.
A principio mundi ad initium Olympiadum sunt	3192	79	18
A prima Olympiade ad vulgare initium annorum Christi	775	176	12
A vulgari initio annorum Christi ad eius passionem sunt	32	92	12
Ergo ab initio mundi ad mortem Christi sunt	3999	348	18

quod tempus præcisè facit annos Solares 4000. & dies 13. Crucifixus est igitur Filius Dei, cum ab initio mundi esset completi anni 4000. & dies 13. decimo quarto die primi mensis Abib, anno quarto ducentesimæ secundæ Olympiadis propemodum finito, tertio die Aprilis, feria hebdomadis sexta, in plenilunio Paschali.

CATALOGVS MONARCHIARVM INTERVALLA RECENSENS.

	Anni.
Ab initio mundi ad diluuium	1656
A diluuio ad Ninum siue Nimrodum primum Monarcham Babyloniorum	185
Inde ad Cyrum Persarum regem capta Babylone	1591
Inde ad Alexandri Magni Monarchiam, victo Dario,	206
Inde ad Iulij Cæsaris victoriam Pharsalicam, qua Pompeium superauit	282
Inde ad obitum Antonij Triumuiri & Cleopatræ Reginæ in Ægypto	19
Inde ad natum Christum	28
Ergo ab initio mundi ad natum Christum sunt anni	3967

ALIVS CATALOGVS MEMORABILIVM RERVM GESTARVM.

	Anni.
Ab initio mundi ad exitum ex Ægypto	2453
Inde ad captam Troiam	333
Inde ad Olympiadum initium	406
Inde ad mortem Christi Olympiades 202. faciunt annos	808
ERGO CHRISTVS crucifixus est, annis ab initio mundi completis	4000

ALIVS CATALOGVS TEMPORVM.

	Anni.
Ab initio mundi ad primam Olympiadem	3192
Inde ad Romam conditam	24
Inde ad vulgare initium annorum Domini.	752
Ergo à principio mundi, ad vsuale initium annorum Domini	3968

ALIVS CATALOGVS.

	Anni.
Ab initio mundi, ad vulgare initium annorum Christi	3968
Inde ad Constantinum Magnum Imperatorem	305
A Constantino Magno ad annos alhigeræ siue peregrinationis Mahometh	316
Inde ad Carolum Magnum Imperatorem	179
A Carolo Magno vsq; ad institutos Imperij Electores	200
Inde ad annum Domini 1588	587
Ergo ab initio mundi anno Christi 1588. sunt completi	5555

ALIVS CATALOGVS.

	Anni
Ab initio mundi ad legem, qua Abraham vocatus est ab vr Chaldæorum	2000
Inde ad Christum resurgentem à mortuis, & gloriosè ascendentem ad cœlos	2000
Inde ad consummationem huius Seculi	2000
Ergo à principio mundi, vsq; ad dissolutionem mundi, anni	6000

Sed propter peccata nostra quæ magna sunt, deerunt anni, qui deerunt.

GENEALOGIÆ ROMANORVM IMPERATORVM.

C. IVLIVS CÆSAR,
auus Dictatoris.

Iulia amita Dictatoris vxor C. Marij.

C. Iulius Cæsar, pater Dictatoris, repentina morte Pisis extinctus, anno ab vrbe condita 669. Vxorem habuit Aureliam, C. Cottæ filiam, quæ pure ac eleganter Romanè loquebatur.

Iulia soror Dictatoris, nupta M. Accio Balbo.

ACCIA vxor Octauij, ex quo nati sunt.

C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR, PRIMVS ROMANORVM MONARCHA, ex priore coniuge Cornelia, filiam habuit Iuliam, quam Cn. Pompeio Magno matrimonio iunxit, sed ex Calphurnia posteriore coniuge, quæ L. Pisonis filia erat, nihil liberorum tulit.

OCTAVIA Augusti soror M. Antonio Triumuiro in vxorem data, peperit illi filiam Antoniam, & deinde secundo suo marito Marcello, filium Marcellum in lucem edidit.

C. OCTAVIVS AVGVSTVS CÆSAR, secundus Romanorum Imperator, duas vxores habuit, Scriboniam & Liuiam. Ex priore coniuge Scribonia, nata est illi filia vnica:

LIVIA secunda vxor Augusti, quamuis ex ea Augustus prolem non reliquerit (infans enim qui conceptus erat immaturus est editus) ex priore tamē marito, Tiberio Nerone, filios habuit duos, Drusum & Tiberium, hi ergo sunt priuigni Augusti.

Antonia filia Octauiæ & Antonij, nupsit Cl. Druso, Cæsaris Tiberij fratri.

MARcellus Iunior, filius Marcelli & Octauiæ, Vxorem accepit Iuliā Augusti filiam.

IVLIA tres maritos habuit: Marcellum consobrinum, postea M. Agrippam, & tertio Cæsarem Tiberium. Ex Agrippa aliquoties grauida facta, liberos peperit sequentes.

Caius qui consulatū gessit anno vrbis Romę 754.

Lucius adoptatus ab Augusto, cū fratre Caio.

Hi duo ante Augustum mortui sunt.

Agrippina, neptis Augusti, præstantissima fœmina, & fœcundissima. Vxor Germanici Cęsaris, mortua tandem in exilio, anno Christi 34. 18. die Octobris.

Iulia in Vxorem data, Lucio Paulo.

Agrippa Posthumus, post mortem Augusti à Tiberio occisus.

Cl. Drusus Consul, in Germania obijt, anno vrbis Romę 745. Vxorem habuit Antoniam, filiam Octauiæ sororis Augusti.

CL. TIBERIus III. Romanorū Imperator. Hic ex Agrippina priore coniuge, filiū suscepit Drusum, sed ex Iulia Augusti filia, nihil liberorum tulit.

Ti. Germanicus Cæsar, veneno extinctus anno Christi 20.

TI. Claudius V. Romanorum Imperator occisa priore coniuge Valeria Messalina, secundā vxorē duxit AGRIPPINAM, Germanici filiam, Neronis matrem, fuit ergo Nero priuignus Claudij.

Liuia vxor Drusi filij Tiberij. Hæc postea Druso veneno sublato, Ælio Seiano matrimonio iuncta est.

Drusus filius Tiberij, vxorē habuit Liuiam Germanici Cęsaris, & Claudij Imp. sororem.

Nero, fame in carcere extinctus iussu Tiberij Cæsaris.

Drusilla L. Cassij coniunx.

Iulia M. Vinitij vxor.

Drusus, & hic iussu Tiberij fame extinctus est.

C. CALIgula IIII. Romanorum Imperator.

AGRIPPINA, vxor Domitij Neronis.

NERO VI. Romanorum Imperator.

DE GENTE FLAVIA.

Titus Flauius Petronius, Centurio Cn. Pompeij Magni, in pugna Pharsalica.

Flauius Sabinus, vxorem habuit Vespasiam Pollam, Vespasij Pollionis filiam.

Flauius Sabinus, ad præfecturam vrbis vsq; processit.

FLAVIVS VESPASIANVS IMPERATOR, huic ex vxore Flauia Domicilla nati sunt.

TITVS VESPASIANVS IMPERATOR, primo Arricidiam Tertullo patre equite Romano genitam, vxorem duxit, & in defunctæ locum, Martiam Furnillam splendidi generis, vxorem accepit, ex qua illi nata est filia Iulia, quam frater eius Domitianus stuprauit.

FLA. DOMITIANVS IMPERATOR, hic de consilio vxoris suæ Domitiæ Longinæ, à libertis occisus est in cubiculo suo.

ORIGO IMPERATORIS ADRIANI.

Ælius Adrianus Afer, consobrinus Traiani Imperatoris. Vxor eius Domitia Paulina Gadibus orta, ex his nati sunt.

ÆLIVS ADRIANVS IMPERATOR, qui matrimonio sibi iunxit Sabinam neptem Imperatoris Traiani ex sorore, & decedens sine liberis, adoptauit Antoninum Pium.

Paulina soror Adriani Imperatoris, nupta Seueriano.

ANTONINI PII FAMILIA, è Gallia Transalpina Nemausense Originem trahens.

Titus Aurelius Fuluius, qui per honores diuersos ad secundum consulatum peruenit, fuit auus Antonini Pij Imperatoris

Aurelius Fuluius, vxorem duxit Arriam Fadillam Arrij Antonini consulis filiam.

TITVS AVRELIVS FVLVIVS ANTONINVS PIVS IMPERATOR. Vxor eius Annia Faustina, amita M. Antonini Philosophi, quem cum L. Ælio Vero idem hic Antoninus Pius, de voluntate Adriani Imperatoris adoptauit.

Iulia Fadilla soror Antonini Pij Imperatoris.

ORIGO

ORIGO ANTONINI PHILOSOPHI IMP.

Annius Verus, de Numa Pompilio sanguinem trahens, senator.

Annius Verus, bis Consul, anno vrbis 833. & anno 873.
Vxor eius Rupilia Faustina, Rupilij Boni filia.

ANNIA FAVSTINA Augusta, coniunx ANTONINI PII IMP.

Annius Verus Pater Antonini Philosophi, Vxorem habuit Domitiam Caluillam, Caluisij Tulli bis Consulis filiam, de quo vide annum vrbis Romæ 861.

Annius Libo Consul anno vrbis Romæ 880.

M. ANTONINVS PHILOSOPHVS IMPERATOR Vxorem duxit Anniam Faustinam consobrinam suam, Antonini Pij Imperatoris filiam.

Annia Cornificia, Soror M. Antonini Philosophi Imperatoris.

Lucilla filia M. Antonini Philosophi Imp. in vxorem data est L. ÆLIO VERO, qui cum socero suo, pari potentia imperauit.

L. AVRELIVS ANTONINVS COMMODVS IMPERATOR, Vixit cum trecentis concubinis, Lucillam sororem suam, L. Ælij Veri viduam, cum compressisset, occidit. Cæteras quoq; suas sorores constuprauit. Tandem Quintus Ælius Lætus præfectus, & Martia concubina eius, inierunt coniurationem de occidendo eo, datumq; venenum cum minus operaretur, per athletam cum quo exerceri solebat, eum strangulauerunt.

PROGENIES L. SEPTIMII SEVERI IMP.

MACER eques Romanus auus Seueri Imperatoris, ex Africa Oriundus.

M. Agrippa patruus Seueri Imperatoris.

Geta eques Romanus. Vxor eius Fuluia Pia, filia Fuluij Pij.

Seuerus vir consularis patruus Seueri Imp.

L. SEPTIMIVS SEVERVS IMPERATOR ROMANORVM.

Martiana Romana prima eius coniunx.

Iulia Syriaca secunda eius vxor habens regiam genesin.

MÆSA soror Iuliæ imperatricis filias habuit duas; ex ijs.

M. AVRELIVS ANTONINVS BASSIANVS CARACALLA IMPERATOR crudelissimus & incœstus, nam cum fratrem Getam interfecisset, matrem eius, nouercam suam Iuliam vxorem duxit. Habuit & concubinam Soæmidem, neptem eiusdem Iuliæ ex sorore, ex qua illi natus est.

P. Septimius Geta à fratre Antonino Caracalla occisus in gremio matris.

SOÆMIS concubina Basiani Caracallæ Imp. fuit mater VARII HELIOGABALI.

MAMMÆA nupta Vario Marcello.

M. AVRELIVS ALEXANDER SEVERVS IMPERATOR, vxorem habuit Memmiam, Sulpitij consularis Viri filiam.

VARIVS HELIOGABALVS IMPERATOR, superauit turpitudine omnes, qui in historijs infames sunt propter libidines.

FAMI-

FAMILIA CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS.

Aurelius Claudius Abauus Constantini Magni.

M. AVRELIVS FLAVIVS CLAVDIVS IMPERAtor.

CRISPVS CLAVdius proauus Constantini Magni.

CLAVDIA auia Constantini Magni, in vxorē data EVTROPIO, nobilissimo gentis Dardanæ viro. Ex his natus est.

M. AVRELIVS QVINTILLVS imperauit post fratrem Claudium diebus 15.

CONSTANTIVS χλωρὸς IMPERATOR, conditor Spiræ, pater Constantini Magni Imperatoris.

HELENA Britannica, prima vxor Constantij Imperatoris, ex qua illi natus est.

THEODORA Maximiani priuigna, secunda vxor Constantii Imperatoris.

M. FLAVIVS VALERIVS CONSTANTINVS MAGNVS IMPERATOR.

MINERVINA I. coniunx Constantini Magni.

Crispus Cæsar à patre appellatus, instinctu nouercæ Faustæ occisus est.

FAVSTA secūda vxor Constantini Magni, Maximiani Herculei crudelissimi tyranni filia.

CONTANTINVS SECVNDVS IMPERATOR.

CONSTANTIVS II. IMPERAtor.

CONSTANS IMPERAtor.

Constantia vxor Galli Cæsaris.

Helena vxor Iuliani Imperatoris.

Anniballianus.

Dalmatius, Cæsar à Constantino Magno appellatus, imperante Constantio interfectus est.

Constantius Basilina, vxorē duxit Gallam, Rufini & Cerealis, qui consulares erant, sororem.

Gallus Cæsar vxorē duxit Constantiam, filiam Constantini Magni.

Constantia, vxor LICINII IMPERATORIS, qui Constantini Magni collega fuit in Oriente.

IVLIAnus IMPERATOR, dictus apostata, vxorem accepit Helenam, filiam Constantini Magni.

PROGENIES IMPERATORIS VALENTINIANI.

Arcadius Pannonius è ciuitate Cibale ortus.

VALENTINIANVS IMPERATOR,

Seuera prima vxor Valentiniani Imperatoris, ex ea natus est

GRATIANVS IMPERAtor. Hic collegam fecit Theodosium, & interfectus est tandem Lugduni à Maximo.

Iustina secunda vxor Valentiniani Imp. Iusti præfecti Picenæ Prouinciæ filia.

VALENTINIANVS IMPERATOR eius nominis secund⁹, fraude Eugenij strangulatus ab Arbagasto, in Vienna Galliæ vrbe. Vxorem habuit Eudoxiam Theodosij Imperatoris filiam, ex priore coniuge Eudocia.

Iustina & Grata filiæ Valentiniani primi, ambæ factæ monachæ.

Galla matrimonio iuncta Imperatori Theodosio.

VALENS IMPERATOR, quem Dominica vxor Arriana, ad hæresin Arrianorum deflexit.

DE FAMILIA IMPERATORIS THEODOSII.

Honorius Hispanus, vxorem habuit Termantiam.

THEODOSIVS MAGNVS ROMANORVM IMP.

Eudocia prima vxor Theodosij. | Placilla secunda vxor Theodosij. | Galla filia Valentiniani Imp. tertia vxor Theodosij.

EVDOXIA coniunx VALENTINIANI eius nominis secundi Imperatoris.

ARCADIVS IMPERATOR. Eudoxia vxor Arcadij Imp.

HONORIVS IMPERATOR.

Placidia Galla matrimonio iuncta est Constantio.

THEODOSIVS II. IMP. habuit coniugem Εὐδοξίαν filiam Leonis Philosophi Atheniensis.

PVLCHERIA hæc nupsit Martiano Imperatori.

Placilla Arcadia.

Marina.

VALENTINIANVS III. IMPERATOR, Vxorē habuit Eudoxiam filiam Theodosij secūdi Imperatoris.

Placidia nupta Olibrio qui septem menses Romæ Imperator fuit.

Eudoxia nupta Honoricho Vandalorum regi.

Hildericus rex Vandalorum.

DE POSTERITATE IMPERATORIS HERACLII.

Heraclianus præses Africæ.

HERACLIVS ROMANORVM IMP.

Fabia Eudoxia prima coniunx Heraclij Imp.

CONSTANTINVS IMPERATOR. à nouerca veneno extinctus.

CONSTANS IMPERATOR, hic pulsa Martina incesta cum filio Heracliona, à senatu Imperator salutatus est.

CONSTANTINVS BARBATVS SEV POGONATVS IMPERATOR.

IVSTINIANVS IMPERATOR eius nominis secundus.

Post mortem Fabię Eudoxię, Heraclius secundam vxorem duxit Martinam, fratris sui filiam.

HERACLIONAS IMPERATOR. Hunc vt faceret Imperatorem mater Martina, veneno tollit Constantinum, sexto mense postquam patri Heraclio successerat. Tenuerunt autem Imperium Martina & filius Heraclionas non toto biennio. Nam senatus eos cepit, & matri linguam præscidit, ne oratione populum concitaret. Filio nares præcisæ sunt, & missi in exilium in Cappadociam, vbi in carcere extincti sunt.

GENEA-

GENEALOGIA REGVM FRANCORVM, QVI ROMANVM REXERVNT IMPERIVM.

Pipinus breuis Rex Francorum anno Domini 751. Vxorem habuit Bertam.

Carolomannus Rex Francorum anno Christi 768.

CAROLVS MAGNVS ROMANORVM IMPERATOR REX FRANCIÆ, succeſsit patri anno 768. Salutatur Imperator anno 800. obijt 5. Cal. Febr. anno 814. Ex ſecunda coniuge Hildegardi Saxoniæ principis filia illi nati ſunt filij 4. & totidem filiæ.

Pipinus dux obijt anno Christi 762.

Lotharius geminus cum Ludouico, moritur in pueritia.

LVDOVICVS PIVS IMPERATOR. Hermogardis filia comitis de Ringelheim, prima vxor Ludouici Pij Imperatoris. Iudit filia VVelphonis primi, comitis de Rauenſperg & Altorff, ſecunda vxor Ludouici Pij Imp.

CAROlus Rex Franciæ Burgundiæ & Alemaniæ.

Pipinus Rex Italiæ Bauariæ & Sueuiæ mortuus eſt anno 810.

BernhardusRex Italiæ extinctus annoChriſti 818.

LOTHARIUS Imp. Rex Italiæ anno 840.

Pipinº Aquitaniæ Rex.

LVDouicus Daciæ, Sueuiæ & Germaniæ Rex. Huicduci fuerunt vxores Hemma Hiſpana, & LudgardisEthiconis comitis de Altorf filia mater Caroli Craſsi.

CAROLVS 2. CALVVS IMP. & rex Franciæ, cœpit regnare anno 840 Imperare anno 875. vxorem habuit Hermindrudin, ex qua nati ſunt.

LVDOVICVS II. Imp. Anno Christi 855.

Lothariº dux Lotharingiæ.

Carolº Rex Prouinciæ & Burgundiæ.

LODOVICVS III. BALBVS IMP. & Rex Franciæ anno 877. vxorem habuit nobilem Aſcardam, ex qua nati ſunt Ludouicus & Carolomanus. Deinde ſecundam duxit coniugem Adelheidin, ex qua natus eſt Carolus ſimplex Poſthumus.

Carolus Aquitaniæ rex.

Carolmannus Dux Prouinciæ.

Iudith Regina Angliæ.

Ludouicus Rex Oſtrofrancorũ.

Pipinº Dux Aquitaniæ.

Carolomannus rex Germaniæ, anno 879. huic ex Carentina nobili fœmina nati ſunt.

CAROlus III. Craſſus Imp. anno 879. vxor eius Richardis Scotiæ regis filia.

Ludouicus Rex Franciæ anno 879.

Carolomannus Rex Francorum anno 884.

Carolº Simplex Poſthumus Rex Franciæ anno Chriſti 899.

His duobus fratribus in Franciæ regno ſucceſsit Carolus Craſſus Imp. annis 5. Eo mortuo Odo ſiue Otto Roberti Andium ducis filius regnauit ab anno 888. vſque ad annum 899.

Lodouicº tranſmarinus rex Frãcorum anno 928 Vxorem habuit Gerbergã Henrici Aucupis Imp. filiam.

Ludouicus.

ARNOLPHVS IMP. anno 887. Vxor eius Ludgarda filia VVelphi Ducis Bauariæ.

Conradus Dux Lotharingiæ.

Lotharius Rex Franc. anno Domini 955.

Ludouicus VI. rex Franc. anno Domini 4954.

CAROlus Dux Lotharingiæ rex Franc. anno 987. vltimus ex hac familia, Succeſſit illi HVGO CAPETVS.

LVDOVICVS IIII. IMP. anno Domini 899. Vxorem habuit Ludgardam Ottonis Ducis Saxoniæ ſororem.

Ludgarda matrimonio iuncta Ottoni Duci Saxoniæ.

HENRICVS AVCEPS Imp.

GENEA-

GENEALOGIA DVCVM SAXONIÆ, QVI ROMANVM REXERVNT IMPERIVM.

VVEDEKINDVS REX SAXONVM DVX ANGRIÆ,

Vxor eius prima Geua Danorum regis filia.

Suatana Zechij ducis Bohemiæ filia, secunda vxor VVedekindi Saxonum Regis.

VVigbertus dux Angriæ, & Saxoniæ anno 807. Vxor eius Sindacilda Phrisonum ducis filia.

VVedekindus Iunior, ab hoc descendunt Reges Franciæ & Duces Electores Saxoniæ.

Bruno Dux Angriæ & Saxoniæ anno 835. Vxorem habuit Subilem Susannam ex ex Sueuia.

VValbertus sepultus VVildeshusij.

LVDOLPHVS DVX SAXONIÆ anno Christi 843. fundauit Ecclesiam Gandersheimensem anno Domini 853. Vxorem habuit Odam, VVilikisi Ostrofrancorum principis filiam, ex qua nati sunt.

BRVNO conditor Brunsuici dux Saxoniæ anno 4827.

Tanquardus Dux Saxoniæ arcē condidit Brunsuicensem, anno 861.

Otto Dux Saxoniæ anno Domini 880. vxorem accepit Ludgardin filiam Arnolphi Imp. Sororem Ludouici 4. Regis Rom.

Harmudis, Gerburga, & Christina filiæ Ludolphi Saxoniæ Ducis, factæ sunt abbatissæ in monasterio Gandersheimensi.

Ludgardis vxor Ludouici 4. Regis Romanorum.

Egbertus.

HENRICVS AVCEPS IMP. anno Domini 919. condidit Goslariam & Quedlinburgum. Prima eius coniunx cuius nomen non extat, fuit mater Tanquardi. Secunda eius Vxor Mechtildis, fuit filia Diterici Saxonis, comitis de Ringelheim, & soror Sigefridi, quem primum Marchionem Brandenburgensem creauit.

Adelheidis soror Henrici Aucupis abbatissa Quedlinburgensis.

Tanquardus primogenitus filius Henrici Aucupis Imp.

OTTO MAGNVS IMP. anno Domini 936.

Editta Angliæ regis filia, prima vxor Ottonis Magni Imp.

Adelheidis secūda coniunx Ottonis Magni Imp. Rudolphi Burgundiæ regis filia,

Gerberga nupta Giselberto Lotharingiæ Duci, & secundo Ludouico Francorū regi.

Bruno Episcopus Coloniensis.

Mechtildis abbatissa Quedlinburgensis.

Henricus Dux Bauariæ, Vxorem habuit Lucam Noricorū principis filiā.

Adelheidis vxor Hugonis Magni.

HVGO CAPETVS Rex Francorū.

Ludolphus Sueuiæ Dux.

VVilelmus episcopus Moguntinus, obiit anno 965.

Ludgardis vxor Conradi Lotaringiæ ducis.

Mechtildis abbatissa in Quedlinburg.

OTTO 2. IMP. anno 973 Theophania, filia Romani Imp. Constant. vxor Ottonis 2. Imp.

Henricus

Bruno Episcopus Coloniēsis.

Adelheidis nupta Hugoni Capeto regi Frācorum.

Henricus Dux Bauariæ.

Bruno Marchio Saxoniæ vxor eius Hildesuida Croatiæ principis filia.

OTTO III. IMP. anno Domini 983. Vxorē habuit Mariam Arragoniæ regis filiā, quam adulterij conuictam ad Mutinam vrbem viuam cremauit.

Hugo Saxoniæ Marchio, quē alij Vlricū vocant.

Aloisia vxor Almarici comitis de Ringelheim.

Adelheidis Abbatissa Quedlinburgensis anno Domini 999.

Sophia Abbatissa Gandersheimensis anno 1002.

Bruno Marchio Saxoniæ, vxorem habuit Giselam Vandalorū principis filiam.

Ludolphus Marchio Saxoniæ vxorē duxit Hildā Flandriæ comitis filiam.

Bruno Marchio Saxoniæ.

Egbertus Marchio Saxoniæ, vxor eius Gerberga Marchionis de Landesberg filia.

Egbertus vltimus Marchio Saxoniæ vxor eius Agnes, filia Ottonis comitis Ascaniæ.

Gertrudis nupta Henrico Crassso comiti Northeimensi.

RIXA in vxorem data LOTHARIO SAXONI IMP.

GENEALOGIA ROMANORVM IMPERATORVM.

ARCHIDVCVM AVSTRIÆ, REGVM *HISPANIÆ, VNGARIÆ, ET BOHE*, *mia Familia, quæ Romanum rexit Imperium.*

RVDOLPHVS HABSPVRGENSIS IMP. anno Domini 1273. filius hic fuit Alberti, & nepos Rudolphi comitum de Habspurg, Vxorem habuit Annam comitem Hohenbergensem.

- Carolus.
- Hartmannus.
- Arnolph⁹
- ALBERTVS I. IMP. DVX AVSTRIÆ Monoculus, cœpit imperare anno 1298. Vxor eius Elisabetha, vnica filia Menhardi comitis Tyrolensis & Goriciæ, at ducis Carinthiæ.
- Rudolphus Sueuiæ Dux, cui ex filia Ottocari Bohemi nat⁹ est.
  - Iohannes parricida patrui Alberti Imp.
- Filiæ Rudolpho fuerunt 7. harum Iutta VVenceslao Bohemiæ regi, Mechtildis Ludouico Palatino Rheni, Agnes Alberto Saxoniæ Duci, Heduuigis Ottoni Brandenburgico, & Catharina Ottoni Bauariæ Duci Vngariæ regi collocatæ fuerunt.

- Rudolphus rex Bohemiæ.
- FRIDERICVS PVLCHER REX ROM. electus contra Ludouicum Bauarũ anno 1314.
- Leopoldus militum gloria, Archidux Austriæ.
- Albertus Sapiens dux Austriæ, vxorem accepit Iohannam filiam Vdalrici vltimi comitis Phyretarum.
- Henricus Dux Austriæ, cognomento placidus.

- Rudolphus dux Austriæ fundator Academiæ Viennensis. Hic Archiducem se omniũ primus nominauit.
- Albertus amans & cupidus doctrinæ Astronomicæ, auxit studia & reditus Academiæ.
  - Albertus IIII Archidux Austriæ, vxorẽ habuit comitis Hollandiæ filiam.
- Leopoldus Archidux Austriæ, cognomento Militiæ decus, trucidatus ab Heluetijs ad oppidum Sumpach, anno 1386. Vxorem duxit Viridam Ducis Mediolani filiam.
- Fridericus qui ante patrẽ decessit.
- Margareta matrimonio iũcta Marchioni Brandenburgensi.
- Catharina monialis.

- ALBERTVS II. IMP. Rex Vngariæ & Bohemiæ Archidux Austriæ, vxorem accepit Elisabetham Sigismundi Imp. filiã. Cœpit Albertus imperare anno 1438.
  - Anna VVilhelmi ducis Saxoniæ cõiunx.
  - Elisabetha Casimiro Poloniæ regi copulata.
  - Ladislaus Posthum⁹ Vngariæ & Bohemiæ rex veneno extinct⁹ anno 1457.
- VVilhelmus.
- Ernestus Archidux Austriæ huic nati sũt ex Cimburga Mosouię principis filia.
  - FRIDERICVS III. IMP. anno Domini 1440. Vxor eius Leonora Hispaniæ Regina.
    - MAXIMILIANVS I. IMP. coniugẽ habuit Mariam vnicã filiã Caroli Burgundiæ ducis.
    - Christophorus.
    - Iohannes.
    - Cunegundis Alberto Bauariæ Duci in vxorem data.
  - Albertus.
  - Margareta Friderici 2. Electoris Saxoniæ coniunx.
- Leopold⁹ superbus obijt anno Dn. 1468.
- Fridericus Archidux Austriæ, comes Tyrolonensis
  - Sigismundus Archidux Austriæ, Vxorem habuit Catharinam Alberti Saxoniæ Ducis filiam, quæ postea Erico Seniori Brũsuicensi matrimonio iuncta est.

- Franciscus.
- Philippus Rex Hispaniæ & Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, à patre & Electoribus imperij appellatus Rex Romanorum, Vxorem duxit Iohannam Ferdinandi regis Arragoniæ & Hispaniæ filiam, obijt anno Domini 1506.
- Margareta desponsata primũ Carolo 8. Gallorum regi: Deinde Iohanni Castiliæ regis filio: Tertio Philiberto Subaudiæ Duci.

- CAROlus V. Imp. rex Hispaniæ, vxor eius Isabella Emanuelis Lusitaniæ regis filia.
- Maria vxor Ludouici regis Vngariæ, à Turcis cæsi anno 1526.
- FERDINANDVS Imp. Rex Vngariæ & Bohemiæ, Archidux Austriæ, vxor eius Anna, soror Ludouici Vngariæ regis.
- Isabella matrimonio iuncta Christierno Daniæ regi.
- Catharina nupta Iohanni Lusitaniæ regi, Emanuelis filio.

- Philippus rex Hispaniæ.
- Isabella vxor Iohannis Lusitaniæ regis.
- Maria cõiunx Maximiliani 2. Imp.
- MAXIMILIANVS II. IMP. Vxor eius Maria, Caroli V. filia.
- Ferdinandus Archidux Austriæ.
- Carolus Archidux Austriæ.
- Catharina & Elisabeth Polon. reg.
- Maria Cliuẽsis, &c.

- Ferdinandus ante patrem decessit.
- RVDOLPHVS II. IMP. Rex Vngariæ & Bohemiæ.
- Ernestus.
- Mathias.
- Maximilianus.
- Albertus.
- VVenceslaus.
- Anna Maria Regina Hispaniæ.
- Elisabeth Regina Galliæ.
- Margareta.
- Eleonora.
- &c.

GE-

GENEALOGIA DVCVM BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM, EX *vetustißima & nobilißima, Guelphorum familia deducta.*

VVARINVS siue VVernerus Comes de Altorff, in prælio cepit Sanctum Othmarum beati Galli abbatem, circa annum Christi 760.

ISENBERTVS Comes de Altorff, patri VVarino succeßit anno 788. huic ex vxore Irmengardi nati sunt

Conradus.

GVELPHVS eius nominis primus successit patri Isenberto in Comitatu Altorfiensi circa annum Christi 820. obijt anno 870.

Rudolphus.

Berta vxor Ottonis Comitis in Buchorn, fundauit cellam sancti Pantaleonis in cœnobio Vinearum.

ETYCHO diues, Comes de Altorff & Rauensperg, autor Cœnobii Amergovv in Bauaria, vxorem habuit Iudittam Angliæ regis filiam.

Iudith pulcherrima coniunx LVDOVICI PII IMPERATORIS, mater CAROLI CALVI Imperatoris eius nominis Secundi.

Babo comes de Altorff, occisus in prælio ad Ebbekestorff anno 880.

HENRICVS DVX AVREI CVRRVS in Bauaria, comes de Altorff, vxorem accepit Orinam Flandriæ Comitis filiam.

Ludgardis nupta Ludouico Germaniæ regi, cui peperit ARNOLPHVM IMPERATOREM.

GVELPHVS eius nominis Secundus, Dux Bauariæ, matrimonio sibi iunxit Ludgardin Arnoldi Hungariæ regis filiam.

HENRICVS eius nominis Secundus, comes Vinearum & Altorff in Bauaria, vxor eius Beata Comitis ab Hohenvvart filia.

Arnoldus dux Bauariæ, vxor eius Siburga, Rudolphi Sueuiæ ducis filia. Obiit Arnoldus anno post natũ Christum 936.

Bartoldus vxorẽ duxit Gerbergã Giselberti Lotharingiæ ducis filiam, Ottonis Magni ex sorore Gerberga neptim. Decesit hic Bertoldus è vita, anno 948. dedit〈q〉; Otto Magn⁹ Imperator Bauariam fratri suo Henrico.

Ludgardis ARNOLPHO Imperatori peperit LVDOVICVM Quartum Regem Romanorum & Ludgardin, Ottonis ducis Saxoniæ coniugem, matrem HENRICI AVCVPIS IMPERATORIS.

Conradus Episcopus Constantiensis, electus an. no 934. obiit anno 976.

RVDOLPHVS Comes Vinearũ matrimonio sibi iunxit Itham Chononis Oeningensis comitis filiam ad lacum Briganti num.

Etycho Episcopus Argentinensis, rebus humanis exemtus est anno Christi 988.

GVELPHVS TERTIVS, Comes Vinearum In Bauaria, vxor eius Adelheidis Badensis Comitis filia.

GVELPHVS QVARTVS, Comes Vinearum & Altorff, de huius posteritate sequitur.

Arnolphus decessit ante patrem, vxorem habuit Rixam Hẽrici Aucupis Imperatoris filiã.

